





















BENEDICTI ARIÆ MONTANI ELVCIDATIONES IN OMNIA SANCTORVM APOSTOLORVM SCRIPTA.

Eiuſdem

IN S. IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ APOCALYPSIN SIGNIFICATIONES.







ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXXVIII.



AD SANCTISSIMAM MATREM ECCLESIAM ROMANAM, EIVSDEMQVE PONTIFICEM MAXIMVM, ET PRÆSVLES OMNES,

Benedictus Arias Montanus.





EDITÆ iampridem per nos in Euangelia, atque in Apostolorum Acta Elucidationes, ac non paucis ex candidorum lectorum numero, vt intelleximus, probatæ, in reliqua noui fœderis volumina, parem vel maiorem etiam operam postulare videbantur, quam nos, dum sacrum Iubilei annum in Vrbe ageremus, nauari cœptam, variis peregrinationum atque morborum molestiis, & Principum, quibus officium debebamus, mādatis subinde intermisimus; idque profectò inuiti, quippe cùm si ex voto ac sententia viuere possemus, omnem, qui præstari à nobis posset laborem, sacrorum librorum lectioni & commentationi posthabendum perpetuò duxerimus. Verùm cùm præter animi ac mentis institutum à latebris, quas ab ineunte ætate optaueramus, ad aulæ frequentiam non extractus modò, sed

diſtractus identidem fuerim, in itineribus conficiendis, & in alienis negotiis citra vllum priuatum commodum curandis, maximam & oportuniſſimam temporis partem ingratè conſumere ſum coactus, neque meditationi niſi inter ambulandum, nec lectioni, aut ſcriptioni niſi ſuccifiuis, & ab actionum tempore ſubductis horis; animum, atq; ſtudium intendere potui; idque non paucis, nec breuibus interuallis: ita vt quod vnius anni expectationẽ præuenturum opus exiſtimaueram, duodecim annis vix fuerit peractum, quibus & Commẽtaria in Ioſuam non ita pridem edidimus, & nunc has ante illa, vti diximus, cœptas Elucidationes in publicum; puſilli gregis; hoc eſt, non alta ſapiẽtium, vſum exhibemus. Has ergo, more inſtitutoque noſtro, tibi Sanctiſſima Romana Eccleſia, atque Pontifici ſummo, cæteriſq; legitimis reipub. tuæ miniſtris dicamus. Illud verò quod iam inde à primis noſtrorum ſcriptorum initiis profeſſi fueramus, nunc & perpetuò conſtans, confirmatumque, Deo animi noſtri teſte, atque iudice, declaratum cupio; in operis, laboribuſque meis votorum ſummam ſemper fuiſſe, & eſſe, vt quicquid ex me præſtari poſſet, non ex ingenij ſcribentis ope, non ex operis vel magnitudine, vel elegantia, ſed ex fide, animo, atq; ſtudio erga Chriſtianam pietatem, cui

cui nos, nostraque debemus, expensum censeatur. Nec enim vlla nos vnquam vel priuatæ vtilitatis (præter eam quæ ad animi salutem pertinet) cura aut ratio, vel cogitando excitauit; nec vlla ingenij, vel eruditionis, vel huiusmodi cuiuspiam laudis gloria titillauit, vt ea causa ad sacrarum rerum commentationem animum adiicerem: sed quæ mihi vni legere, obseruare, atque animo agitare ad honestam priuatę vitæ exercitationem proposueram, ea ex multorum piorum, atque grauissimorum virorum (quorum autoritatem summam habui) hortatu, & rogatu, efflagitatione, ac interdum etiam iussu, literis mādare sum impulsus: quod si tacita atque celata nominis mei appellatione facere possem, libentius multo, & alacrius, ac fortasse etiam longè maturius, & vberius agerem: tantum abest, vt humanū aliquod vel emolumentum, vel decus, vel compendij genus aliud spectauerim: nedum cum mortalium quopiam vel summè vel mediocriter docto comparari, aut contendere voluerim; cùm hoc sensu semper vixerim, vt nullum, qui in honestis artibus operam posuerit, non mihi omnino in laudis, commendationisque iudicio præponerem. Quamobrem si quid, ô Sanctissime Pontifex, ac Præsules, virique piissimi, & lectores candidissimi, in his aliisque nostris lucubrationibus

quod placeat, contigerit, vnius Dei beneficio atque efficientiæ mecum acceptum vt referatis obſecro atque obteſtor. Quicquid rurſus vel minoris notæ, quocunque nomine, quod ad ſententiam, doctrinamque faciat, vel minus concinnæ dictionis offendetur; ad propoſitam mihi ſemper legem, per vos reuocatum, correctum, & ex iuſti atque æqui iudicij norma expediendum permitto, ac trado: voluntatem verò pietatemq; meam integram, ac ſimplicem prorſus tibi, Sanctiſſima Mater, propriam dico, & exploratam atque probatam certa cum ſpe & fiducia poſco. Mantuæ Carpentanorum. Calendis Maij. M. D. LXXXVII.

IN

IN OMNIA SANCTORVM APOSTOLORVM SCRIPTA

PROHEMIVM.



NTER *maxima & præstantissima beneficia, quibus hominum genus Dei in se benignitatem & prouidentiam continuò experiri solet; vnum illud iure enumerari debet, quòd viros quosdam, maximis virtutibus præditos, aliorum hominum ministros creat: qui cùm primùm suorum admoniti sunt officiorum, mirum dictu est, quãto studio, quanta cura, quanta deniq; sedulitate munus quisque suum exequantur, quantùm nulla difficultate retardentur, nullo labore frangantur, nullo terreantur metu, quo minus impositam sibi à Deo personam quàm optimè agant, & mortales, quibuscunq; rebus pro muneris sui ratione possint, incessanter iuuent. Ex hoc virorum censu imprimis olim diuini Vates & antiqui Patres fuêre, & Sacerdotes, Reges, Principes & Duces quàm plurimi, quos non tam sibi quàm aliis hominibus fuisse natos meritò dixeris, sacra & præstantissima virorum pectora, qui tantùm hominibus excelluere cæteris, quantum munere actionibusque suis profuerunt. quam quidem virorum excellentiam atque præstantiam diuinæ literæ significare volentes, cùm de illorum creatione aliquando meminere, eos* Surrexisse *commemorant, ac si cæteris hominũ in vulgi humilitate sedentibus aut potius iacentibus, hos maximè eminuisse adserant. Ex hoc etiã ordine nouandi iam mũdi tẽporibus Ioannes ille Baptista fuit, quo nemo alius inter natos mulierum Propheta maior surrexit.*

surrexit Post mundi verò renouationem à Deo per IESVM CHRISTVM *factam, magna horum virorum multitudo variis nominibus & oneribus ad cæterorum hominum vsum atque vtilitatem à Deo impositis in publicum prodiit. alij enim Episcopi, alij Presbyteri, Vates alij, alij Doctores, alij linguarum Interpretes, alij aliis nominibus vocati sunt. Sed imprimis Apostolorum collegium & nomen & onus accepit amplissimum. hos siquidem, homines aliàs rudes & indoctos, multarum ac maximarum virtutum cumulis & cælesti spiritu auctos ad Euangelium in vniuersum orbem perferendum Deus segregauit. qui quantum spiritu præ cæteris antiquis ministris aucti sunt, tantum summis principibus, philosophis, oratoribus & cæteris humana aut potentia aut sapientia præexcellentibus hominibus, nedum reliquo vulgo, stupori atque admirationi fuerunt. quippe qui nulla hominum sapientia, nulla scientia victi, nulla rhetorum eloquentia superati, nulla sophistarum arte redarguti, nullo denique tyrãnorum metu perterriti, veritatem tantum simplicitatemque professi, traditum sibi lætissimum humanæ salutis nuntium in extremos vsque orbis fines pertulerunt. Atque ex hoc quidem sacro Apostolorum collegio vnus omnium non dignitate, non spiritu, non sapientia, sed tempore & vocatione postremus* PAVLVS *Tharsensis (Saulus antea dictus) prodiit, vir Iudæus, Christiani olim nominis tam acerrimus hostis, quàm Iudaicæ disciplinæ studiosissimus sectator: idemq; rursus, post acceptam cum Iesu Christi discipulis societatem, Christiani nominis & gloriæ propagator maximus. Hunc Deus, cui ad multarum atque diuersarum conditionum & opinionum homines legationem daret, mirabili & multis ac maximis rebus (quibus ad eam rem opus est) accommodato ingenio præditum esse voluit. Cæteros quippe Apostolos ferè omnes initio simplices, ac literarum etiam Hebraicarum rudes fuisse comperimus, quos à cymba & lino aut à publicanorum mensa Christus in cælestis regni societatem conuocauit, eosdemque diuinam philosophiam à primis (vt ita dicam) elementis, nulla antea hominum sapientia imbutos docuit: quippe qui ex eo hominum ordine fuerant,*

fuerant, quos Hebræi Doctores Populum terræ, id est, homines viuendi tantum, non bene & sapienter viuendi cupidos vocare solent. Hos autem humillimos atque abiectissimos vulgi iudicio homines Christus in id quod à se instituebatur collegium ideo optauerat, vt negotio suo pondus atque authoritatem non ab hominum potentia aut opibus aut sapientia aut consilio, sed à Dei virtute & veritate accessisse demonstraret: iuxta id quod scriptum legimus: Elegit Deus ab-,, iectissima mundi huius, vt non glorietur omnis caro. Igitur cæteros ,, quidem ad humanam sapientiam, arrogantiam, potentiam, fastumque, simplicitate, modestia, inopia, atque humilitate, cum maxima totius orbis admiratione superandum, rudes atq; humiles, inopes, abiectosq; homines Apostolos creauit. Vnum autem Paulum eum esse voluit, qui earum rerum omnium particeps antea exstitisset, quas homines summo studio, vt humanam felicitatem & gloriam suo negotio adipiscantur, sequi solent. Hic enim & patriæ religionis studiosissimus vsque adeò fuit, vt impietatis & negligentiæ (quantum legibus, ritibus & institutis illis exigebatur) notam omnem fugerit: id quod de se ipse testatus est: Conuersatus, inquit, sum sine querela. Hic eius sapientiæ, ,, quæ apud suæ gentis homines summa habebatur, optimorum Doctorum, qualis Gamaliel olim audiebat, discipulus fuit non pœnitendus: idem hic aliarum disciplinarum, quibus Græcia aliæque gentes illa ætate florebant, non fuit ignarus. hic denique & potentiæ cuiusdam & pietatis præ cæteris eximiæ nomen captans, ab ipsa florente ætate ad Christiani nominis expugnationem vltrò est progressus. sed & Romanæ ciuitatis communicatione non caruit, ne quid videlicet eorum illi deesset, quæ hominum iudicio bona atque expetenda cēsentur. vt ex humanarum rerum omnium experimento collata comparatione doctus probaret, omnia vana esse præter Christi & crucis illius sapientiam. S.S.E. *vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, &c. Omnia hæc quæ commemorata à nobis sunt, hominum bona & ornamenta viro huic ad Iesu Christi familiaritatem societatemque contulerunt. nempe vt humanarum rerum*

non ignarus, vbi Christum eiusque virtutem experimento cognouisset irrefragabilis assertor & testis esset, humana omnia vana fluxa atque caduca esse, solam Dei virtutem & sapientiam æternam atque præstantissimam, atque eos tantùm qui harum diuinarum virtutum participes extitissent, sapientes, diuites, præclaros, & omnium bonorum cumulis auctos ac deniquefelices fore: eos præterea maximè insanire, qui humanis negotiis & carnis prudentia maximè excellere cupiunt: contrà verò eos maximè sapere, qui istarum rerum curam & cogitationem omnem abiicientes, ad Christianam veritatem & simplicitatem suam omnem operam studiumque transtulerint, & eorum donorum quæ maxima & pretiosissima Deus se colentibus per Christum daturum promiserat, compotes euaderent: ita enim ille inquit,
" Sed quæ mihi tunc lucra fuerunt, omnia vt stercora reputaui, propter eminentem in me Christi scientiam. Hoc igitur viro huic ea omnia quæ superius commemorauimus ornamenta præstiterunt, vt ex sui ipsius ante & post Iesu Christi salutiferam notitiam comparatione, & humanarum rerum omnium, & sapientiæ eius, quæ apud homines præclarissima habetur, contemptum, & Iesu Christi Dei virtutis & Dei sapiẽtiæ studium vniuerso terrarum orbi, & assiduis sermonibus, & perpetuo duraturis libris prædicaret. Tanta fide, tãta sedulitate Paulus hic Tharsensis Christi apud omnes ferè gentes legationem viuens obiit atque peregit, quantum antea suarum φιλαυτίᾳ *virtutũ & veteris ac patriæ religionis studio à Christo Iesu auersus fuerat, aliosque ab eius nominis cultu partim vi, partim metu auertere conabatur; id*
" quod illum præstaturum Christus ipse Annaniæ asseuerauerat: Domi-
" ne (inquit Annanias) audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit
" sanctis tuis in Ierusalem, & hic habet potestatem à principe Sacerdo-
" tum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Vade (respondit Do-
" minus) quoniam vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram
" gentibus, & regibus, & filiis Israël: ego enim ostendam illi quanta
" oporteat eum pro nomine meo pati. Igitur cùm diuinus hic nuntius primo ad Iudæorum gentem, deinde ad Græcorum & cæterarum nationum

tionum populos, quos Hebræi vno nomine omnes gentes appellant, mittendus fuerit; consequens fuit, vt apud omnes, tum viua voce præsens, tum conscriptis ac missis literis absens suum faceret officium. Extant autem huius epistolæ XIV. inter quas primum locum illa quæ ad Romanos data est, tenet, vel quòd ea omnium quas de Christiana pietate publicè dedit, prima fuerit; vel etiam (quod magis nobis arridet) quòd in ea vna cæterarum omnium epistolarum materia & quasi argumenta contineantur omnia. Nam cùm Euangelij lumen omnes tam Iudæorũ quàm Gentiũ tenebras arguat atque dãnet, & virtutẽ splendoremque suum omnibus qui apertis oculis illud intuentur commendet; par fuit vt longiori atq; diffusiore oratione Romani informarentur, apud quos cùm ageret Paulus, apud Latinos, Græcos, & Hebræos, & Barbaros omnes agere iudicabat, atq; apud eos etiã, qui quacũque ex gẽte, quocũque ex instituto in Iesu Christi discipulis nomen profiterentur suum. siquidẽ illa tempestate vrbs illa ex omniũ nationum & gentium, atque etiã ex omniũ religionũ hominibus cõstabat: nullus homo, nullũ brutum, nullum apud exteras nationes diuinitatis nomine colebatur portentũ, cui Romæ aut tẽpla & delubra, aut saltem altaria & sacra non essent dicata. Sed & gentium omniũ corruptissimi mores in eã vrbem, quasi in sentinam quandã, cõfluxerãt. quarũ rerum illius tẽporis historiarũ scriptores, sed Satyrici imprimis poëtæ, testes sunt. Iuuenal. Satyr. 6. *Atq; harũ quidẽ rerũ notitia nobis ad hãc quã suscepimus explicandã epistolã fundamenta iecerit. Nam diuino spiritu adauctus atque edoctus Paulus, turpissimos gentiũ mores, eorũque infamem & innumeris flagitiis & maximis sceleribus notatã vitã arguit. causas itẽ docet, quæ has mũdo pestes attulerint. occasionẽ autẽ ex hac disputatione capiẽs, Hebræos Christianæ religionis oppugnatores infestissimos redarguit: & quibus vtraq; gẽs laboret morbis, ostẽdit. Christi autem cultores, eius quã profitẽtur Euãgelicæ doctrinæ, virtute atque efficiẽtia cõfirmat, ex illorũ ipsorũ experimẽto & testimonio Christi Iesu veritatẽ & diuinitatẽ cõprobat: interim autẽ qua ratione, quomodo, qua prudentia, iis qui religionẽ hanc profitẽtur, viuendũ fuerit, admonet.*

DE CHRISTI IESV VERITATE DISPVTATIO.



VANQVAM primis illis renouati per Iesum Christum mundi & recentis adhuc Ecclesiæ temporibus, ob frequentem atque perpetuam diuini Spiritus in Christianis hominibus mansionem, & Diui Pauli & cæterorum Apostolorum tum dicta tum etiam scripta plana & intellectu facillima iis erant qui in hanc adoptati fuerant Dei familiam, tamen postquam & Christianus ille animorum ardor restingui hominum vitio & culpa cœpit, tum demum sese paulatim diuinus ille Spiritus de mortalium animis subduxit, & cum multis aliis iisdemque præstantissimis bonis sacrarum etiam literarum plenam secum abstulit cognitionem. neque illud quidem in hac oratione asserere est animus, Christi Ecclesiam à Spõso suo aut repudiatam aut relictam fuisse vnquam, aut eandem ipsam omnibus diuini Spiritus donis caruisse: imò verò hoc factum fuisse, aut futurum esse vt aliquando fiat, negamus, iuxta illud quod scriptum legimus: Hęc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo quoniam elegi eam. Nam quemadmodum olim veteris synagogæ temporibus populus ille nunquam præcipuo & peculiari Dei auxilio in vniuersum est orbatus, tametsi nullis non scelenibus notatus & Numini inuisus iustissimam in se animaduersionem identidem sit expertus: sic & nostris etiam ætatibus sanctissima Ecclesia quamuis innumera in filiis suis crimina dolens offenderit, quamuis decessionibus, sectis & erroribus variis ab iis quos aluerat fuerit tẽtata, nunquam tamen de suæ dignitatis gradu est deiecta, neque Pontificibus, Presbyteris, Iudicibus, neque aliorum generum ministris caruit, qui diuini spiritus prouidentia & authoritate munus quisque suum honestè traducerent. Sed cùm duplex sit hospitij genus, quo cælestis ille Spiritus in hominum animos illapsus vtitur, quorum alterum nos cum scriptura Sanctificationis, alterum muneris atque ministerij nominibus appellamus: hoc nunquam in Ecclesia tam noua quàm antiqua cessasse, illud alterum frequentissimum apud primos Christi cultores fuisse, nostris verò temporibus in maxima hominum parte desiderari asserimus. ex quo fit vt quæ à Christo Iesu, diuini huius doni Pontifice, à Diuo Paulo, à cæterisque Apostolis de hoc genere multa disputantur, obscura admodum cognituque difficillima vulgo habeantur.

beantur. quotus enim quisque nunc est, qui horum mysteriorum rationem plenè subductam habeat? Atque in hoc quidé genere (quantum Dei beneficio inprimis & longo in diuinis literis studio assequi contigit) copiosè satis nos aliàs disputamus, re altius & à principio repetita, id quod & in sacro Tridentino Concilio fecimus, quo die primum sanctissimum illum senatum sumus allocuti. cùm de sacro poculo laicis hominibus propinando quæstio constituta fuisset. Nunc verò, quantum ad hanc, quam paramus explicationem opus esse iudicauimus, tota disputationis huius ratio in summam quandam nobis est redigenda. quod quàm cõmodissimè fieri posse censuimus, si quinque validissima Hebræorum argumenta produceremus, eorum nimirum qui de religione plenissimè & subtilissimè præ cæteris disputant, quibus illi Christianæ disciplinæ veritatem atque firmitatem expugnare conantur. quibus quidem argumentis nulla alia religionis nostræ veritatem magis illustrant aut apertiùs demonstrant. qua in re docenda, multus, imò totus ferme, Diuus Paulus est. Quoniam autem argumentum hoc ad diuini Spiritus virtutem & dona spectare diximus, idem diuinus Spiritus nobis inprimis est inuocãdus, neque enim ipse auxilium suum in honestis vnquã rebus frustra implorari patietur.

Spiritus æthereis veniens qui sedibus olim
Afflasti sacros numine discipulos:
Diuinis tu animos augens & pectora donis,
Annuis vt prolem viuere posse Dei.
Testibus his toto per te cognoscitur orbe
Ille Deus semper, filius ille hominis.
Adsis dignatus, nostraq; illabere menti,
Dum tua Christicolis munera diua cano.
Atque negata diu nostris erroribus illa
Pectoribus cæcis lumina restitue.

Dum superiori anno Tridenti essemus, sæpè contigit vt cum Hebræis hominibus, qui ex omnibus Italiæ synagogis eò suarum rerum causa conuenerant, (de quibusdam enim illorum libris etiam in Concilio tunc agebatur) de religione disputaremus. inter quos ego Simonem quendam cognomento Cassiensem Mantuanum, aduersus quem disputationem susciperemus, elegi. is enim homo idoneus nobis visus est, qui de religione differeret: vt qui suarum disciplinarum peritia cęteros anteiret, & diuina de Christi negotio Vatum responsa non vt Hebræorum vulgus, ad simplicem vocum & verborum sonitum, sed

 ad

ad abstrusa & recondita spiritus mysteria cum doctissimis & cordatissimis suæ gentis scriptoribus pertinuisse crederet: & moribus atque vitæ integritate (quantum illam gentem laudare fas est) satis esset probatus. Igitur cùm multum diuque de sacrorum librorum rebus inter nos contulissemus, & tandem ad Christi expectationem, qua illi adhuc tenentur, ventũ esset; paucis ille mihi, sed sapienter admodum, in hanc sententiam respondit: Deus (inquit) nullum publicum atque diuturnum humanarum rerum vsum demere solet, quin maxima aliqua & conspicua innouatione se eius negotij authorem esse testetur. Nam & publicam atque communẽ illam totius orbis inundationem, se scelerum vltore contigisse, Noë salute & humani generis ex paucissimis hominibus reparatione demonstrauit. Ad hæc & legem illam quam nos sanctissimam metuimus, & religiosè obseruamus, vniuersa elementorum concussa natura, & maioribus nostris à misera seruitute in felicem libertatem assertis, & florentissima regione à fortissimis gentibus ad eosdem in possessionem translata, à se datam fuisse probauit. Igitur cùm Christi iam olim à Deo promissi, & à nobis tam diu expectati præsentia maximam nobis & toti orbi paritura sit felicitatem, maximam in humanis rebus illo veniente mutationem fieri necesse est, qua eũdem à Deo in nostram salutem missum esse fides omnibus fiat certissima. quam quidẽ rem Deus ipse Optimus Maximus in multis legis nostræ locis & innumeris ferè Vatum & Psalmorũ oraculis futuram esse promittit & præmonet. verùm enimverò cùm nullum nobis hodie toto in orbe tantis promissis dignũ præbeatur exemplum, cùm res omnes hominum eundem quem antea cursum faciãt, cùm nihil in vestra Christianorum vita egregium præter cæteros conspiciamus: fit vt verum adhuc desideremus Christum, qui earum omnium, quæ de illo scriptæ sunt, rerum in hominum animis, quicunq; illius dicto audientes fuerint, effectorem se probet. Hactenus ille. Atque hæc quidem hominis illius respõsio eò me compulit, vt maxima illa & viua signa (sic enim ille signa viua sæpè vocabat) veri Christi diligentius obseruauerim, tum sacris antiqui fœderis libris, tum Hebræorum qui de hac re plenius & melius disserunt, commentariis assidua opera legendis, eademq; quemadmodum à IESV redemptore nostro, apertè olim in suæ veritatis testimonium fuerint edita, ex fœderis noui libris aduersus Iudæos & in religionis nostræ assertionem, multis ostenderem testimoniis. Omnia igitur quæ de Christi virtute, & in hominum animis efficientia in sacris libris notantur signa, ad quinque

quinque genera & quædam quasi capita referuntur: quæ tametsi signo & notatione diuersa videntur, fine tamen & euentu sunt eadem. quandoquidem ea omnia ad diuinum Spiritum à Deo per Christum in hominum renouationem & sanctitatem mittendum pertinent. Atque horum quidem signorum hæc ratio, hic ordo est.

Principio PACTIONEM nouam quandam, eamq; sanctissimam, 1.
sese nobiscum conflaturum promiserat Deus, & NOVVM quoddam TESTAMENTVM facturum, quæ tanto virtutis interuallo antiquas olim pactiones & vetus superarent Testamentum, quanto corpus vmbram, res imaginem superare solet. Nam cùm antiqua illa pactio hoc tantùm effecisset, vt diuinum consilium & imperium hominibus indicaret atque denuntiaret, pręmia deinde obseruantibus tantùm, non obseruantibus verò supplicia decerneret, nihilq; aut sanctius aut præstantius hominum animis quàm metum adiunxerit, vsu venisse compertum est, vt homines ad vitia & voluptatem sua natura procliues, Testamentum illud antiquum frequentissimis sceleribus & flagitiis violarent: quam quidem violationem diuina ira, iram repudiatio, repudiationem supplicia sæpissimè sunt subsequuta. At verò noua illa pactio, quam Deus se cum hominibus Christi opera conflaturum pollicetur, eiusmodi erat, in qua qui participes essent, perpetuò mansuri forent: quippe quæ non modò diuini imperij denũtiatione humanos animos mentesque doceret, sed diuino illustraret lumine, & mirabiles Dei in ipsis excitaret amores: tum demum eam virtutem, easq; vires humanis pectoribus adderet, vt quæ ante aut spe aut metu potius, minus etiam exactè, perfectè, minus ab hominibus præstabantur officia, ea plena atque integra, vltro atque constanter ab iisdem fierẽt: quando diuina illa Lex, non vt olim lapideis in tabulis, sed in humanis cordibus per Spiritum sanctum Christi opera & efficientia scribẽda erat: ita vt non tam legis imperio & metu trepidare, quàm amore & desiderio æstuare, & vehementer moueri discerent. Atque hoc primum veri Christi signum cultoribus suis Deus obseruandum, requirendumque tunc indicabat, cùm per vatem hæc prædicenda ac promittẽda curauit: Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & cõfirmabo super domũ Iacob, & super domũ Israël TESTAMENTVM NOVVM: non ,, Ierem. 31.
sicut Testamentũ quod pepigi eis in die qua apprehẽdi manũ eorũ, vt ,,
educerẽ eos de Ægypto, quia ipsi in Testamẽto meo nõ permãserunt, ,,
& reliqui eos, dicit Dominus. sed dabo leges meas in mente eorum, & ,,
in corde eorũ scribã eas, & ero eis in Deũ, & ipsi erunt mihi in populũ. ,,

Secun-

2. Secundum verò signum, quo Christus se à Deo humanæ ruinæ reparatorem missum esse testaturus fuerat, CIRCVNCISIO erat diuina, eademq; non secundùm carnem, sed secundùm spiritum futura: quam circuncisionem Christi opera paratam & perfectã Deus ostensurus erat; ita vt quicunque viuentem illam circuncisionem in corde acciperent (cordis enim circuncisionem non eam vulgarem & manifestam, qua Iudæorum caro notari solet, esse oportuit) admirabili & vehementi, summi ac diuini Parẽtis amore penitus flagrarẽt. id quod

Deut. 30. ,, Moses Dei verbis & promissione expectandum proposuit: Circunci-
,, det (inquit) Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt dili-
,, gas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.

3. At verò cùm hominum genus primorum parentum scelere & propriis flagitiis execrandum Deo detestabileque atque inimicum euaserit, & diuinæ (quam sacræ literæ vocant) maledictioni obnoxium: futurum tandem erat vt Christi efficientia & virtute diuinam in gratiam reciperentur, & Spiritus BENEDICTIONE afficerentur, quicunque illi, religionis nomine, purè, sanctèque cohærerent, eiusdemq; dicto audientes essent. quod quidem ingens à se per Christum hominibus dandum beneficium, Deus ipse Abrahamum allocutus, huius-
,, modi sermone pollicetur: IN SEMINE tuo benedicentur omnes
,, familiæ terræ. Atque hoc quidem tertium certi atque explorati Christi signum expectandum erat.

4. Quartum verò, quod obseruari oportuit in Christo, signum illud fuerat, nempe, sanctissimum gratissimumq; Deo sacrificium, quod diuinus ille atque Deo charissimus Pontifex proprio SANGVINE facturus erat, quo omnium nostrũ sceleribus expiatis, ritè atque sanctè

Esaia 53. ,, perlitaret, vt de eodẽ Vates dixerat: Et ipse tulit peccata nostra super
,, se, & attritus est ob scelera nostra, & disciplina pacis nostræ super eum,
,, & in LIVORE eius sanati sumus.

5. Sed & quintum prẹstãtissimum quod expectare iubemur signum, quo verum Christum aduenisse, & negotium omne suum confecisse, toti orbi manifestum esset, patentior quædam & humanis sensibus probanda AQVARVM ET DIVINI SPIRITVS Efficientia futura erat, qua quicunque tincti atque affecti essent (vt esse oportuit eos qui Christum fide & obedientia recepturi erant) diuinam penitus legem in se reciperent, ac tremenda atque iustissima instituta tenerẽt & seruarent, in illisq; omnino manerent. Atque hoc quidem signum

Ezech. 30. ,, oraculo editũ sic obseruãdum habuimus: Et in diebus illis effundam

super

super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquina- ,,
mentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam ,,
in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vo- ,,
bis cor carneum, & spiritum meum dabo in medio vestri, & faciam vt ,,
in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis. ,,

Neque verò signa hæc & veri Christi argumenta in noui Testaméti hominibus cogitatione & persuasione, siue assignatione & imputatione obseruanda erant & tenenda, id quod veteris Testamenti hominibus contigit, qui viuorum huiusmodi signorum vim & efficientiam non re atque sensu experti sunt, sed attributionem quandam fide & variarum cæremoniarum, & imitationum frequētatione obtinuerũt: ob illius & temporis & legis imperfectioné (quibus nihil ad summum perfectumque gradum peruenit) id quod regius Vates testatus concinit: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. & Iob: ,, Psal. 114.
Neque infans (inquit) vnius diei mundus est in conspectu tuo. & mul- ,, Iob 25.
tæ huius generis sententiæ, quæ passim sacra antiquorum librorum volumina legentibus occurrunt, quibus illius Testamenti minus efficax vis & vsus arguitur, vtpote quod sui temporis & nominis homines iustificare valuerit minimè. qua quidem in re nonnulli nostri temporis Christiani, & sacrarũ literarum noui interpretes miserè decepti sunt, qui dum nullam aliam iustificationis rationem, quàm antiquã illam, quæ veteris Testamenti hominibus contigit (hoc est, per imputationem, vt ipsi dicunt) vel intelligunt, vel agnoscunt, dumq; illius se participes sola fide esse & somniant, & iactant, & ab antiqua veritate longè aberrarunt, & vera sese iustificatione abdicauerunt. Namq; veram & diuinam sanctitatem in iis qui se colerent horum signorum euentu ostensum tandem iri Diuina prædixerãt oracula, vt scriptum est: Sancti eritis mihi, quoniam ego Sanctus sum. hanc autem sanctitaté Dei dono & beneficio illis contingere oportuit, non propria cuiusquã aut cogitatione, aut persuasione. nó quod se quisquam sanctum crederet, aut putaret, ideò sanctum & Deo gratissimum esse consequens fuit, sed quòd Dei maximo & præstantissimo munere donaretur, quòd hoc diuino beneficio afficeretur, per quod Diuinæ consors naturæ fieret, ,,
fugiens eius quæ in mundo est concupiscentię corruptionem. Donum ,,
igitur Dei esse oportuit, non humanam persuasionem, qua sibi quisq; plauderet, & sanctitatis nomine ex eo solùm gauderet, quod Christi sanctitatis sese non experiretur sed crederet aut putaret participem: neque enim legimus: Arrogabit sibi quisque sanctitatem, & credens

caute lege ... (handwritten marginal note)

Leu.17. ,, sanctus erit,sed, Dabo sanctificationem meā in medio eorum in perpetuum. Veram igitur esse sanctificationem oportuit, qua nouæ & aureæ ætatis homines vitam degerent Christi virtute dignam,& Deo atque hominibus probatissimam, ita vt bene apud omnes bonos viros audirent, & publico præconio tanquam à veteri seruitute in nouam libertatem asserti, sancti ab omnibus maxima cum admiratione ap-

Esaiæ 63. .. pellarentur: Et vocabunt eos (inquit) populum sanctum, redemptos à Domino. Igitur quicunque sese quinque horum editione signorū pro Messia probauerit, is proculdubio verus Christus diuinis oraculis promissus,& ab antiquis Patribus, Regibus & Vatibus multum diuq; desideratus est. Neque enim satis erat quibusdam externis temporū obseruationibus attendisse, neque miraculis fuisse celebrem eum qui Christi nomen profiteretur, nisi idem is maximis & diuinis signis, quorum causa venturus ipse erat,& quamobrē ab omnibus expectabatur, satisfaceret. fieri enim poterat vt propheta aliquis, siue verus & à Deo missus, siue mendax, & propria ambitione aut dæmonis instinctu excitatus,& miraculis illustraretur,& temporum obseruationi respōderet: vt autem alius à vero Christo diuinis huiusmodi, quæ iam enumerauimus, signis se spectandum præberet, fieri non poterat. Namque tale

Esaiæ 41. .. de hac re responsum datum accepimus : Vos testes mei, dicit Dominus,& seruus meus quem elegi, vt sciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum (qui loquebar) ecce adsum. Nos igitur Israëlitarum, qui rectè hæc signa de Christo expectanda tradiderunt, sententiam & rationes probantes, diuina oracula bene & sapienter ab illis indicata agnoscimus. maximam præterea his signis ad sacrarum literarum aperienda mysteria lucem afferri intelligimus, neque quemquam alium Christi nomine nobis esse recipiendum ab eo, qui authoritatem causamque suam his signis atque rationibus firmarit, statuimus. Nos, inquam, qui ab illis hactenus non dissentiendum hac in re ducimus, id sedulò dedimus operam, vt breuiter & dilucidè, quod de propositis à Iudæorum schola signis dicendum fuit, diceremus. nunc quod ab illis erga eadem signa desiderari intelligimus, id deinceps nobis exponendum restat. Nempe Iesum Nazarenum à Deo olim coram eorū Principibus, Sacerdotibus, Sapientibus, vniuersa denique ipsorum gente, signis aliis, miraculis & maximis virtutibus probatum, eundem illum quem expectari fas fuerat, Christum fuisse : quippe qui omnibus his, quæ quinque horum capitum obseruatione continentur, signis plenissimè atque accumulatissimè, primis illis restituti mundi temporibus, conspi-

conspiciendum se omnibus agnoscendumque præbuerit, frustraque alium à Iudæis adhuc expectari, quando non nisi hunc aut nunc seruatorem aut tandem iudicem experiri necesse sit. Ergo vt rem totam, quanta possumus breuitate, exponamus, eundem quem in proponendis signis ordinem tenuimus, seruare oportebit.

Primi autem signi testimonio Iesum Nazarenum Christum Dei 1. Filium, & hominum seruatorem fuisse probatum, magnopere D. Paulus asseuerat, ostendens, huius opera effectum esse, vt homines quicunque vitiis & carnis concupiscentiis mortui cum Christo fuerant, iidem cùm ille ex mortuis extitisset, simul etiam ad nouam vitam & ad diuinam sanctitatem per Spiritum sanctificationis resurgerent. qua de re sacer hic nuntius in hunc modum ad Romanos scripsit: Qui declaratus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. *Rom. 1.* Atque hoc quidem testimonio nihil apertiùs esse aut quæri potest, quo D. Paulus Iesum confirmat verum Christum & Dei Filium fuisse Spiritu sanctificationis à Deo comprobatum, Christi mortuis in sanctissimá vitam eiusdem efficientia restitutis. Hunc autem diuinum ac sanctificantem Spiritum verè in hominibus fuisse, eosque manifestis argumentis ab se afflatos apud inimicam etiam gentem demonstrasse Diui Petri habitus apud Iudæos, qui miraculo interfuerant, sermo indicat: Dextera (inquit) Dei exaltatus Christus, & promissione Spiritus sancti à Patre accepta, effudit hoc donum, quod vos videtis & auditis, in discipulos suos. *Act. 2.* quos quidem sanctissimus ille Spiritus tanto Dei amore complexerat, tanta sanctitate imbuerat, vt non modò ardentissimè Deũ amarent, sed pro Christi nomine & dignitate proprium sanguinem & vitam læti profunderent. cuius quidem rei innumera habere licet testimonia, ex quibus illud vnum est: Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. *Act. 5.* Hos autem fructus diuina ferebat lex, quam in eorũ cordibus sanctus Spiritus inciderat. atque hanc quidem legem non imputatione, non persuasione, non alia quapiam externa ratione, sed re ipsa & vera Dei efficientia fixam acceperant, acceptamque tenebant; id quod & Apostolus profitetur: Charitas (inquit) Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Rom. 5.* Spiritum sibi datum asseuerat, quo diuini, Dei amantissimi, atque Deo charissimi redderētur, vtpote qui diui & à Deo adoptati filij euaserant. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timorẽ, sed accepistis spiritum adoptionis *Rom. 8.*

 filiorum

filiorum, in quo clamamus Abba (Pater.) Seruitutis namque spiritu antiqua lex cultores suos non tam agebat quàm angebat, quippe quæ in lapidibus incisa, vt virtutis absolutio atque perfectio in suis non desideraretur hominibus, nũquam effecit, siquidem Neminem, vt idem affirmat Apostolus, ad perfectum adduxit lex. at verò quibus animis noua hæc altera lex fixa erat à timore ad amorem traductis, noua vita ab antiqua seruitute aliena sanctissimè trãsigebatur, accepto adoptionis spiritu: id quod altera illa lex præstare non valuit, quæ non in cor-

1 Cor. 3. dibus, sed in saxo fuerat incisa. quamobrem & Apostolus ait: Epistola quidẽ Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. atque ob hanc quidem eãdem legem diuini Spiritus opera in noui Testamenti

Galat. 2. sanctissimis cultoribus scriptam, idem Paulus exultans canebat: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. cui se ab antiqua seruitu-

Rom. 8. te manu assertum fuisse acceptum referens, ait: Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Hactenus de primo signo quæ ex diuinis libris satis esse videbantur testimonia, protulimus, multa autem alia propter rationem breuitatis prætermittenda (id quod & in cæteris fiet) existimauimus.

2. Neque verò aut rariora, aut minus etiam manifesta veritatis argumenta secundum in Iesu Nazareno signum requirentibus occurrent: quod signum Spiritus circuncisionem verè in iis qui ex nouo Testamento cælestis regni hæredes dicerentur, futuram definiebamus. siquidem id per nostrum Christum effectum esse, D. Paulus Christianos eos alloquutus, qui huiusmodi à Deo acceperant beneficium, conte-

Coloss. 2. statur. In quo (inquit) & vos circuncisi estis circuncisione, non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, cõsepulti ei in baptismo (quatenus illi vnà cum Christo carnalibus vitiis, & veteri homini extincti & sepulti erant) subiungit autem, Sed resurrexistis cum Christo, nimirum in nouam vitam, eamque diuinã: quam

Philip. 3. quidem ob rem & alibi idem Apostolus dicit: Et vos, cùm essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus cum illo. quoniam noui illi & renati homines planè cælestes euaserant, & super omnem humanam aleam constituti, nihil humile, nihil terrenum, nihil cæterorum hominum moribus simile sapiebant, sed toti diuinarum rerum studiis tenebantur, & incumbebant, id quod Paulus subiuncta sentẽtia demonstrat: Conuersatio nostra in cælis (inquit) est. quid verò planius, quid apertius

apertius de hac re dici potuit, quàm id quod idem Apostolus in huius signi obseruatione pronuntiauit, cùm huius arcanæ circuncisionis rationi satis à Christo consultum fuisse confirmaret; qua de re hæc eius sententia est: Non enim quæ in manifesto est carnis circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu nõ litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Quam eandem non cogitatione neque imputatione, neque solius fidei ratione, sed veritate & re ipsa in illius aureæ ætatis sanctissimis hominibus fuisse nemini planè negare fas erit, qui Apostolum ipsum sic de hac re personantem purgatis auribus audierit: Fratres scientes, quod nec auari, neq; adulteri, neque raptores, neque ebriosi, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt: & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, & iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Quibus ex rebus omnibus manifestum fit, Iesum Nazarenum huic etiam altero abundè satisfecisse signo.

3. Tertij autem signi expectatio firmam erga Iesum Nazarenum fidẽ impedire minimè potest, quo minus eum verum fuisse credamus Dei Christum, cùm ipse desideratam diuinæ gratiæ felicitatem, & illam quam summoperè sacrę literę prædicant benedictionem suis impartitus sit veris sanctisque cultoribus: id quod maximis & irrefragabilibus argumentis ætate illa manifestè probatum est. hic enim Christus quos cum Patre suo in gratiam reconciliauit atque restituit, eosdẽ diuinæ atq; cælestis benedictionis hæredes instituendos curauit: quam rem Diuus Petrus ita planè atque apertè demonstrat, vt nihil in hac re desiderari omnino possit: Omnes Prophetæ (inquit) à Samuele & deinceps qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos: vos estis filij Prophetarum & testamenti quod disposuit Deus patribus nostris, dicens: & in semine tuo benedicẽtur omnes familiæ terræ; vobis primùm suscitauit Deus Filium suum, & misit eum benedicentem vobis. Quam quidem benedictionem non externam aliquam felicitatem, non terrenarum diuitiarum aut opum copiam, qualis antiquis hominibus contigerat, non cogitatione & imputatione sibi à quoquã adscriptam, aut alia quauis humana opera paratam interpretamur: Namq; huiusmodi benedictiones, aut ad antiquas futurarum rerum figuras, & illorum temporum homines spectabant; aut ad eorum figmenta, qui de his non purè sanctèque sentiunt, non ad rem ipsam referuntur. verùm enimuerò quam Christus iis qui sibi credentes & dicto audientes sunt parauit benedictionem, vera, absoluta est & cælestis planè, atque in

humanis animis diuini Spiritus virtute effusa, quam qui sortiti sunt, sancti & Deo gratissimi, omnis felicitatis ratione cumulatissimè aucti fuêre: quam rem non sine ingenti gratiarum actione, & meritis diuinę
Ephes. 1. " benignitatis prohemiis D. Paulus exponere potuit: Benedictus Deus
" & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni bene-
" dictione spirituali in cælestibus, sicut elegit nos vt essemus sancti &
" immaculati, & sine querela & reprehensione in medio nationis pra-
" uæ & peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo in laudem
2. Petri 1. " Dei. Quamobrem & D. Petrus dicebat: Quomodo nobis omnia di-
" uinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem pertinent, donata sunt, in
" quo nobis maxima & pretiosissima promissa sua donata sunt (vera atque simplici & possessionis iure tradito celebrata donatione) quod &
" idem ipse Apostolus subiuncta oratione declarat, Vt per hoc efficia-
" mur diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est cõcu-
" piscentiæ corruptionem. Atquè hoc in illis diuinæ benedictionis virtute efficiebatur, quam benedictionem illi plenè atque copiosè in se possidebant: In quo (inquit Apostolus) repleti estis. hæc enim causa fuerat quamobrem Dei Filius de cælis in terram descenderat, nempe vt suos in paternum regnum cælestesque diuitias adoptaret, cuius rei
" testimonio illa D. Pauli oratio est: Qui cùm esset diues, pro nobis ege-
" nus factus est, vt nos inopia eius diuites essemus. Multæ quidem aliæ Apostolorum sententiæ manifestũ huic rei testimoniũ dare possunt, (illi enim harum rerum testes certissimi earumque pars magna fuerunt) quibus nos tamen breuitatis studio supersedemus.

4. Illud præterea adeò patens, adeò apertum omnibus literarum sacrarum studiosis est, vt nullam à nobis postulare videatur argumentationem, nempe Christum Iesum ita se in perfectum sacrificium Deo Patri suo obtulisse, vt cultoribus suis litauerit, cuius gratiæ & doni communicatio eos omnes contigerit, quicunq; aut culpa, aut vitio sese indignos non reddiderint. Ne tamen huic etiam parti nõ satisfecisse videamur, cui plenè ab illo satisfactum est, duo aut tres testes producere placuit: quem numerum satis superque ad veritatem facere, diuinis responsis est declaratum. Primum igitur D. Petrus nobis citãdus
1 Petri 2. " est, qui de hac re in hanc sententiam multa pronunciauit: Ipse tulit
" peccata nostra in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ
" viuamus, cuius liuore sanati sumus. Nã illius morte vetus ille homo, cuius culpa in nos trãslata multorum sine fine malorum causa fuerat, est extinctus, & omnium nominum debitum est retributum, cui rei & Diui

caute lege eum to superius notatum

Diui Pauli ſententia illa teſtimoniũ dare poteſt: Fratres, ſcientes quia ,, Rom. 6.
vetus homo noſter ſimul cum Chriſto crucifixus eſt, vt deſtruatur cor- ,,
pus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. ex quo fit, vt qui cum illo ,,
mortuus eſt, liber etiam ſit à peccato: Nam corpus quidem mortuum
eſt per baptiſmum in mortem ipſius, mortuum quidem ob peccatum
ab eo deletum & extinctum, ita vt corpus illud peccati iam nõ exſtet;
Spiritus autem viuit ob iuſtitiam à Deo acceptam, quamobrem ab eo-
dem dictum eſt: Nam ſicut Chriſtus reſurrexit per gloriam Patris, ita ,,
fecit vt nos in nouitate vitæ ambulemus. id quod & ipſe alio in loco ,,
apertè teſtatur, dicens: Et vos cùm mortui eſſetis in delictis & præpu- ,, Coloſſ. 2.
tio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, remittens vobis omnia pec- ,,
cata veſtra (præterita) delens quod aduerſum nos erat chirographum ,,
decreti (peccatum & peccati corpus intelligit) quod erat contrarium ,,
nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci. Quid apertiùs? & ,,
tamen addere illud non pigebit: Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam cru- ,, Galat. 5.
cifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. vnde & Apoſtolus ipſe, vtpo- ,,
tè ex eorum numero, quos ſic deſcripſerat vnus: Chriſto (inquit) con- ,,
fixus ſum cruci: viuo ego, iá non ego, viuit verò in me Chriſtus. quam ,, Galat. 2.
vitam tanti ille faciebat, vt omnium aliarum rerum quæcunque aut
appeti, aut expeti ab hominibus poſſunt, iactura permutaret. ſicut ipſe
de ſe profitetur: Omnia vt ſtercora reputaui, propter eminentem in ,, Philip. 3.
me Chriſti ſcientiam, ad cognoſcendum eum & virtutem reſurrectio- ,,
nis eius, & ſocietatem paſſionum illius, configuratus morti eius. quam ,,
quidem mortem antiqui fœderis ſacrificia, & vniuerſus ille cultus ve-
teri homini, & humanis cupidinibus afferre nunquam valuit, qua re
atque ratione nouum fœdus veteri anteponendum Apoſtolus colli-
git: qui, veteris imperfectione cum noui abſolutione collata, ſic ait:
Omnis Sacerdos præſto eſt quotidie eaſdem offerens hoſtias, quæ non ,, Heb. 10.
poſſunt auferre peccata, hoc eſt, veterem hominẽ cum operibus ſuis, ,,
qui vitiorum omnium & ſcelerum fons eſt: Quia impoſſibile eſt ſan- ,,
guine vitulorum aut hircorum auferri peccata, alioqui iam ceſſaſſent ,,
offerre. ob huiuſmodi ergo antiqui Teſtamenti defectum aſſidua co-
rundem ſacrificiorum repetitione opus fuerat, propter eas inquinatio-
nes expiandas, quæ ex veteri homine continuato ferè fluxu ſcaturibãt.
verùm enimuerò ſanctiſſimum illud atque abſolutiſſimum Ieſu Na-
zareni ſacrificium tanto illis præſtitit, quãto cæſam in eo hoſtiam mu-
tis & ratione carentibus animantibus præſtitiſſe manifeſtum eſt.
Namque hic Chriſtus, hoc eſt, hic Sacerdos à Deo in huiuſmodi mi-
niſterium

misterium inunctus vnam semel offerés hostiam pro peccatis, in æter-
Heb. 9. ,, num consummauit, hoc est, perfecit, & sanctos effecit quibus litauit.
,, quamobrem & idem alio in loco dicit: Semel in consummationẽ sæ-
,, culorum ad destirutionem peccati per hostiam suam apparuit. cuius
,, etiam sententiæ illa alia eiusdem oratio est: Christus semel oblatus est
,, ad multorum exhaurienda peccata. Neque verò in eam sententiam
Apostolus disputat, vt peccata hæc, quæ Iesu sacrificio deleta ablutaq;
sunt, ea tantùm esse definiat, quæ quotidianis aut actionibus, aut præ-
termissionibus contrahuntur; etenim quæ eiusmodi erant, antiquis il-
lis hostiis cædendis, huius præstantissimæ hostiæ nomine atque virtu-
te, condonari potuisse nemo fermè vel mediocriter sacris literis eru-
ditus est qui ambigat; sed ea peccata in his suarum disputationum lo-
cis sibi tractanda proponit, ex quibus conflatur id quod peccati corpus
& cupidinum fontem vocare aliàs solet. id quod idem Paulus, argu-
Heb. 9. ,, mento ex comparatione ducto, vehementissimè confirmat: Si enim
,, (inquit) sanguis vitulorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus inqui-
,, natos sanctificat ad emundationem carnis (id quod quotidianorũ con-
,, donatione peccatorum fit) quanto magis Christi sanguis, qui per Spi-
,, ritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit
,, & sanctificabit consciẽtias nostras ab operibus mortuis, ad seruiẽdum
,, Deo viuenti. Neque quicquam de hoc vero atque præstantissimo la-
uacro, quo contaminatissimis omnium scelerum genere ac numero
hominibus sordium & immunditiarum omnium, fæces abstergeban-
1 Cor. 6. ,, tur, apertiùs, quàm illud dici potuit: Neque fornicarij, neque ebriosi
,, regnum Dei possidebunt: & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed
,, sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui dedit se-
,, metipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & vt mun-
,, daret sibi populum acceptabilem, sectatorẽ bonorum operum. quam
1 Ioan. 6. ,, rem & Diuus Ioannes illa sententia confirmat: Et sanguis eius emun-
,, dat nos ab omni peccato. etenim hæc causa fuerat, quamobrem Chri-
stus è cælo ad terras descenderat, nempe vt huius se rei effectorem præ-
1 Ioan. 3. ,, beret. In hoc (inquit Ioannes) apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera
diaboli, quod peccati corpus est. Atque hoc in causa fuit vt Ioannes
Baptista Christum indice ostendens, diceret: Ecce agnus Dei qui tol-
lit peccata mundi. Hæc nos Apostolorum testimonia idonea iudicaui-
mus, quæ in Christo vero signum quartum denuntiarent.

5. Quintum porrò signum quatuor iis quæ iam à nobis obseruata in
Iesu nostro sunt, facilè accessum iri iam ipsa res ratioq; promittit. id
autem

autem aquarum limpidissimarum,& diuini Spiritus persusionem definiuimus,qua noui Testamenti homines atque eiusdem Christi veri cultores,purè abluti redderentur: namque huius rei frequentibus & apertissimis testimoniis fidem vniuersa ferè noui Testamenti volumina faciũt,atq; ipse inprimis Iesus cùm de hoc, quod efficere moliebatur,opere verba faceret: Siquis sitit veniat(inquit)ad me: Qui credit ,, Ioan. 7.
in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, ,,
hoc autem dicebat (subiungit Euangelista) de Spiritu sancto quem ,,
erant accepturi credentes in eum. D. verò Petrus Christum tanto promisso dignum se denique præbuisse,qui suos dictoque audientes suo hac sanctitate atque renouatione affecerit, vehementer confirmat:
Renati,non ex semine corruptibili,sed incorruptibili per verbum Dei ,, 1.Pet.1.
viui. quam eandem sententiam secutus Apostolus: Saluati, inquit, ,, Tit.3.
per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit super nos abundè per Iesum Christum,vt iustificati gratia ipsius ,,
hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Atque huius diuinæ lotionis,& sanctificationis huius,quam Christus illius ætatis hominibus parauerat,causa,illud ab Apostolo dictum est: Apparuit benignitas & ,, Tit. 2.
humanitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus,erudiens nos,vt ,,
abnegantes impietatem & sęcularia desideria,sobriè,& iustè,& piè viuamus in hoc sæculo,Non configurati amplius delictis & peccatis, vt ,,
Petrus inquit,sed secundùm eum qui vocauit nos sanctum. Namque ,, 1.Pet.1.
ad hanc sanctitatis similitudinem peruenturos eos idem,à quo vocati sunt,prædixerat:Sancti eritis mihi,quoniã ego sanctus sum Dominus ,, Leuit.11. & 18.
Deus vester. propter huiusmodi porrò regenerationem ab Apostolo ,, & 20.
scriptum est: An nescitis quòd membra vestra templum est Spiritus ,, 1.Cor.6.
sancti qui in vobis est,quem habetis à Deo. tẽplum quidem sanctum, ,,
purum,& omni scelere & peccati sordibus vacuum,vt ab eodem asseueratur Apostolo,qui de hoc diuino Dei templo mentionem faciẽs, ,, Ephes.5.
ait: Viri diligite vxores vestras,sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro ,,
aquæ in verbo vitæ,vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem rugam aut maculam,aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta ,,
& immaculata. ob eandem hanc rem dictum ab eodem est: Et vos ,, Coloss.1.
cùm essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nũc ,,
reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem,vt exhiberet nos sanctos & immaculatos,& irreprehensibiles coram ipso. Neq; verò aliam ,,
ob causam Petrus ait: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens ,, 1.Pet.2.

,, ſancta, populus acquiſitionis,vt virtutes enarretis eius qui vocauit vos
,, in admirabile lumen ſuum. Sed & Ioannes Euangeliſta, qui de his regenerationis & nouæ atque diuinæ ſanctitatis myſteriis pleniſſimè atque optimè dixit, hoc ingens Dei beneficium obſeruare atque admi-
1 Ioan. 3. ,, rari iubet: Videte, inquit, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt fi-
,, lij Dei nominemur, & ſimus. & : Omnis qui natus eſt ex Deo, pecca-
,, tum non facit, quoniam ſemen Dei manet in illo, & non poteſt pec-
,, care, quoniam ex Deo natus eſt. in hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij diaboli, omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo. Atque hæc vna ratio.
,, eſt, cuius rei cauſa ab eodem admonemur, dicente: Filioli, nemo vos
,, ſeducat, qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. quid autem aut apertius aut conſtantius pro veritatis Chriſti teſtimonio dici vnquam potuit, quàm illud quod ab eodem Ioanne dictum atque editum eſt? Nam dum ille Ieſum Nazarenum verè Dei Filium, atque à Deo in hominum ſalutem & ſanctificationem vnctum eſſe cõfirmat,
1 Ioan. 5. ,, ſic pronuntiat: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo (Ieſum eſſe
,, Chriſtum & Filium Dei) Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt (quia nimirum tametſi perſonis diſtinguantur, natura tamen nullam neque ſeparationem neque diſtinctionem admittunt)
,, & tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis,
,, & hi tres vnum ſunt. id quod ille propterea dixit, quòd horum trium teſtium efficientiam & euentum vnam eſſe conſtaret rem, quæ res diuina illa & vera regeneratio, quam in illius ætatis Chriſtianis, diuini Spiritus infuſione, & puriſſimarum ex Chriſti lauacro aquarum, & eiuſdem ſanguinis perfuſione paratam atque perfectam experiri licebat. Ergo trium horum teſtium virtute & effectu vehementer Apoſtolus hic probat, Ieſum verum Meſſiam atque Dei Filium eſſe, hoc eſt, Verbum illud, quod promiſſionibus & ſponſionibus crebris ad eam ſuos ſpem vocauerat, nempe futurum vt paratis à ſe puriſſimis aquis omnium illis ſcelerum maculas deleret, & diuino ac ſanctiſſimo Spiritu ad nouam traduceret vitam, quo decem ſupernæ legis præceptis, & diuinorum iudiciorum inſtitutis exactè peragendis vacarent. Atq; hoc eſt illud diuini Spiritus teſtimonium, cuius teſtimonij cauſa D. Paulus dixit, declaratum eſſe Filium Dei per Spiritum ſanctifica-
Ephes. 5. ,, tionis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti. & alibi: Signati, in-
,, quit, eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus & arra hæredita-
Heb. 10. ,, tis noſtræ. & iterum: Aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti cor-
,, pus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ cõfeſſionem indeclinabilem
ob

ob sanguinis verò testimonium illud à Ioanne pronunciatum est: Et sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. quod quidē etiam ,, testimonium vehemētissimè ab Apostolo illa confirmatur argumen- ,, tatione: Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum se- ,, Heb. 9. metipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias no- ,, stras ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Atque adeò ,, horum testimoniorum rationibus, quæ in credentium animis erant, effectum est vt noui Testamenti primis temporibus Iesus verus Dei Christus manifestè probaretur. Sicut de iis, qui hanc iustificationem accepturi erant, prædictum fuit: Vos testes mei, dicit Dominus, &c. ,, Esaiæ 43. seruus meus quem elegi, vt sciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ,, ipse sum, qui loquebar. Igitur cùm Apostolus de nouo hoc & pręstan- ,, tissimo Dei dono cogitaret, quòd antiquis ignotum, & cęremoniarum atque figurarum multarum arcanis mysteriis reconditum, & nouæ atque aureæ huius ætatis hominibus Dei benignitate atque peculiari electione patefactum, cùm hæc, inquam, animo agitaret suo, diuini parentis bonitatem, eorum omnium nomine quicunque huius doni consortes atque cohæredes essent, summis non efferre laudibus non potuit: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui be- ,, Ephes. 1. nedixit nos omni benedictione spirituali in cælestibus (omnem bene- ,, dictionem propterea dicit, quod quæcunque diuino verbo promissa olim fuerant, ea cumulatissimè noui Testamēti cultoribus essent red- dita) sicut elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti ,, Rom. 5. & immaculati coram ipso. ob abundantiam charitatis Dei Patris, quæ ,, diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum qui datus est nobis, ,, Ephes. 5. qui prædestinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum Christū in ipso, ,, secundùm propositum voluntatis eius, in laudem & gloriam gratiæ ,, suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redem- ,, ptionem per sanguinem eius, in remissionem peccatorum, secundùm ,, diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia ,, atque prudentia, vt notum faceret nobis Sacramētum voluntatis suæ ,, secundum beneplacitum eius, quod disposuit in dispensatione pleni- ,, tudinis temporum instaurare omnia in Christo quæ in cælis (hoc est, ,, quotquot in cælum conscenderunt, cùm Christus ad Patris dexteram sessurus ascenderet) & quæ in terra. In quo & vos cùm audissetis ver- ,, bum veritatis, Euangelium salutis nostræ, in quo & credentes signati ,, estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in ,, redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Huius tam lōgæ ,,

progreſſionis curſu illud Apoſtolus efficit, vt dum de certa & abſoluta ſanctitatis ſorte diſſerit, quæ noui Teſtamenti cultoribus Dei Patris dono ante mundi conſtitutionem iiſdem parata tandem obtigit, illud vehementiſſimè confirmet, Dei benignitate & miſericordia factum eſſe, vt noui Teſtaméti homines, & huius aureæ ætatis cultores in eam vitæ ſanctitatem & nouam regenerationem optarentur, cuius ſanctitatis & regenerationis ratione effectum eſt, vt verum de Chriſti negotio teſtimonium in terris haberetur, id quod iis qui veteris Teſtaméti temporibus vixerunt, minimè vnquam contigit, videlicet vt maximi huius myſterij aditus apertos ſibi eſſe gauderent, hoc eſt, vt ſanctitatis & renouationis huius vim experirentur. atque hoc argumétum illius
» ſententiæ eſt: Sicut elegit nos ante mundi conſtitutionem vt eſſemus
» ſancti & immaculati, atque etiam prædeſtinauit nos in adoptionem fi-
» liorum, ad hæc vt notum faceret Sacramentum voluntatis ſuæ, quod
» abſconditum fuit à ſæculis & à generationibus, & nunc reuelatum eſt
» ſanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias magnitudinis
» myſterij huius. Optima profectò ſors nobis noui fœderis fidelibus obtigit cultoribus, qui Dei benignitate, gratia & beneficio ad eam rem ſumus comparati, vt ſanctitatem & iuſtificationem illam à Deo experiremur, quam diuinum Verbum iam olim à ſe præſtádam fuerat pollicitum, vt cæremoniarum, figurarum, & vaticiniorum, quæcunque in antiqui Teſtamenti libris ſunt, Spiritum nobis tandem patefactum atque oſtenſum conſpiceremus. O quoties & quot quantaque admiratione ſuſpiciendæ de nobis ſunt pronuntiatæ ſententiæ. Nempe de
Pſal. 81. „ noui Teſtamenti hominibus illud verè diuinus cecinit Vates: Ego dixi
» dij eſtis, & filij excelſi omnes. Nos in templum Dei viui & electi fui-
Leuit. 10. „ mus & comparati. In nos illud prædictum exſtat: Sancti eritis mihi
» quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Nobis illa ſalus nun-
Ezech. 36. „ ciata eſt: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab
„ omnibus inquinamentis veſtris, & Spiritum meum ponam in medio veſtri. & dabo legem meam ſcriptam in corde eorum. Nobis illud à
Ierem. 31. diuino Verbo promittebatur: Dabo tibi theſauros abſconditos, & ar-
» cana ſecretorum, vt ſciatis quia ego Dominus. Noſtræ ætatis homines
Eſaiæ 45. „ tunc appellabantur, cùm diceret Deus: Vos teſtes mei, dicit Dominus,
Eſaiæ 43. „ & ſeruus meus quem elegi, vt ſciatis & credatis mihi, & intelligatis,
» quia ego ipſe ſum, qui loquebar, ecce adſum. De nobis illud pronútiatum eſt: Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter,
Eſaiæ 40. „ tum eſt: Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter,
Ierem. 32. „ quod os Domini locutũ eſt. Ad nos illud pertinet: Dabo eis cor vnum,

vt

vt cognoſcant me, quia ego Dominus. Nos alloquitur Moſes,cùm ,, aic: Circuncidet Dominus Deus cor tuum,& cor ſeminis tui. De no- ,, *Deut. 30.* bis ſignificatum eſſe voluit Deus,cùm hæc promitteret: Dabo ſancti- ,, *Ezech. 37.* ficationem meam in medio eorum in perpetuum. Et vocabunt eos ,, *Eſaiæ 62.* populum ſanctum redemptos à Domino. hoc erat illud pulcherri- ,, mum à Deo parandum ſpectaculum,de quo ſcriptum eſt: Omnes qui ,, *Eſaiæ 41.* viderint eos,cognoſcent illos,quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Do- ,, minus. Nos illis vocibus compellabamur, nos inuitabamur audituri: Omnes ſitientes venite ad aquas.& iterum: Audite audientes,& com- ,, *Eſaiæ 55.* edite bonum,& delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Porrò illud ,, de nobis eſt prædictum: Et lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in ,, *Eſaiæ 9.* meſſe multa, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ,, ſpolia. Quia iugum oneris eius & virgam humeri eius,& ſceptrum ex- ,, actoris eius cōtregiſti, ſicut in die Madian. Hęc atque innumera huius ,, generis reſpōnſa,& ſententiæ manifeſtiſſimę,quæ paſſim antiqui Teſtamenti libros legentibus occurrunt,ad nos ſpectare, & res ipſa indicauit,& frequentibus noui Teſtamenti argumentationibus firmatum conſtat. Quibus ex rationibus conſequitur, noſtræ ætatis homines fuiſſe,quibus ea videre & audire eſt donatum,quæ multi olim & Reges & Prophetæ videre cupierunt & audire, & tamen non viderunt neque audierunt. Neque enim eum gradum antiqui veteris Teſtamenti Patres obtinuerunt, vt illius vaticinij ſpiritum & virtutem experirentur,quod de diuina hominum regeneratione eſt editum: Hæc ,, *Pſal. 118.* eſt dies quam fecit Dominus,exultemus & lætemur in ea. Siquidem ,, hoc experiri poſſe, electi hominum generis erat, & in ſacerdotum regiorum, ſanctæque gentis, & populi in laudem Dei acquiſiti, quorum erat: Eius virtutes annuntiare,à quo de tenebris in admirabilem ,, *1 Petri 2.* lucem fuerant euocati;qui verè membra de carne Chriſti, & de oſſi- ,, *Epheſ. 5.* bus eiuſdem,& Spiritus ſancti oleo inuncti appellabantur, atque ſanctiſſimum diuinæ Trinitatis templum, in quo admirandæ huius rei myſteria maxima collocabantur. OMNIA hæc porrò ſigna vſque adeò illis temporibus omnibus ferè hominibus manifeſta erant & conſpicua,cùm penè innumeri eſſent,quos Deus in hoc Chriſti teſtimonium compararet,diuini Spiritus virtute eam rem in illis efficiēte. inter quos Apoſtolorum de hac re teſtimonia maximè aperta, atque apud omnes gentes promulgata fuerunt,ſicut illis Chriſtus ipſe prædixerat: Accipietis (inquit) virtutem Spiritus ſancti ſuperuenientis ,, in vos,& eritis mihi teſtes in Ieruſalem,& in omni Iudæa & Samaria, ,,

,, & vſque ad extremum terræ. quam rem ſequentibus ſignis factitatam fuiſſe, Apoſtolica docent commentaria: Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti, & gratia magna erat in omnibus illis. Quæ autem cauſa fuerit quamobrem hæc diuini Spiritus virtus de hominum animis ſe iam diu ſubduxerit, ita vt non paſſim hæc teſtimonia, quibus olim Chriſti veritas fuit comprobata, reddantur, alio loco ratio à nobis eſt quærenda. Nunc, abſoluta nobis de Chriſti ſignis vtiliſſima, atque ad omnem tum Euangeliorum, tum Apoſtolicorum voluminum lectionem accommodata diſputatione, tempus ad ſuſceptæ Epiſtolæ elucidationem proficiſci.

In ſeceſſu rupis Aracenēſis, mēſe Augusto, 1564.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos ELVCIDATIONES.

OMNIS *doctrina, atque diſciplina omnis, tribus abſoluitur partibus, Præceptione ſiue expoſitione (quam Theoriam artifices vocant) Exercitatione, cui Græci nomē* πρᾶξιν *fecere; & Cōprobatione, ſiue iudicio, quod* κρίσις *dicitur. Chriſtiana doctrina partem primā quatuor Euangeliorum Scriptores abundè tradidere. Secundam D. Lucas luculenter eſt perſecutus. Paulus, Petrus, Iacobus, Iohannes & Iudas in tertia diligentiſſimè verſati ſunt, ſed Paulus inprimis, qui cùm multarum gentium doctor eſſet conſtitutus, pro variorum ingeniorum ratione, atque pro rerum ac temporum diuerſitate, varia argumenta diſputanda ſuſcepit, eáque ſapientiſſimè pertractauit, quanquam nonnullis in locis quædam obſcuriora appareant, & indoctorum atque inſtabilium deprauationi (vt D. Petrus docuit) expoſita ſint. Ea verò quæ ad Romanos ſcripta Epiſtola eſt, ob id primo loco poſita videtur, quòd vniuerſam humanæ ſalutis rationem ad Iudæos & Gentes, atque adeò ad omne hominum genus pertinentem complectatur, cæteræ Epiſtolæ omnes huius communis rationis varia veluti capita expoſita contineant. conuenit verò hoc maximè: quippe cùm omnium gentium imperiū apud Romanos eſſet, neceſſe erat omnia hominum genera in illam vrbem confluere, atque de Chriſtiana doctrina illa tempeſtate proſeminatæ rationibus, pro ſingulorum ingeniis ſtudiisq́; ſentire & exiſtimare: quibus omnibus, vno edito communi volumine, breuiter ſatisfactum oportuit.*

CAP.

Capvt. I.


Avlvs [1] seruus
Iesu Christi, voca-
Act. 13, 2. tus Apostolus, se-
gregatus in Euan-
gelium Dei, [2] quod antè pro-
miserat per prophetas suos in
scripturis sanctis, [3] de filio
2 Ms.c 5. suo, (qui factus est ei ex se-
mine Dauid secundū carnem,
[4] qui prædestinatus est filius
Dei in virtute, secūdum spiri-
tū sanctificationis, ex resurre-
ctione mortuorū Iesu Christi
Domini nostri, [5] per quē acce-
pimus gratiā & Apostolatum
ad

1 Paulus] *qui antea Saulus dictus, nomē familiarius Romanis & Gentibus iam obtinet, quod mutationem aliquam in homine ipso facilè indicat.* Seruus Iesu Christi.] *emptus Christi sanguine, & ex seruitute peccati ac legis in iustitiæ libertatem Christiq; seruitutem assertus, ipsi Christo in obsequiū & seruitium addictus.* Vocatus Apost.] *non vltrò ingestus, non propria ambitione aut libidine motus, vel temeraria vsurpatione ingressus, verùm vocatus & missus.* Separatus] *cùm varij ad varia ministeria mittantur, atque alij singula, alij plura subeant, Paulus electum se ait, & vas electionis ad hoc destinatum, vt perferat bonum Dei nuntium, non obscurum quidē aut inauditum vnquam, sed promissum antè multorum Vatum oraculis, quorum exempla certissima literarum monumentis descripta constent. itaque non vanam esse suam legationem affirmat.* 3 De filio suo.] *Boni nuntij argumentum illud est, Dei filium vnigenitum æternum Deum, hominem factum in carne venisse, natū ex Dauidis familia & posteritate, sicut antea prædictum promissumq; fuerat, atque hoc est vnum boni nuntij caput.*

4 Qui prædestinatus.] *Alterum caput Euangelij est, illum qui verè agnitus fuit ex semine Dauid secundum carnem natus, illum ipsum eundem agnitum esse Filiū Dei ex efficientia ipsa, cuius periculum factum iam sit: erat autem huius efficientiæ illa obseruanda ratio: Vt qui resurgens à mortuis, homines in se credentes ex peccatis, in quibus mortui erant, consurgere faceret, atque ita conuiuificatos Spiritu sanctificationis donaret, ille verus ac certus Filius Dei haberetur, æqualis Patri, vitæ Dominus, cui omnia tradita essent, quæ sunt in cælis & in terris, & omne genu flecteretur cælestium, ac terrestrium, & infernorum. Hoc igitur Euangelium de vno Iesu Dei vncto annuntiandum Paulus sibi demandatum & commissum profitetur.*

5 Per quem accepimus.] *Per ipsummet huius diuini doni pontificem & authorem Christum: vt certius & grauius Apostoli testimonium sit, quàm si hanc virtutem ab eodem Christo tamen per alium acceptā, profiteretur. quippe ita constitutum erat à Deo, vt is ipse Filius Dei suæ virtutis author, donator, ac distributor esset, atq; ita qui hoc dono aucti essent, profiteri certissimè possent atque testari, tam donū ipsum, quàm doni authorem.* Gratiam.] *Duplicem gratiam, tam eam quæ singulos Deo gratos efficit, quos imbuit, quàm eam quæ ad ministerium atque adeò ad aliorum vtilitatem confertur. Prius genus ad testimonium certissimum asseuerandum facit. Posterius verò ad idem testimonium enuntiandum, & verbis ac signis, vbi opus fuerit, comprobandū. Atque simul cum hoc gratiæ dono* Apostolatū, *id est, legationis obeūdæ negotiū, cæterorumq; Apostolorū fidei ac diligentiæ commissum & demādatum fuisse Apostolus declarat. Est autem Apostolatus munus, curare vt gentes omnes credant se consecuturos salutē in nomine Iesu Christi filij Dei, & credentes obediant Euangelicæ disciplinæ: vtrumque enim Deus exigit ab iis, qui donorum diuinorum per Christum compotes participesq; fieri cupiunt.*

ad obediendum fidei in om-
nibus Gentibus pro nomine
eius, 6 in quibus eſtis & vos
vocati Ieſu Chriſti:) 7 omni-
bus, qui ſunt Romæ, dilectis
Dei, vocatis ſanctis. Gratia
vobis & pax à Deo Patre no-
ſtro, & Domino Ieſu Chriſto.
8 Primum quidem gratias ago
Deo meo per Ieſum Chriſtũ
pro omnibus vobis, quia fides
veſtra annuntiatur in vniuer-
ſo mundo. 9 Teſtis enim mihi
eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu
meo in Euangelio filij eius,
quòd ſine intermiſſione me-
moriam veſtri facio 10 ſemper
in orationibus meis, obſecrãs
ſi quomodo tandem aliquan-
do proſperum iter habeam in
voluntate Dei, veniendi ad
vos. 11 Deſidero enim videre
vos, vt aliquid impertiar vo-
bis gratiæ ſpiritualis, ad con-
firmandos vos: 12 id eſt, ſimul
conſolari in vobis per eã quæ
inuicem eſt fidem veſtram at-
que meam. 13 Nolo autem
vos ignorare fratres, quia ſæpe
propoſui venire ad vos, (& prohibitus ſum vſque adhuc)
vt aliquem fructum habeam* in vobis, ſicut & in cæteris *& 4 M.S. Amb. c.q.s.
gentibus. 14 Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus
debitor

6 In quibus eſtis & vos.] *Pertinet Apoſtolatus noſtri authoritas & miniſterium ad vos, qui ad hanc lucem vocati etiam eſtis per Ieſum illum vnctum, qui vnctionis ſuæ virtutem in vobis quoque probauit, planeq́ue efficaciſſimam oſtendit in ſpiritu & veritate.*

7 Dilectis.] *Omnes quotquot vocati eſtis, dilecti Dei rectè appellari poteſtis: ex mera enim dilectione, qua Deus dilexit mundum, effectum eſt vt vos ad ſalutis veſtræ Euangelium vocaremini, adeò vt huius vocationis argumento pars veſtri ſanctificata iam ſit. omnibus igitur tam vocatis in vniuerſum quàm ſanctificatis, iamq́ue ampliori gratia diuinæ vſu auctis congratulor, omnemq́ue gratiam & veræ proſperitatis plenitudinem, quam Pacis nomen ſignificat, exopto.*

8 Pro omnibus.] *Tam vocatis in vniuerſum, quàm ſanctis gratulor iſtud teſtimonium & exemplum præclarum fidei, quo nullum poteſt eſſe communius aut publicum magis, propter maximam iſtius Vrbis in toto orbe celebritatem totius terrarum orbis nationibus frequentem.*

11 Gratiæ ſpiritualis.] *Vt Apoſtolatus munus apud vos etiam exerceam Spiritus diuini dono vocatos, atque impertiendo eius doni compotes in eo quod crediderant mirum in modum confirmantur. Deinde etiam vt mutua gratulatione nos exhortemur ad promulgandam gloriam Dei, ij videlicet qui compotes ſumus fidei quæ reuelanda erat, id eſt, qui credidimus ſecundum operationem virtutis Dei.*

*itaque 9 MS. Amb 8. debitor sum: 15 "ita", quod in
me, promptum est, & vobis
qui Romæ estis, euangelizare.
16 Non enim erubesco Euan-
gelium. Virtus enim Dei est,
in salutem omni credenti, Iu-
dæo primùm & Græco. 17 Iu-
stitia enim Dei in eo reuelatur
ex fide in fidem: sicut scriptũ
Abac. 2,4. Heb. 10,38. Gal. 3, 11. est: Iustus autẽ ex fide "viuit".
*viuet 2 MS. R. G. S. 18 Reuelatur enim ira Dei de
C cælo, super omnẽ impietatem
& iniustitiam hominum eo-
-1 MS. G. S. rum qui veritatem "Dei" in
iniustitia detinent: 19 quia
quod notum est Dei, manife-
stum est in illis. Deus enim il-
lis manifestauit. 20 Inuisibilia
enim ipsius, à creatura mũdi
per ea quæ facta sunt intelle-
cta, cõspiciuntur: sempiterna
quoque eius virtus & diuini-
-2 MS. G. S. tas: "ita" vt sint inexcusabiles.
Ephe. 4, 17, 18 21 Quia cùm cognouissent
Deum: non sicut Deum glori-
ficauerunt, aut gratias egerũt:
sed euanuerũt in cogitationi-
bus

16 Non erubesco.] *Quod ad meum studium attinet, cùm omnibus ministerium debeam, vobis etiam, quos valde amo, impertiri cupio. quod verò muneris rationem & vsum spectat, perinde est apud quos exerceatur: quippe Euangelij virtus communis est omnibus credentibus & obedientibus; omnibus, inquam, est medicina salutaris ex Dei efficientia, qui non solùm Iudæos sed Græcos etiam, hoc est, tam circuncisos quàm incircuncisos ad salutem vocari admittiq; vult.*

17 Iustitia enim Dei.] *qua homines iusti efficiuntur apud Deum ex ipsius Dei efficiẽtia, qui eos qui in se Christumq; à se missum credunt, Spiritus sancti dono auget, vsque adeò vt abundantiori fide amplificet; ita vt vita illa quæ credentibus ex diuino dono tribuitur, explicet nobis oraculum illud à Propheta pronuntiatum: Iustus autem ex fide viuet. Atque hæc est Euangelij virtus, experimento frequẽti comprobata, reuelatio videlicet iustitiæ Dei in iis qui credunt & obediunt.*

18 Reuelatur.] *Rursus autem in iis qui non credunt Euangelio, manifestatur Dei ira, siue illi Iudæi sint, siue Gentes. namque Deus notitiam sui nulli nationibus negauit, sed fuere quidam ex hominibus, qui sua ipsorum impietate & malitia Dei veritatem detinuerunt, hoc est, obscurare & impedire studuerunt.*

19 Quia quod notum.] *Quod homines de Deo cognoscere possunt ac debent, id fuit patefactum illis, tum natura rerum manifesto & exposito omnibus spectaculo, tum etiam singularibus ingenij donis, quibus multi à Deo ipso ad conditarum rerum contemplationem & cognitionem assequendam aucti sunt.*

20 Inuisibilia.] *Quæ videri nõ possunt oculis humanis de Deo, videlicet sapientia, bonitas, prouidentia, & cætera quæ ad diuinæ naturæ cognitionem referuntur, tamen ab ipso mundi huius visibilis initio ad cognoscendum exposita fuere iis ipsis hominibus qui in mundo sunt creati: qui nisi planè cæci oculis menteq; stupidi sint, ex rerum conditarum aspectu & contemplatione intelligere possent quid velit ac possit rerum concordia discors.* 21 Euanuerunt.] *A cognitione, prædicatione, & laude Dei (cui omnium, quæ in mundo sunt quæq; gignuntur, authoritatem gubernationemq; tribuere debuerunt) ad alias caussas & rationes ingeniorum suo-*

rum luxuria excogitatas vanißimè traducti sunt, secumq; in errorem abduxerunt alios homines à simplicitate illa veræ cognitionis ac scientiæ ad illas verborum & obscurarum excogitationum, quas philosophiæ nomine commendabant, abductos, adeò vt à vero abalienati, Dei iudicio manifesto, in eas tenebras inciderent insipientiæ, vt neque alij aliis, neque iidem sibi consentanea saperent aut dicerent.

23 Et mutauerunt.] *Non solùm Dei authoritatem summam, certißimam, cõmunem & singularem de naturæ rerum contemplatione tollere studuerunt, sed ipsam diuinæ naturæ rationem, suis sermonibus, præceptionibus & disputationibus, atque figuratis dicendi generibus, ac nugatoria poësi euerterant, certis imaginibus, & figuris diuinam virtutem describentes, atque ita cæteros homines in fraudem allectos adegerunt ad cultum earum rerum, quæ non solùm dij non erant, sed neque hoc ipsum erant quod referebant.*

24 Propter quod.] *Ex illa peruersa rerum ac diuinitatis cognitione, magna etiam peruersitas ac deprauatio morum in hominibus, Deo iudice & vltore, nata est: namque cognitionis & intellectionis studiosè conceptum errorem appetitionum perturbatio summa meritò consequitur.*

bus suis, & obscuratum est
insipiens cor eorum. [22] dicen-
tes enim se esse sapiẽtes, stulti
facti sunt. [23] Et mutauerunt
gloriam incorruptibilis Dei,
in similitudinẽ imaginis cor-
ruptibilis hominis, & volu-
crũ, & quadrupedũ, & serpen-
tium. [24] (Propter quod tradi-
dit illos Deus in desideria cor-
dis eorum, in immunditiam:
vt contumeliis afficiant cor-
pora sua in semetipsis.) [25] qui
commutauerunt veritatẽ Dei
in "mendacium": & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius [a]mendacio 2 MS.C.S.
quàm creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. [26] Pro-
pterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœ- D
minæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum
qui est contra naturam. [27] Similiter autem & masculi, re-
licto naturali vsu feminæ, exarserunt in desideriis suis in-
uicem, masculi in masculos turpitudinem operãtes, & mer-
cedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.
[28] Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tra-
didit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quæ non
"conueniunt": [29] repletos om- [b]conueniat 1 MS.S.
ni iniquitate, malitia, forni-
catione, auaritia, nequitia,
plenos inuidia, homicidio,
conten-

29 Omni iniquitate.] *Vt alij alios iniuriis afficerent contra humanæ naturæ ac societatis ius, contra phas omne.* Malitia.] *Mentis & animi.* Fornicatione.] *Omnium generum.* Nequitia.] *Impotenti corruptione appetitionum.* Inuidia.] *Detractio-*

contentione, dolo, malignita-
te, susurrones, [30] detractores,
Deo odibiles, contumeliosos,
superbos, elatos, inuentores
malorũ, parentibus non obe-
dientes, [31] insipientes, incom-
positos, sine affectione, abs-
que fœdere, sine misericordia.
[32] Qui cùm iustitiam Dei co-
e.s q.a gnouissent, non intellexerũt
quoniam qui talia agũt, digni
1 MS c.s. sunt morte: non solum qui
1 MS c.s. ea faciunt, sed etiam qui con-
sentiunt facientibus.

CAP. II.

A PRopter [1] quod inexcusa-
bilis es ô homo omnis
Matt. 7, 2. qui iudicas. In quo enim iudi-
cas alterum, teipsum cõdem-
qui 1 MS. c. nas. eadem enim agis quæ
iudi-

ne & insidiis aduersus alios. Contentione.] *Malitiosa & affectata rixa, ex furore, non ex ratione aut legitimis causis exorta.*

Malignitate.] *Morositate, inflexibili pertinacia, atque contenta malitia, ita vt habitum sibi pararent pessimum, omniaq́; in pessimam partem verterent.*

30 Deo odibiles.] *In Deum etiam, quem colere debuerunt, & omnino venerari, odio, maleuolentia & maledicentia effusi, vt ex ipsorum querimoniis & dicteriis arguitur.*

Inuentores malorum.] *Qui nouas rationes maledicentiæ ac mordacitatis, aliarumq́; contumeliarum excogitarũt, vt alij alios læderent.*

Parentibus inobed.] *Omnia pietatis iura, etiam erga necessarios, violantes, vnde orta etiam sunt vitia quæ proximè enumerantur.*

32 Non solum qui ea faciunt.] *Nõ solum sese ipsi his vitiis contaminarunt & turpissimè inuoluerũt; sed quod mõstri maioris est, eos laudant qui huiusmodi corruptelas morũ sectãtur.*

IN CAP. II.

1 Propter quod.] *Superiori oratione Gẽtes omnes in crimen vocatæ fuerant cum ipsarùm sapientibus, vt qui Dei notitiam perturbauissent, & humanos mores fœdissimè corrupissent, cùm & naturam haberẽt diuinitatis indicem, & ratione præditi essent, qua turpe ab honesto discerni posset. vtramque autem partem cùm Gentes inuertissent, à Iudæis irridebantur ac planè condemnabantur existimantibus se esse sapientes, qui aliorum insipientiam cognoscerent. Hos verò nunc Paulus eodem crimine inuoluit, atque grauiori damnatione dignos arguit, vtpote qui cùm maiora diuinarum humanarumq́; rerum cognitionis præsidia haberẽt, tamen iisdem vel similibus vitiis succumbebant & contaminabantur. itaque caput hoc ad Iudæos præcipuè refertur: tendit enim eò Apostolus, vt vtrumque populum peccato obnoxium esse euincat, atque ideò vtrumque Dei misericordia & Christi virtute egere ostendat. Hæ autem rationes in vniuersum æstimandæ sunt, non singulariter; nam de rerum vtriusque populi statu, non de singularum personarum causis Apostolus disputat.* Inexcusabilis es.] *Possunt Græci siue Gentes aliquatenus veterem iam & antiquam suam inscitiam excusare, atque à maioribus & sapientibus suis obscurè vel perperam traditam disciplinam obiicere, & cordis obscuritatem prætendere, ita vt minor admiratio debeatur vitiis ipsorum, ab insipientia & iam diu inueterato errore profectis. Tu verò, ô homo Iudæe, qui non tantummodo rationis vsu integro vales, verumetiam legis ac sapientiæ à Deo ipso tibi singulariter iam olim tributa facultatem iactas & obtines; nihil tale quale Gentes excusare possis in illis ipsis vitiis & culpis admittendis quæ in Gẽtibus, quas præ te contemnis, condemnare nunquam desinis.*

2 Scimus enim.] *Hoc primùm statuendum est, te non laborare ignorãtia, quippe qui ex legis tuæ certissima doctrina, atq; ex multis exemplis iam pridem populo tuo manifestis, noueris vitia peccataq; hominum, diuini iudicij animaduersioni & punitioni obnoxia esse, & tamen à te admittuntur, idq; constantissimè; satisq; tibi esse putas, alios qui talia admittũt, hoc est, Gentes tanquam à tua sapientia longè remotas condemnare; & tibi ipsi interea ignoscis, quod summum improbitatis genus est, & stultus quidam tuipsius amor, neque leuiori nota dignus, quàm gentium crimina sint.*

4.5.6. An diuitias.] *Tu ignorationem boni ac mali excusare non potes, maiorem etiam erga te indulgentiam Dei non debes iactare: nam iudicium Dei sine vlla personarum exceptione est in eos qui talia agũt. quod si ideò existimas tibi minus infensum Deum, quòd non simulatque scelus admiseris, vindicẽ vltoremq; sentias, falleris aut minus rectè tenes cognitionem Dei, qui dissimulat peccata hominũ propter pœnitentiam, sed tamẽ eos qui in peccatis perseuerauerint, nunquã impunitos relinquet: tãdémq; idẽ qui se misericordiæ ditissimũ præbet, iudicem æquissimũ seuerissimúmq; exhibebit, æquissimũ & munificẽtissimũ erga probos, erga improbos verò & obstinatos seuerissimũ.*

7 Qui secũdũ patiẽtiã boni op.] *Qui in bonis operib. perseuerãti studio sese exercuerint.*

8.9. Qui sunt ex contentione.] *Qui ad alios arguendos reprehendendos & condemnandos prompti sunt, neque rectum consilium admittunt, neque veritati cedunt, atque iniquis affectib. ducũtur; iis omnibus, qui vel mẽte vel moribus, vel vtraq; parte corrupti sunt, ira, indignatio, tribulatio & angustia, &c. parata est, siue Iudæi, siue Græci, hoc est, Ethnici sint.*

10 Iudæo primùm & Græco.) *Æquitatis est summa, vt qui potẽtius, vel rectè, vel perperã agũt, impẽsius etiam vel præmio donẽtur, vel grauioribus afficiãtur pœnis. maioribus autẽ suppetiis ad rectè agendũ Iudæus quã Græcus præditus fuerat, igitur sapiẽtius agit cũ rectè agit, & primas obtinet partes in rectè factorũ gloria & honore. cõtrà verò si delinquit, & grauius delinquit, & seuerius aduersum se molitur iudiciũ.*

iudicas. 2 Scimus enim quo-
niam iudicium Dei est secun-
dum veritatem in eos qui ta-
lia agunt. 3 Existimas autem
hoc ô homo qui iudicas eos
qui talia agũt, & facis ea, quia
tu effugies iudicium Dei? 4 An
diuitias bonitatis eius, & pa-
tientiæ, & longanimitatis "cõ- "contemnis? ignoras MS. Amb. s. Q. n.
temnis, ignorans' quoniã be-
nignitas Dei ad pœnitentiam
te adducit? 5 Secũdum autem
duritiam tuam & impœnitẽs
cor, thesaurizas tibi iram, in
"die' iræ & reuelationis iusti "diem 2 MS. S.
iudicij Dei, 6 qui reddet vni- *Mat. 16.*
cuique secundum opera eius.
7 iis quidem, qui secũdum pa- B
tientiam boni operis, gloriam
& honorem & incorruptionẽ
"quærunt' vitam æternam. "quærentibus MS. *Amb.* G. Q. n.
8 iis autem qui sunt ex conten-
tione, & qui non acquiescunt
veritati, credũt autem iniqui-
tati: ira & indignatio. 9 Tribu-
latio & angustia in omnem
animã hominis operantis ma-
lum, Iudæi primùm & Græci,
10 gloria autem & honor &
pax omni operanti bonũ, Iu-
dæo primùm & Græco. 11 non
enim

Deut.10,17. 2 Par.19,7. Iob 34,19. Act.10,34. enim eſt acceptio perſonarum
apud Deum. 12 Quicunque
C enim ſine lege peccauerunt,
& 2 Mſ. 6. 5. ſine lege peribunt: & quicun-
que in lege peccauerunt, per
Matt.7,21. Iac.1,22. legem iudicabuntur. 13 Non
enim auditores legis iuſti ſunt
apud Deum: ſed factores legis
iuſtificabuntur. 14 Cùm enim
Gentes quę legem non habēt,
naturaliter ea quæ legis ſunt
faciunt:

12 Sine lege.] *Scripta. Alludit ad nomē Hebraicum תורה, quod diſciplinæ atque oſtenſionis ſignificationem obtinet; atque ideò propriè lex dicitur, ſiue, vt Græcis vocatur, νόμος. Namque ea quæ naturæ lex à philoſophis dicta eſt, non ita propriè legis nomen illud Hebræum vel etiam Græcum ſibi vſurpat. quippe hæc in hominibus poſt primi parentis peccatum corruptis, non adeò clarè & promptè verum ac rectum indicat, quin diſceptatione, ratiocinatione & examine opus antea ſit, quæ deliberatio vocatur, qua æquum ab iniquo diſcernatur. Sic ille etiam intellexit qui ſcripſit: Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum, diuidat vt bona diuerſis, fugienda petendis. itaque ad verum rectumq́; ſtatuendum, animi attētio rationisq́; vſus exigitur, quo legitimè adhibito, bonorum & malorum fines inueniuntur. At verò lex à Deo in Scripturis exhibita, non exigit illam examinationem aut longam cogitationem & expenſionem ad cognitionē boni & mali, vtrumque enim diuino iudicio examinatum ac definitū proponit ac docet S.S. E. En propono in oculis tuis hodie vitā & bonū, & mortē ac malum.*

14 Cùm enim Gentes.] *Gentes quæ legem ſcriptam, illam, inquam, à Deo verbis publicè dictatam, non habent, qua abſque vllo negocio doceantur quid rectum, quid curuū ſit; tamen ipſi ſibi ſunt lex, ipſi enim animi cogitatione adhibita, mentis rationiſque vi atque vſu recto diſpicere poſſunt, quid honeſtum quid turpe ſit, atque ita cogitationibus inter ſe inuicē accuſantibus hoc, atque etiam defendentibus illud, ſtatuere pro rectæ rationis norma, quid expeti, quid fugi oporteat. ex quibus omnibus conſequitur id eſſe in cordibus hominum ſcriptum, quod lex aliàs oſtendere ſolet; videlicet ſignificationem boni & mali, & admonitionem ad malum declinandum, & bonum petendum. Sed cùm in cordibus ſcriptum ſit, exigit lectionem in ipſis cordibus, hoc eſt, cōſiderationem & examinationem, quæ rectè adhibita, id quod quæritur inuenitur. Hoc autem ita eſſe Apoſtolus probat ex conſcientiæ ſingulorum teſtimonio, quo nullum grauius eſt, nullum certius, nullum ſimplicius ac perpetuum magis; quippe teſtimonia alia mutari vel variari aliquatenus poſſunt, vel ob teſtium malignitatem, vel minus diligentem rerum animaduerſionem, vel ob temporis longitudinem, qua viſarum auditarúmve rerum obliuio plerunque inducitur. at verò conſcientiæ teſtimoniū, cùm veritatis meræ ſimplicitate nitatur, nullo modo mutari poteſt: veritas enim vna ſimplexq́; eſt, atque ideò tempore non modò non variatur aut obſcuratur, ſed etiam longè magis confirmatur & elucet. vnde fit vt obliuioni non ſit obnoxia conſcientiæ veritas, imò perduret ac perſeueret conſtantiſſima vſque in diē quo iudicabit Deus occulta hominū. quod iudiciū grauiſſimum certiſſimumq́; erit, tum ex parte iudicis Dei, quem nullū latet ſecretū, & qui boni ac mali definitiones abſolutiſſimas obtinet, tū ex parte teſtimoniorū, hoc eſt, cōſcientiæ ſingulorū hominū & cogitationū ipſarū, quæ certiſſimè vel prodent & accuſabunt, vel exponent atq; defendent conſilia ipſa humana ex quibus actionum & ſtudiorum probitas vel prauitas æſtimatur.* Naturaliter.] *Secundum eam facultatem quæ homini, qua homo eſt, quaq́; à cæteris animantibus differt, naturalis & propria eſt. hoc eſt, ſecundum mentis rationisq́; vſum, atque liberæ electionis copiam.*

16 Se-

faciunt: eiuſmodi legem non
habentes, ipſi ſibi ſunt lex:
15 qui oſtẽdunt opus legis ſcri-
ptũ in cordibus ſuis, teſtimo-
nium reddente illis conſcien-
tia ipſorum, & inter ſe inuicẽ
"cogitationum accuſantium,
aut etiam defendentium", 16 in
die cùm iudicabit Deus oc-
culta hominum, ſecundum
euangelium meum per Ieſum
Chriſtum. 17 Si autem tu Iu-
dæus cognominaris, & re-
quieſcis in lege, & gloriaris in
Deo, 18 & noſti voluntatem
"eius", & probas vtiliora, in-
ſtructus per legem, 19 confidis
teipſum eſſe ducem cęcorum,
lumen eorum qui in tenebris
ſunt, 20 eruditorem inſipien-
tium, magiſtrum infantium,
habentem formam ſcientię &
veritatis in lege. 21 Qui ergo D
alium doces, teipſum non do-
ces: qui prædicas non furan-
dum, furaris: 22 qui dicis non
mœchandum, mœcharis: qui
abominaris idola, ſacrilegium
facis: 23 qui in lege gloriaris,
per

"cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendẽtibus. MS. *Amb. Q. D.*

"I MS. e.

16 Secundum euang.] *Sic ordinamus hãc lectionẽ, in die qua Deus iudicabit occulta hominum per Ieſum Chriſtum, qui & hominibus ſaluator datus, & viuorum atque mortuorum iudex eſt conſtitutus: id quod ego meo bono nuntio omnibus indicare atq; exponere ſoleo.*

17 Si autem tu.] *Hic manifeſtè indicat Apoſtolus, hunc ſermonem ad Iudæorum partes eſſe referendum.* Iudæus cognominaris.] *Cognomẽto ipſo ſignificas te profiteri Dei notitiam, nam Iudæus confitentem ſignificat.* Requieſcis in lege.] *Ais bonorum atq; malorum cognitionem, atque adeò ſapientiæ rationem ſummam, virtutumq; diſciplinam omnem tibi in lege cõſtare, cuius authorem atque doctorem Deum eſſe credis, eumq; tibi magis etiam appropinquantẽ iactas quã gẽtibus aliis, illud ſæpè repetẽs: Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. & noſti illũ velle vt mandata ſua cuſtodiantur nimis.*

19 Confidis teipſum.] *Affirmas de te illud fuiſſe dictum, Poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.*

Habentem formam.] *Veras & certas definitiones, quibus verum & falſum, turpe & honeſtum diſcernatur.*

23 Qui in lege gloriaris.] *Collectio eſt ſuperioris inductionis & theſis diſputationis. ex tuis, inquit, actionibus, factis, & ſtudiis argueris Deum ignominia afficere, tantum abeſt, vt rectè colas: namque alij ignorarunt, tu cognitum contemnis, & vitiis peccatiſq; tuis vehementer offendis, ea lege violata quam ipſe diuinã probas, ac tibi latã traditamq; prædicas. itaque rationibus omnibus expenſis, atque circunſtantiis obſeruatis, grauiùs in Deum peccare deprehenderis, atque aliis, quos erudiri à te poſſe exiſtimas, anſam præbere impiè de Deo ſentiendi, nimirum putantibus illum vel vobis non eſſe cognitum, vel illius, quam vos prædicatis, legis obſeruatione non coli. atque ideò licere etiam ipſis diuinam naturam ſuis modis rationibuſq; colere. idq; adeò verum eſt, vt Deus ipſe apertis oraculis reprehendat peſſimum exemplum in vobis apud gentes ſpectatum, longè profectò magis pernitioſum, quàm id quod gentes ſibi mutuò aut vobis præbent.*

per præuaricationẽ legis Deũ
Esaiæ 52,5. Ezec. 36,20. inhonoras.[24] (Nomen enim
Dei per vos blaſphematur in-
ter Gentes, ſicut ſcriptũ eſt.)
[25] Circũciſio quidem prodeſt,
ſi legem obſerues: ſi autẽ præ
uaricator legis ſis, circunciſio
tua præputium facta eſt. [26] Si
igitur præputium iuſtitias le-
gis cuſtodiat: nónne præputiũ
illius in circunciſionem repu-
tabitur? [27] & iudicabit id quod
ex natura eſt præputium, legẽ
conſummans, te, qui per literã
& circunciſionem præuarica-
tor legis es? [28] Non enim qui
in manifeſto, Iudæus eſt; neq.
quæ in manifeſto, in carne, eſt
circũciſio: [29] ſed qui in abſcõ-
dito, Iudęus eſt: & circunciſio
cordis, in ſpiritu, non literæ:
cuius laus nõ ex hominibus,
ſed ex Deo eſt.

CAP.

25 Circunciſio quidem.] *Quantum ad legem attinet & cognitionem, oſtenſum iã eſt Iudæos eſſe in culpa & crimine, vtpote legis ac præceptorum violationis redargutos, qui eo defenſionis præſidio etiam depelluntur, quod petere continuò poſſent, videlicet fœderis cũ Deo initi, atque illius fœderis ſigni ſiue ſacramẽti, hoc eſt, circunciſionis. quod quanquam manifeſtum eſſet fœderis ſignum; tamen vbi fœderis leges & cõditiones minimè obſeruarẽtur, otioſum reddebatur: non enim cõſilij diuini fuit, vt circunciſio legem dignitate atq; efficientia anteiret, ſed contrà potius, vt tanquam comes & index legis obſeruandæ conſequeretur, atq; obſeruationis obligationisq; ſignum eſſet, nõ autem ipſa plena obſeruatio eſſe exiſtimaretur. ex quibus conſequitur, eum potius fœderis ac promiſſi diuini participem compotemq; fore, qui abſque circunciſione legem obſeruat, quã eum qui cum circunciſione violat.*

26 Quod ex natura eſt præp.] *Ille præputiatus, qui ſecundum naturam ex rationis atq; recti conſilij vſu legis præcepta obſeruat, vitaq; ſtudiis & actionibus præſtat, collatione ſui dãnabilem arguet te, qui cùm circunciſus ſis, & legẽ ſcriptã habeas, tamẽ violas & trãſgrederis.*

28 Non enim qui in manifeſto.] *Quod verò conditionẽ ipſam & nomina atq; nominũ rationes ſpectat, non planè rectè exiſtimat, qui ex nomine vel externo tantùm ſigno fœderis cũ Deo certitudinem ac neceſſitatẽ arguit. verum quidem eſt, Iudæi nomen cõfitentem ſignificare: ſed cùm Deus ſpiritus ſit, eos qui confitentur, in ſpiritu & veritate confiteri oportet. Præterea cùm Deus dicat circunciſionem fœderis inter ſe & populum ſuum eſſe ſignum, oportet etiam vt fœdus ipſum conſtet, cuius fœderis illa externa circunciſio ſignum eſſe poſſit. fœdus autem ad legitimum atque verum Dei cultum & obſequium ſancitum eſt: hoc obſequium non exhibetur in ſpiritu & veritate, niſi ab iis qui corde circũciſi fuerint. Circunciſio autem cordis non definitur ſecundum literam, hoc eſt, vt pars quædam cordis amputetur; id enim ſi fieret, homo ipſe non poſſet ſupereſſe ſecundum naturam; ſed circunciſio illa cordis intelligitur in ſpiritu arcano modo facta, quæ à ſolo Deo fieri poteſt, non ab hominibus. atque ita facta circunciſione, homo non modò non occiditur, ſed longè etiam præſtantius, longè probatius apud Deum viuit quàm antea. Hanc verò circunciſionem nemo ſibi vel tanquam hæreditariam, vel tanquam ſuo aut propinquorum aut hominum vllorum ſtudio ac diligentia paratam, iactare vel oſtendere poteſt; omnino enim hæc Deum authorem probat.*

non

non igitur tu qui Iudæus in manifesto es, circuncisionem hanc, si obtinuisti, humanis partibus adscribere potes, sed Deo acceptam referre debes, qui vt eam in te effecit, sic etiam & in eo, qui secundum literam præputium habet, efficere potest atque hoc pacto ille verè Iudæus, ille verè fœderis compos dicetur, & erit: ita fit vt Iudæus præceptorum violator ab Ethnico obseruatore vincatur, & qui tantum externam illam circuncisionem iactet, nisi alteram obtineat circuncisionem, signum tantùm, non autem rem ipsam significatam habeat, & ex consequenti non propriè illud fœderis verissimum ius tueatur, id quod alius qui ex Dei beneficio obtinuerit, planè ex eadem diuina benignitate probare assereréq; possit.

CAP. III.

QVid [1] ergo amplius Iu- A
dæo est? aut quę vtilitas
circuncisionis? [2] Multum per
omnem modũ. Primùm qui-
dem quia credita sunt illis elo-
quia Dei. [3] quid enim si quidã
illorũ non crediderunt? Nun- 2 Tim. 2, 13.
quid incredulitas illorum fidẽ
Dei [a] euacuauit? [4] Absit. [b] Est [a] euacuabit 5 MS. R. G.
autem Deus verax: omnis au- Ioan. 3, 33. [b] Esto G.
tem homo mendax, sicut scri-
ptum est: Vt iustificeris in ser- Psal. 115, 11 Psal. 50, 6.
monibus tuis: & vincas cũ iu-
dicaris.

IN CAP. III.

1 Quid amplius Iudeo.] *Cùm ostenderimus tã Iudæos quàm Græcos peccato obnoxios esse, atque illos grauius delinquere, tum propter maiorem veri cognitionem, tum propter perniciosum exemplum: nõ ideò dignitatem & præstantiam euertimus Iudaicæ conditionis & circuncisionis, quam in omnibus sacris libris hactenus commendatam nouimus. sed docuimus vtrunque populum non habere ex se quod iactet & prædicet coram Deo, vtpote vitiis & peccatis inuolutos. verùm si diuina beneficia spectemus, habet quidẽ Iudaicus populus causam præstantem, quamobrem plurimum Deo gratulari debeat; illudq; cum primis magnum beneficium obtinet, quod ex omnibus gentibus est præcipuè electus, vt Dei eloquia exciperet & cognosceret, quibus summa eius sapientiæ, quæ hominibus necessaria est, continetur, docetúrq; Dei virtus atque æternæ diuinitas, humanæ naturæ antiqua & prima conditio, eiusdemq; ruina, rursus diuini propositi erga homines amplificandos, æternáq; salute afficiendos expositio, & salutis huius promissio aperta. id quod aliis nationibus non fuit hoc modo expositum: quòd si quibus apertè expositum fuit, ab Israëlitis ipsis est acceptum.* 3 Si quidam illorum.] *Quod si maximè quidam ex Israëlitis tum antiquis tum etiam seculi huius fidem nõ adhibuere diuinis eloquiis, & non credidere Deum ipsos esse alloquutum, vel quamuis crediderint id, tamen eam salutis rationem quam Deus significauerat non crediderunt, atque aliam sibi statuentes, indignos se reddiderunt promissis Dei: non ideò dicendus est Deus in promissis defuisse suis, imò potius homines Iudæi ipsi sibi defuerunt non admissa & recepta ratione diuinorum eloquiorum. id verò ipsius vtriusque partis contemplatione manifestè confirmatur: Deus quippe natura sua simplicissimus est, atq; ideò veracissimus; homines cùm corrupti & vario atque inconstanti ingenio sint, mendaces deprehenduntur. idq; diuini iudicij responsis confirmatur, atque ita scriptum est, Dei sermones iustos perpetuò probatum, atque in omni iudicio superiores confirmandum iri. itaque Deus iustissimus est, qui promissa sua erga credentes constantissimè præstet: idem etiam iustissimus aduersus eos qui promissis non credunt suis, vel iussis non obtemperant. Videant homines vtram partem arripere velint, nam vtramuis arripuerint, Deum iustissimum experientur.*

5.6.7 Si

dicaris. [5] Si autem iniquitas
noſtra iuſtitiam Dei commẽ-
dat,quid dicemus? Nunquid
iniquus eſt Deus qui infert
iram? (ſecundum hominẽ di-
co.)[6] Abſit.alioquin quomo-
4 M.8.6. do iudicabit Deus hunc mũ-
dum? [7] Si enim veritas Dei in
meo mendacio abundauit, in
gloriam ipſius: quid adhuc &
ego tãquam peccator iudicor,
B [8] & non(ſicut blaſphemamur,
& ſicut aiunt quidam nos di-
cere) faciamus mala,vt veniãt
bona?quorum damnatio iu-
ſta eſt. [9] Quid ergo?pręcelli-
mus eos? Nequaquam. Cau-
Præcauſati 3 M.S.R. G.S. Galat. 3,22. ſati enim ſumus Iudæos &
Græcos, omnes ſub peccato
eſſe:[10] ſicut ſcriptum eſt:Quia
Pſal. 13, 1. 52,3. non eſt iuſtus quiſquã, [11] non
eſt intelligens, nõ eſt requirẽs
Deum.

5.6.7 Si autem iniquitas.] *Occupat Apoſtolus anthypophoram,inducta argumentatione hominis cuiuſpiam, qui humana tantum ſapiat: hoc ipſe exponit* [ſecundum hominem dico] *Poterit,inquit,quiſpiam ſic argumẽtari: Si iuſtitia Dei oſtenditur tum promiſſis exhibendis,tum etiam iniuſtis puniendis: ergo neceſſe eſt iniuſtos eſſe, quorum punitione oſtendatur illa iuſtitia diuinæ ſeueritas. quod ſi ita eſt; videtur ira Dei affectata & ſtudioſè procurata,ſi non poteſt oſtendi iuſtitia illa ſeueritas abſque ira;ira autem excitanda eſt à noſtris peccatis; ergo peccata noſtra quodam modo neceſſaria ſunt ad commendationem iuſtitiæ diuinæ: quod ſi neceſſaria ſunt ad gloriam Dei,quid adhuc & ego tãquam peccator iudicor & condemnor? Has argumentationes ex ingenio humano profectas,vt prorſus abſurdas refellit Apoſtolus ita excipiẽs, Abſit vt Deus iniquus ſit qui iram inferat in filios hominum propter peccata parentum,vel ſtudioſè quærat materiam & cauſas damnandi homines,vt ita iuſtitia ipſius oſtendatur. Nam cùm ille æquiſſimus ac ſanctiſſimus iudex ſit, quomodo iudicabit hunc mundum? ille enim neminem damnabit ſine iudicio: ſed iudicium erit iuſtiſſimum & ſanctiſſimum, in quo apparebit manifeſtè, homines eos qui damnantur,non ex Dei ſtudio aut ex neceſsitate incidiſſe in culpam, quam culpam dãnatio conſequeretur; ſed ex ipſorum prauis actionibus & ſtudiis crimen admiſiſſe, cuius cauſa à iuſto iudice damnati ſint.*

8 Et non ſicut.] *Neque conſequitur etiam id quod quidam nobis Chriſti diſcipulis & Apoſtolis imponunt, nos eſſe authores & monitores vitiorum & ſcelerum, ex quibus ſuppeditetur materia oſtendendæ iuſtitiæ diuinæ, & vſurpare ad hanc rem illud corruptum ac peruerſum cõſilium quorundam, qui vulgò putant,licere aut etiam oportere facere mala,vt inde eueniant bona: nam qui ſic dicunt aut ſentiunt,iuſtiſſimè damnantur vt peſſimæ mentis ac ſententiæ voluntatiſq; homines.* 9 Præcellimus eos.] *Redit ad inceptam diſputationem de communi omnium gentium ac populorum culpa & crimine, quòd quanquam alij pluribus beneficiis ac donis aucti fuerint quàm alij ex diuina liberalitate; tamen illi, eo ipſo quòd homines ſint, omnes corrupti ſint, ac debito culpaq; obnoxij, nullusq; populus alij hac parte præſtet quòd immunis à peccato ſit. id autem docet ex illis primùm inductionibus, quas primo & ſecundo capite eſt perſequutus: deinde etiam ex variis ſcripturæ teſtimoniis, quibus ſimul adductis & conſtructis ſententiam confirmat.*

Deum. 12 Omnes declinaue-
runt, simul inutiles facti sunt:
non est qui faciat bonũ, non
est vsque ad vnum. 13 Sepul- *Psal. 5, 11.*
chrum patens est guttur eorũ,
linguis suis dolose agebant.
Venenum aspidum sub labiis *Psal. 139, 4.*
Psal. 9, 7.
eorum. 14 Quorum os male- *Isaia 59, 7.*
Prou. 1, 16.
dictione & amaritudine ple- C
num est: 15 Veloces pedes eorũ
ad effundendum sanguinem.
16 Cõtritio & infelicitas in viis
eorum: 17 & viam pacis nõ co-
gnouerunt. 18 Non est timor
Dei ante oculos eorum. 19 Sci- *Psal 35, 2.*
Galat. 2, 16.
mus autem quoniam quæcũ-
que lex loquitur, iis qui in le-
ge sunt loquitur: vt omne os
obstruatur, & subditus fiat
omnis mundus Deo: 20 quia ex *Galat. 2, 16.*
operibus legis nõ iustificabi-
tur

19 Scimus autem.] *Quod adducta testimoniis filios hominum notarent, ne viderentur Iudæi ab hac nota excepti, vt qui sublimius nomen sibi arrogarent, videlicet, Populi Dei. docet Apostolus hominum nomen in vniuersum omnes comprehendere ex Adamo primo prognatos. deinde ex ipso sacrarum scripturarum legitimo vsu, qui eos primùm spectat quibus tradita sunt sancta Dei eloquia, tradita autem sunt Iudæis: igitur admonitio, doctrina, atque disciplina omnis illis oraculis contenta eos primo tangit, quibus primùm concessa est. Neque enim lex alicui populo materna lingua dictatur, vt alius populus exhibeatur ab illa lingua alienis, ad ipsum autem cui præscribitur, non pertineat: maximè verò diuina lex, quæ Israëli primùm data & præscripta fuit, ipsumq́ue Israëlem sæpissimè ad partes vocat, Audi Israël, &c. Cùm autem in ipsa lege neque cæteri homines, neque Israelitæ à peccato immunes prædicentur, imò omnes peccati arguantur, atque ij proprius & expressius, quibus lex primùm est lata; consequitur neminem esse, qui vel mutire aduersus hanc sententiam iure possit: est autem sententia summa, Mundum omnem Deo debitorem esse, iudicioq́ue diuino obnoxium propter publicam peccati culpam in Iudæis & circuncisis regnantis.*

20 Quia ex operib.] *Quod si concedens Iudæus omnes teneri peccati vinculis quatenus homines sint, verùm Iudæos qui legem habeant, quam obseruent, ipsa legis obseruatione iustificari. Primùm, illud negatur, quemquam hominem ex operibus legis iustificari coram Deo, iustificationem coram Deo exponentes eam in qua nihil sit quod acerrimo illo Dei iudicio excipiatur. nam nemo vnquam hominum fuit, neque inter Gentes, neque inter Iudæos, qui ita legis opera obseruauerit, vt suo ipsius studio ad hanc exactam rationẽ iustus euaserit, ita vt positis calculis nihil excipiendum, nihil à Dei misericordia impetrandum, nihil ex Dei iustitia sibi communicandum existimarit. Iam verò illud in primis obseruandum adnotandumq́ue est, legem ipsam scriptam non tollere peccatum ex homine, imò magis illud, alioqui sublatens, indicare ac prodere, cognoscendumq́ue proponere. quippe cùm homines antea existimarent, id tantùm esse peccatum correctione atque expiatione dignum, quod actione aliqua existeret, non autem id quod animi cogitatione admitteretur, accessit lex, quæ cùm præciperet, Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & in omnibus viribus tuis: cumq́ue vetaret sic, Non concupisces, indicauit apertè maximum debitum in homine nunquam antea agnitum, nedum persolutum, aut viribus humanis persoluendum. ex*

quo

quo factum est, vt qui legem acceperit, potius se peccato obnoxium quàm exactum obseruatorem, atque ideò iustificatum coram Deo dicere possit. itaque non iustificatio & abolitio peccatorum, sed cognitio ipsa magni peccati, quod antea latebat, per legem est allata, & admonitio ad quærendam & postulandam, anxieq; efflagitandam, atque diligenti studio petendam Dei misericordiam & iustitiam, qua id efficeretur in homine, quod homo ipse efficere, nec sine lege, nec per legem potuit.

tur omnis caro corã illo: Per
legem enim cognitio peccati.
21 Nunc autem sine lege iusti-
tia Dei manifestata est: testifi-
cata à lege & Prophetis. 22 Iu-
stitia autem Dei per fidem Ie-
su Christi, in omnes & super
omnes qui credunt in eum.
nõ enim est distinctio. 23 Om-
nes enim peccauerunt: & egẽt
gloria Dei. 24 Iustificati gratis
per gratiam ipsius, per redem-
ptionem quæ est in Christo
Iesu, 25 quem proposuit Deus
"propitiationem', per fidem in
sanguine ipsius, ad ostensio-
nem iustitiæ suæ, propter re-
missionem præcedentium de-
lictorum, 26 in sustentatione
Dei,

"propitiatorem MS. *Amb. s. & possis hoc modo etiã verti c.*

D

21.22 Nunc autem.] *Postquam Deus Filium suum in mũdum misit, qui peccata mundi tolleret, ac reciperet ad iustitiæ suæ communionem omnes eos, à quibus ille reciperetur; iustitia illa diuina, quam lex efficere nõ poterat, communicata est hominibus, & communicatione sui est manifestata atque exposita, non ex legis virtute, sed ex diuina liberalitate: Nam lex nunquam promisit hanc diuinam iustitiam hominibus à se donandam, sed docuit ex Deo expetendam & expectandam: cuius legis testimonium ac documentum certissimum est de hac iustitia, idemq; omnium Prophetarum responsis est repetitum & confirmatum. & cùm hæc iustitia non sit à lege sed à Deo; efficitur, vt non solùm ad Iudæos legis scriptæ compotes, verùm ad omnes eos pertineat, quos Deus hac iustitia donare velit; vult autem omnes donare, quotquot fide atque obediẽtia excipiunt Iesum Christum, credentes hunc esse missum atque constitutum auctorem & Pontificem salutis humanæ: promissa enim fuit iustitia hæc omnibus iis qui indigerent illa ad gloriam Dei; indigent autem quicunque peccauerunt, peccauerunt verò non Gentes tantùm vel Iudæi tantũ, sed omnes in vniuersum homines; omnibus igitur hominibus est proposita, quibus ea petetur & studiosè quæretur, adhibita fide in Christũ, & obedientia ea quæ ab ipso exigitur. Cùm igitur hanc diuinam iustificationem, nec humanæ vires, neq; legis virtus efficere possit; manifestè apparet, eã ex Dei benignitate proficisci gratis, hoc est, vltrò, quòd ipse sua liberalitate hoc maximo dono voluerit homines donare, demumq; donarit hoc aureo sæculo hominibus à peccati regno mortisq; imperio redimendis pretio summo sanguinis illius sanctissimi ac purissimi, quo effectum est vt credentibus peccata præterita remitterentur, & iustitia diuina communicaretur.*

26 In sustentatione Dei.] *Vt ij qui hoc modo iustificati sunt, sustententur à Deo, & recipiantur illa diuina benignitate, & admiranda liberalitate; atque ita ostendatur & manifestetur iustitia illa diuina hoc tempore iam communicata hominibus credentibus & obedientibus ipsi, probeturq; palam Deus ipse iustus esse, qui quod pollicitus fuerat, præstiterit ea ratione qua fuerat pollicitus; pollicitus ergo fuerat non legis Mosaicæ compotibus tantùm, sed iis qui ex fide essent Iesu Christi, tam Iudæis quàm Græcis.*

Dei, ad ostensionem iustitiæ
eius in hoc tempore: vt sit ipse
iustus, & iustificans eum qui
est ex fide Iesu Christi. 27 Vbi
est ergo gloriatio tua? Exclu- 1 MS. C. S.
sa est. Per quam legem? facto-
rum? Non, sed per legem fidei.
28 Arbitramur enim iustificari
hominem per fidem sine ope-
ribus

27 Gloriatio tua.] *Gloriatio omnis humana exclusa est: nemo enim sibi ipsi iustitiam illam arrogare potest ex natura, ingenio, atque studio proprio partam vel effectam. huiusmodi, inquam, gloriatio & iactatio exclusa est legitimè. non autem intelligimus legitimè, id est, per legem illam scriptam nunquamque exactè à quoquam obseruatam; sed per legem illam & conditionem fidei, quam fidem primùm Deus exigit ab iis, qui compotes fieri cupiunt iustitia sua. hanc fidem qui habuerint viuam, accipiunt legem in spiritu ac veritate in cordibus suis diuina efficientia scriptam, quæ longè superat illam alteram legem externam Mosis exercentem hominem in operibus tantùm externis & ceremoniis atque ritibus multis, idque non sine maxima difficultate. Atqui hæc lex quæ datur in cordibus eorum qui fidem habent Dei promissis, creduntque in Christum Iesum, eos exercet in omni obedientia, non externa tantùm, sed etiam interna in spiritu & veritate. Atque hoc multis concessum est hoc tempore ex his qui nec circuncisi erant, nec in illa Mosis lege obseruanda sese exercuerant; qui tamen audito Euangelio credentes, compotes facti sunt huius diuini doni.* 28 Arbitramur.] *Colligimus igitur iustificationem non effici ab operibus legis, vti Iudæi existimant: qui nolentes recipere Christum, nolentes in illum credere, iustificatum iri sese arbitrantur externa tantum illa obseruatione operum ac ceremoniarum, quæ in lege Mosis præcipiuntur; qui tamen nisi aliud consilium ceperint, hoc est, nisi eum fide receperint, quem Deus in lege ipsa recipiendum commendauerat, nunquam iustificabuntur coram Deo. Non quòd opera non petantur atque exigantur per Deum ab iis, qui iustificationem suam cupiunt & quærunt: imò maximè exiguntur opera, sed non necessario opera legis omnia quæ in lege scripta sunt, ita vt leguntur; aliàs tantum Iudæi iustificarentur, idque sua sponte, vt ipsi arbitrantur, hoc est, sola obseruatione legis quam illi sibi vsurpant & falsò iactant, cùm neque hanc ipsam legitimè & inculpatè præstent. Sed ad hanc iustificationem Dei exigitur in primis fides in eum, quem proposuit Deus propitiationem pro peccatis nostris. exigitur etiam obedientia & exercitatio eorum operum, quæ in Euangelio probantur ac præcipiuntur. hanc fidem qui habuerint, atque obedientia ipsa probauerint, iustificationis Dei communionem obtinebunt, ad illam admissi ex eo statu in quo vocati fuerint: si fuerint circuncisi, ex statu circuncisionis; si præputiati, ex statu præputij. Non damnat aut improbat hoc loco Apostolus opera bona, quæ maximè aliàs commendat, & studiosè exigit, necessariaque esse dicit ad salutem obtinendam ex Deo. Sed Iudæorum gloriationem vt vanam otiosamque redarguit, qui, excluso Christo ipsis in lege indicato ac promisso, frequenterque à Prophetis in salutis prædictionibus appellato, iustitiam sibi ex nuda tantùm ac ieiuna illa legis obseruatione arrogabant, fidemque sibi minimè necessariam affirmabant, fidem, inquam, in Christum. Ait autem Paulus, ex duabus rebus, hoc est, ex fide & lege Mosis, si alterum excludendum sit, oportet potius legem quàm fidem excludi: namque scimus multis communicatam iustitiam diuinam, qui legis Mosaicæ expertes erant; nullis verò fidei expertibus communicatam eandem nouimus: igitur quanquam opera legis Mosaicæ desint, tamen iustificari homo potest: & iustificatur, modò fides in Christum non desit iam per Euangelij prædicationem indicatum & propositum propitiatorem.*

iustificatio enim exigit primùm indigentiam, hoc est, illis tribuitur qui in peccato conclusi fuerant; atqui omnes homines conclusi fuerant sub peccato, tam Iudæi, quàm Gentes; quamobrem hoc nomine ad omnes pertinet. exigit etiam fidem diuinis verbis ac promissis adhibendam: hanc non minus Gentes quàm Iudæi adhibere possunt, modò vtrisq; proposita fuerit hæc conditio. exigit pœnitentiam, quam Euangelium postulat, & hoc etiam agere possunt Gentes. exigit authorem & mediatorem: non enim nascitur hæc iustificatio cum hominibus; non comparatur ex lege, sed efficitur à Deo authore per mediatorem Christum. Atqui sicut in cæteris pares esse iam ostendebamus Gentes Iudæis, ita etiam hoc nomine pares comperiuntur: quippe nullum alium Deum esse scimus Gentium quàm Iudæorum. vnus idemq; Deus vtrique populo vitæ atque bonorum omnium author est, vnus vtrisq; prouidet & prospicit: igitur & salutis iustificationisq; author vnus idemq; vtrisq; est, quam & vtrisque repromisit sua sponte, atque liberaliter impertitur, circuncisioni ex fide in Christum, atque præputio per fidem in Christum.

ribus legis. 29 An Iudæorum
Deus tantùm? nónne & Gentium?
Imò & Gẽtium. 30 quoniam quidem vnus est Deus,
qui* iustificat circuncisionem
ex fide, & præputium per fidem.
31 Legem ergo destruimus per fidem? Absit. sed legem statuimus.

*iustificabit 3 Ms. 6.

31 Sed legẽ statuimus.] *Videmur ergo iis, qui rem non rectè expendunt, legem omnino abrogare ac destruere, cùm dicamus, iustificationem ex fide communicari, non ex lege: quod tamen non consequitur; imò potius legẽ ipsam stabiliri & instaurari. Hoc autem verum esse sic docetur. Lex lata est vt homines cognoscant quid facere ac præstare debent, vitamq; suam hoc pacto Deo probent, si optimè ac legitimè præstent. continet autem lex duo: primum affectuum omnium rectam & compositam informationem, atq; actionum ex effectibus oriẽtium sanctitatem; deinde ceremoniarum ac sacrorum quorundam obseruationem cum magna significatione internorum & spiritualium sacrificiorum, quibus Deus, vtpote Spiritus, præcipuè delectatur, & sine quibus otiosæ externæ illæ obseruationes habentur. nihil horum rectè, purè, ac sanctè præstatur ab iis qui fide carent, quamuis externa sese exercitantibus, vt passim ab ipsa lege atque legis interpretibus Prophetis admonemur. contrà verò, qui fide recipit Christum, fide, inquam, viua, is ex diuina liberalitate iustitiam Dei obtinet, qua obtẽta per spiritum adoptionis legem etiam accipit in corde suo scriptam, qua excitatur ad suauiter atque studiosè agenda & exercenda ea quæ in lege præcipiuntur, tam ad charitatem pertinentia, quæ interius exteriusq; obseruant, quàm ad ceremonias & sacra illa spiritualia, quæ interius obseruat, offerens spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum, qui finis est legis. ex quo colligimus, legem non destrui aut abrogari per fidem Christi, sed potius constabiliri.*

CAP. IIII.

1 QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?

IN CAP. IIII.

1 Quid ergo dicemus.] *Id quod rationibus atque testimoniis multis docuerat Apostolus, viuo, illustri ac manifesto Abrahæ exemplo confirmat, in cuius historia primus de iustitia diuina sermo factus est. atque argumentatio hæc sic contexitur: Abraham fuit pater noster, nobisq; propositus in exemplum fidei, obedientiæ, ac iustitiæ; is dum viueret & in carne esset, adeptus est iustitia huius, de qua agimus, significantissimum testimonium erga se. atque in illa*

ratione duo obseruatione digna sunt nobis proposita: alterum quid ipse egerit, vt hanc iustitiam inueniret; alterum verò, vbinam iustitiam hanc inuenerit. Atqui scriptura in illius rei expositione nullam operum legis mentionem facit, sed fidei tantùm; sic enim legimus: Credidit Abraham Deo. quod verò iustitiam ipsam spectat, non ait Scriptura Abrahamum ipsum iustitiam sibi peperisse vel comparasse aut effecisse suis operibus & factis, sed illi fuisse reputatum ad iustitiam, quod manifestè significat iustitiam illam, de qua loquimur, non ab hominibus fieri, sed donari à Deo vt ab authore proprio & vnico. illa iustitia, quoniam nondum erat tempus vt manifestaretur, dilata est vsque ad Christi ætatem auream, in qua ætate reuelanda erat; sed qui illam antea cupiebant & quærebant, quærentesq; id agebant quod ad eam obtinendam à Deo exigitur & probatur, obtinebant quidem in fide atque spe, & reputatione apud Deum, hoc est, quod Deus illis adscribebat ad iustitiæ communicationem, suo tempore ostendendæ & manifestandæ, omnibusq; credentibus & obedientibus promissa. atque ita illi ex liberalitate Dei, qui promissa sua constantissimè & efficacissimè præstat, ius quodam modo obtinebant ad iustitiam Christi. Namque Christus moriturus erat, & resurrecturus propter redemptionem omniũ credentium, tam præteritorum quàm præsentium ac futurorum. itaque illud verbum, Imputatum siue reputatum est, apertè indicat iustitiam non ab homine ipso fieri aut parari, sed à Deo, à quo interim dum non communicatur, imputatur; imputatur autem credentibus: ideò hanc fidem apertissimè commendauit Scriptura tanquam necessariam & primam conditionem ad iustitiam obtinendam ex Deo.

nem? 2 Si enim Abraham ex
operibus *iustificatus est: ha- *legis MS. Amb.
bet gloriã, sed non apud Deũ.
3 Quid enim dicit scriptura?
Credidit Abraham Deo: & re- Gen. 15,6. Galat. 3,6. Iac. 2,23.
putatum est illi ad iustitiam.
4 Ei autem qui operatur, mer-
ces non imputatur secundum
gratiam, sed secundum debi-
tum. 5 Ei verò qui non opera-
tur, credẽti autem in eum qui
iustificat impium, reputatur
fides eius ad iustitiã ~secundũ ~2 MS. e. 8.
pro-

2 Si enim Abraham ex operib.] *Nam si Abraham iustitiam suam sibi operibus legis cõparasset & effecisset, poterat quidem iustus vocari, atque iustitiæ nomine commẽdari & gloriari, diceretq;: Ego feci mihi iustitiam hanc, vel meis operibus mihi comparaui iusto valore, tanquam mihi debitam, vt mercenario sua debetur merces operæ iam certis æstimationibus adscripta. atq; ita Abraham haberet gloriã iustitiæ suæ, hoc est, humanæ, sed non diuinæ, non diceretur accepisse iustitiam à Deo, siue adscriptum & reputatum illi fuisse ad iustitiam. atq; hoc pacto nõ haberet gloriam apud Deum, non diceretur à Deo gratiam consecutus obtinuisse illam adscriptionem ad iustitiam à Deo accipiendam, sed diceretur habuisse suam iustitiam sibi debitam, vt legitimam operum legis mercedem. ei enim qui operatur, merces quæ exsoluitur non adscribitur aut apponitur gratiæ, sed debito atque tanquam debitum operæ pretium exigitur & exsoluitur. ei verò qui non operatur ac datur aliquid, id quod datur, dicitur gratis donari, non ex opere, aut opera impensa, sed ex fide quã ille adhibuit erga donantis liberalitatem promissam iis qui fidem præstarent. ergo Gentibus quæ non operantur in lege Mosis, credunt autem in eum qui iustificat impium, hoc est, qui ex impiis iustos facit, illa fides adscribitur atque reputatur ad iustitiam ipsis communicandam. Quòd si quis huius rei causam roget; respondebo esse propositum gratia Dei, qui proposuit*

gratiam

gratiam suam conferre omnibus credentibus in eum qui iustificat impium, vt hac definitione vtrique includerentur, tam ij qui legem Mosis, in qua exercerentur, sortiti fuerant, quam ij qui extra illam legem essent, dummodo vtrique crederent & sperarent hanc gratiã ab eo, qui communicare poterat, & volebat communicare. Hoc autem verum esse ex ipsa scripturarum expositione obseruatur & cognoscitur: nam si Abrahæ credenti reputata est fides ad iustitiam, nulla operationis in lege facta mentione, neque vel leuissima significatione; consequitur fidem reputari ad iustitiam ei qui non operatur in lege; idq; secundum propositum gratiæ Dei, qui sic proposuit & voluit sua liberalitate vti.

propositũ gratiæ Dei. [6]Sicut
& Dauid dicit beatitudinem
hominis, cui Deus accepto
fert iustitiam sine operibus,
Psal 31,2. [7]Beati quorũ remissæ sunt ini-
quitates, & quorum tecta sunt
B peccata. [8] Beatus vir cui non
*imputabit 4 MS R. Amb. c. "imputauit" Dominus pecca-
tum. [9]Beatitudo ergo hæc in
*tantum MS. Amb. ~] MS. G. S. circuncisione *~manet', an etiã
in præputio? Dicimus enim
quia reputata est Abrahæ fides
ad iustitiam. [10]Quomodo er-
go reputata est? in circũcisio-
ne, an in præputio? Non in cir-
cuncisione, sed in præputio.
[11]Et

6 Sicut Dauid.] *Atque hanc ratiocinationem nostram confirmare possumus loco ex Dauidis sententia ac verbis obseruato: ille enim cùm de beatitudine agit, atque de iustificatione differit, non meminit vllius exercitationis in operibus legis, sed solùm authoritatis, voluntatis, ac gratiæ donationisq; diuinæ. Nõ enim dicit, Beatus qui operatur in operibus legis, atque ita tollit peccatum suum vel remittit, sed omnia ad Dei gratiã & efficientiam refert: Beati, inquit, quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. & ne illa verba passiua dubitationem authoris inferrent, idem Dauid apertissimè authorem indicat, cuius virtute & gratia remissio & occultatio huiusmodi efficitur. Deum, inquam, ipsum authorem appellat: Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Iam igitur quid sit iustificatio, & à quo fiat, & quomodo, exposuimus: nũc verò dispiciamus ad quodnã hominũ genus pertineat, idq; eodẽ ipso illustri Abrahæ exẽplo contẽplemur.*

9 In circuncisione manet.] *Quærimus igitur, vtráne hominum pars hanc diuinæ gratiæ promissionem sibi vendicet, an ij qui circuncisi, an hi qui præputiati sunt? quod non soli circuncisi hoc sibi arrogare possint, ex eo demonstratur, quòd cùm Abrahæ fides ad iustitiam reputata fuit, ille nondum erat circuncisus, ergo incircuncisi ad hanc beatitudinem admittuntur. quod verò non solùm præputiati admittantur, probatur etiam ex eo quod Abraham dictus est à Deo pater omnium credentium. Patris autem nomen & exemplum & rationem omnem continet ad posteros traducendam: idem verò Abraham, cui præputiato adhuc reputata est fides ad iustitiam, postea accepit circuncisionem, quæ fuit signaculum iustitiæ, quæ iustitia illi reputata fuit per fidem; fidem, inquam, quam & ille in præputio habuit, & ij qui sunt in præputio habere possunt. ita ille cùm in præputio erat, & credidit, & reputatũ fuit illi ad iustitiã, cõstitutus est pater omnium credentiũ in præputio, vt reputetur etiã illis ad iustitiam ad instar patris Abrahæ. illa etiam imputatio illi permãsit postquã circuncisus est: nã circuncisio erat signaculũ iustitiæ illius: ergo & ad circuncisos pertinet iustitia: atq; ideò pertinet ad Iudæos, quorũ pater Abrahã est, nõ solũ secũdũ carnẽ, sed secũdũ circũcisionis mysteriũ, quã ipse primus omniũ à Deo iussus accepit.*

12 Non

[11] Et signū accepit circūcisio- Gen. 17, 10. 11.
nis, signaculū iustitię fidei quę
est in pręputio: vt sit pater om-
niū credentiū per pręputium,
vt reputetur & illis ad iustitiā:
[12] & sit pater circuncisionis nō
iis tantùm qui sunt ex circun-
cisione, sed & iis qui sectantur
vestigia fidei quæ est in præ-
putio patris nostri Abrahæ.
[13] Non enim per legem pro-
missio Abrahæ, aut semini
eius vt hæres esset mundi: sed C
per iustitiam fidei. [14] Si enim
qui ex lege, hæredes sunt: exi-
nanita est fides, abolita est
promissio. [15] Lex enim iram
operatur. Vbi enim nō est lex:
nec

12 Non iis tantùm.] *Non iis tantùm sit pater qui sint ex circuncisione, sed & præputiatis imitatoribus fidei illius, quam ipse Abraham pater noster in præputio habuit.*

13 Non enim per legem.] *Cùm Abraham ex diuina gratia & liberalitate excepit promissionem seminis atque posteritatis futura heredis mūdi, in qua repromissione arcanè continebatur illa adoptio filiorum Dei, quæ hominibus per diuinam iustitiam contingit, tunc ille nullam operam Mosaicæ siue scriptæ legi dederat, sed adhibuerat fidem diuinis verbis & effatis, atque hanc fidem probauerat Deo obedientia exhibita multis experimentis: igitur cùm credidisset Deo, reputatum est illi ad iustitiam: cumq; iam reputatum esset, accepit repromissionem hereditatis mundi semini ipsius decreta iam atque diuina gratia destinatæ: in qua repromissione nullum verbum de legis Mosaicæ obseruatione, quæ nondum exstabat.*

14 Si enim ij qui ex lege.] *Quòd si quis dicat, vti Iudæi aiunt, hereditatem pertinere ad eos tantùm qui ex lege Mosis sunt, eo ipso quòd legem habent & obseruant; duo consequuntur absurda & falsa: Alterum, quòd fides à Deo commendata in Abrahami exemplo, sit vana atque inutilis, & quæ antea vtilissima fuit, reddita sit superuacanea: Alterum verò, quòd ipsa hereditas non pendeat ex promissione Dei volentis vltrò admittere homines ad hereditatem, & hoc illis polliciti; sed sit tanquam indiuidua comes legis, vel tanquam partus vel fructus ex lege profectus, ita vt cum lex exstiterit, simul etiam ius ad hereditatem exstiterit. neutrum autem horum ex diuinis doceri potest responsis, in quibus contrà perpetua & frequens mentio diuinæ repromissionis, & fidei repromissioni habendæ.*

15 Lex iram operatur.] *Iam verò ipsa rerum obseruatione apertè indicatur, hereditatem mundi, siue hereditatis ius non consequi legem latam, ita vt eo ipso quòd homo legem acceperit, heres factus sit Dei, atque in Dei domo tanquam charus filius versetur; cùm contrà eueniat, vt constituta atque publicata lege, ira Dei excitetur & irritetur: quippe obseruatio & præuaricatio, siue transgressio circa legem fiunt; nec potest dici transgressio, vbi præceptum non est quod prætereatur & violetur. Interim dum lex non est posita atque publicata, si quis peccet, peccator quidem dicitur, transgressor verò siue præuaricator non dicitur. postquam lata est lex, si quis peccet, & peccator dicitur, quòd aduersus virtutem & honestatem vitium admiserit aut scelus; & idem transgressor, qui non solùm honestatem violauerit, sed legem, quà honestas sanciebatur, transgressus contempserit. atque hoc in magnam legislatoris offensionem cedit. hoc est quod corruptis adhuc hominibus legem latam est consequutum, nimirum transgressionis nomen & crimen, non autem hereditatis ius, vel causa, vel titulus.*

16 Ideò

nec præuaricatio. 16 Ideò ex fi-
- Amb. s. *vt i M.S. Amb. c.s. de, "vt secúdum gratiam *fir-
ma sit promissio omni semi-
ni, non ei qui ex lege est solú,
sed & ei qui ex fide est Abra-
hæ, qui pater est omnium no-
Genes. 17.4. strum, 17 (sicut scriptum est:
Quia patrem multarum gen-
*cui credidit 2 MS. tium posui te) ante Deú, "cui
credidisti', qui viuificat mor-
tuos: & vocat ea quæ nõ sunt,
tanquam ea quæ sunt. 18 qui
D contra spem in spem credidit:
vt fieret pater multarum gen-
tium secundum quod dictum
- 1 MS. Amb. c s. Gen. 15.5. -7 MS. Amb. c.s. est "ei': Sic erit semẽ tuum" si-
cut stellę cæli, & arena maris'.
19 Et non infirmatus est fide:
iam 2 MS. c. nec cõsiderauit corpus suum
emortuum, cùm ferè centum
esset annorum, & emortuam
vuluam Saræ. 20 In repromis-
sione etiam Dei non hęsitauit
diffidentia: sed confortatus est
fide,

16 Ideò ex fide.] *Cùm autem lex nõ pariat vel efficiat hæreditatem, imò occasionẽ adferat maioris offensæ, grauiorisq́; iræ, cõsentaneũ fuit vt hæreditas, quæ ex Dei benignitate proficiscitur, & ex repromissione diuina adscribitur hominibus, ad eos pertineat qui ex fide sunt: nam sibi mutuò respondent promissio & fides; altera ex authore Deo, altera ex excipiente siue credente homine, qui siue sub lege sit, siue non sit; siue bonus & probus sit ac Deo placens, siue peccator sit, & iræ filius; credere, fidemq́; habere diuinis promissis potest, seseq́; gratia Dei promouente, ad ea accipiẽda iis, quos Deus ipsi dictauerit, modũ componere atque parare. & quia hæreditas hæc ex Dei gratia proficiscitur, & ad omnes credentes pertinet, ideò promissa est à Deo Abrahami semini in vniuersum, non vni tãtùm seminis siue posteritatis parti. Quod autem seminis nomine non alter tantũ populus significetur, circuncisorũ vel incircuncisorum, ipsis Dei verbis explicatur, dicentis: Patrẽ multarum gẽtium posui te ante Deum cui credidisti. nõ ait, patrem vnius gentis, sed multarum, vt non solùm indicaretur circuncisio, quæ vna gens est, sed præputium quæ & ipsa vna pars, verũ in plures nationes diuisa est. Id verò quanquam alienum videatur Iudæis cõsiderantibus gentium errorem & stultitiam, atq; alienationem à Deo, tamen ante Deum, cui Abraham credidit, ita constitutum est, cui non minus facile est vocare ad hæreditatem præputiũ, quàm circuncisionem, non minus facile ea euocare in lucem quæ nusquam sunt, quàm ea etiam vocare & illustrare quæ iam sunt.*

18.25 Qui contra spem.] *Neq; verò opus est hominibus cognoscere quomodo id fieri possit, vt Deus ea vocet quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt; sed opus est credere, id quod à Deo promissum sit efficiendum esse, nihilq́; illius virtuti & efficacitati negatũ esse. idq́; exemplo Abrahami, qui cùm non sperare posset secundum naturam vt pater fieret vel vnius liberi, cùm iam ferè centum esset annorum, & vxorem haberet sterilem, iamq́; præ senio à concipiendi facultate prorsus alienam, tamen in spem credidit, hoc est, ita credidit vt sperarit se futurum patrem multarum gentium, qui neque vnum liberum tunc habebat, nullamq́; rationem habuit ineptitudinis eius quam in se vxoreq́; cognoscebat, sed tantùm repromissionis Dei, quem plenissimè sciebat ad ea præstanda quæcunque à se promitterẽtur, esse efficacissimum. id quod ad gloriam Dei ipsius facit, cui gloriæ omnino studebat: atq; ita acceptum referebat Deo ipsi, quidquid ex*

 promissione

fide, dans gloriam Deo: [21] ple-
nissimè sciens quia quæcunq.
promisit, potens est & facere.
[22] Ideò & reputatum est illi ad
iustitiam. [23] Non est autem
scriptum tantùm propter ip-
sum quia reputatum est illi
″ad iustitiam′: [24] sed & propter ″3 MS.C.
nos, quibus reputabitur cre-
dentibus in eum, qui suscita-
uit Iesum ″Christum′ Domi- ″1 MS.C.
num nostrũ à mortuis, [25] qui
traditus est propter delicta
nostra, & resurrexit propter
iustificationem nostram.

CAP. V.

A

IVstificati [1] ergo ex fide, pa-
cem ″habeamus′ ad Deum ″habemus C.Q.N.
per Dominum nostrũ Iesum
Christum: [2] per quem & ha- *Ephes. 2,18.*
bemus accessum ″per fidem′ in ″fide 1 MS.C.
gratiam

promißione vel habebat vel sperabat. ideóque quod ita firmiter crederet, atq; eo magis speraret ex diuinis promißis, quo minus ex natura facultate sperabat, id quod faciebat ad Dei, tãquam vnici authoris bonorum suorũ, gloriam illustriorem, reputatum est illi ad iustitiã hoc ipsum quod egit, credendo diuinis promißis. Omnis autem ratio hæc ex diuino consilio literarum monimentis mandata est ad exemplum nostrum, quibus huiusmodi fidei imitatio reputabitur ad iustitiam; adscribetur, inquam, nobis omnibus, qui vel in præputio, vel in circũcisione Abrahami vestigiis insliterimus, Dei promißis credendo, atque sic reputatum præstabitur per Deum ipsum, qui iam tempus adduxit, quo promissa præstãtur: Nempe vnctum suum Iesum, quem Dominum nostrum cõstituerat, & cui omnia in manus dederat, à mortuis suscitando. quæ suscitatio nostræ resurrectionis à mortuis & fidẽ & spem facit, & causam efficientiãq; cõtinet: ille enim mortuus est, vt sua morte delicta nostra tolleret è medio, quibus detinebamur in morte: & resurrexit, vt nos à mortis imperio liberati, extinctaq; morte nostra, vnà cum ipso resurgeremus in sanctitatem, nouæq; vitæ dignitatẽ; vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spẽ vitæ æternæ.

IN CAP. V.

1 Iustificati ergo ex fide.] *Docuerat proximis orationibus Apostolus, diuinæ iustificationis Abrahamo promissæ tempus iam aduenisse, misso Iesu Christo in mundum, & mortuo atque resuscitato, ita vt qui cum illo commortui essent, atque simul resurrexissent in spiritu ac veritate, huius maximi Dei beneficij testimonium confirmarent. nunc autem ætati suæ gratulabundus, eos qui secum huius diuini doni compotes essent, alloquitur, hortaturq; ad laudes Dei, tantorum bonorum authoris, & testimonium veritatis Iesu Christi, atq; constantem tolerantiam horum laborum, quam illis constituram declarat & profitetur ex eo, quòd Spiritus virtus sit communicata, qua non vt serui, in timore, sed vt filij, in amore & charitate Dei viuant, & quiduis perferre queant pro nomine Dei & Christi eius, animati & informati eiusdem Iesu Christi virtute & efficacitate. itaque totus hic sermo vsque ad duodecimum versum opportunè parecbasis formam obtinet: cùm enim iam de præsenti iustificationis diuinæ laude ac testimonio agendum esset, fusiori oratione sibi aliisq; suæ conditionis est gratulatus. Namq; hic sermo eos spectat, qui perfecti iam in Ecclesia erant, hos, inquam, præcipuè, alios verò per exhortationem & excitationem ad cupiditatem & studium similis conditionis. Oportet verò apud hunc Apostolum, & alios noui Testamenti scriptores, huiusmodi conditionũ & statuũ distinctionem*

perpetuò

perpetuò obseruari, alioquin fieri non potest, quin in magnas difficultates lector incidat. Igitur sic exponitur nobis locus hic: Cùm iam abundè intellexerimus, ac docuerimus iustificationis diuinæ hæreditatem non deberi iis qui sub lege sunt eo ipso quòd legem habeant, imò occasionem iræ à lege adferri propter præuaricationem, ostenderimusq; fidem in Iesum Christum Filium Dei exigi ab iis, qui iustificari cupiant & studeant, res ipsa ratioq; postulat, vt nos quicunque iustificati sumus ex fide, non cogitemus de lege Mosis, quæ præuaricationem ex occasione affert, sed de hac iustitia nobis per Christum communicata, colamusq; illam pacem ex charitate Dei proficiscentem; quæ pax ad Deum refertur per ipsum Iesum Christum; vt cùm lex iram operatur, sic iustificatio nostra pacem efficit cum Deo per Iesum Christum Dominum nostrū, qui cùm nos sibi donatos in salutem à Patre accepit cooptatos sibi, Patri tanquam filios offert: per quem habuimus accessum in gratiam istam; habuimus, inquam, non per legem Mosaicam, sed per fidem qua credidimus in ipsum, vt in verum propitiatorem & pacificatorem, in qua gratia stamus & gloriamur, non in seruitute legis Mosaicæ, sed in spe gloriæ filiorum Dei, hoc est, quòd speremus nos à Deo in talem gloriam transferendos, qualem filios Dei decet.

gratiam istam in qua stamus,
Ro. 8. & gloriamur, in spe gloriæ* fi-
liorum Dei. 3 Non solùm au-
tē: sed & gloriamur in tribu-
Iac. 1, 3. lationibus: scientes quòd tri-
bulatio patientiam operatur;
4 patientia autem probationē;
probatio verò spem. 5 spes au-
Heb. 9, 14. tem non confundit: quia cha-
ritas Dei diffusa est in cordib.
nostris, per Spiritum sanctum
qui datus est nobis. 6 Vt quid
Heb. 9. 15, 28 1 Pet. 3, 18. enim Christus, cùm adhuc in-
B firmi essemus, secundū tēpus
pro impiis mortuus est? 7 Vix
enim pro iusto quis moritur:
nā pro bono forsitan quis au-
deat mori. 8 Cōmendat autem
charitatē suā Deus in nobis:
*si o Q. n. quoniā *cū adhuc peccatores
*secundum tempus MS. essemus, *Christus pro nobis
mortuus est. 9 Multò igitur
magis

3 Non solùm autē.] *Neq; verò solùm nobis gratulamur hac fide qua credimus nos adoptatos à Deo secūdum operationem virtutis Dei; namq; hoc sua natura iucūdum & gloriosum est; sed altero etiā nomine, quod durū ac triste animalibus hominibus videtur, gratulamur & gloriamur: nēpe quòd pro ipsius nomine in mūdo vexemur & premamur, quippe cùm hoc in maius bonum nostrum tandem nobis cessurum intelligamus: namq; vexatio exercet in nobis patientiam ac tolerantiam; tolerantia nos Deo probat; Deus verò hac probatione nobis facit spem præmij, atq; gloriæ & coronæ.* Neque verò *spes hæc vana est, aut in nostra tātùm cogitatione sine alio fundamēto nata, sed radices altissimas agit in charitate qua Deus dilexit nos; illa enim charitas & nos Deo charos, & nobis Deū amātissimū reddit. atq; charitas ipsa verè diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctū qui datus est nobis à Deo, eademq; charitas iā diffusa in cordibus nostris, & constantiā ad tolerandas vexationes parit, & Deum ipsum nobis præsentem assistentem, viresq; suppeditantem, atq; adeò spem illā confirmantem probat.*

6. 9 Vt quid enim Christus.] *Quod verò nunc nobis non desit Deus promotor, fautor, & adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, sic etiam demonstratur: Antea quā essemus in hac fortitudine charitatis, quam ipse in cordibus nostris infudit; cùm, inquam, essemus*

 infirmi,

infirmi, vel sub lege, vel absque lege, & ideò nondum iustificati; quod si nondum iustificati, ergo adhuc impij: in illo, inquam, tempore cùm adhuc illa conditio maneret, Christus mortuus est pro impiis, tam pro nobis quàm pro cæteris. Rarissimum enim charitatis exẽplum visitur in oppetenda morte pro iusto aliquo: si quando iustus & innocens in discrimen vitæ adducitur, dolent quidem alij viri probi illius vicem, verùm vt quispiam illius liberandi causa sese certissimæ obiiciat morti, vix huiusmodi charitatis testimonium inueniri posse putamus; contingere verò aliquando potest, rarò tamen visitur, vt aliquis sese in discrimen vitæ conijciat pro eo, quem sibi bonum, vtilemq́; esse nouit. itaque vtilitatem siue commoditatem suam, hoc est, suã ipsius causam inprimis considerat, atque ita periculum subit. hactenus summa charitatis humanæ magnitudo procedit. namq; maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animã suam ponat quis pro amicis suis. itaque pro bono, in quo priuati commodi ratio inesse existimatur, vt moriatur aliquis contingere potest, atque hoc in magnæ charitatis præconio apponitur. At verò Deus admirabilem charitatem suam erga nos probat, quòd cùm adhuc essemus peccatores, atque adeò ipsi infensi, tantùm abest, vt vel iusti vel boni essemus; Vnctum suum pro nobis in mortem tradidit, qua in re apertè ostendit se velle deponere iram, quam aduersus nos ob peccatum culpasq́; nostras conceperat, cùm mortem quam nos debebamus, eam filium suum subire voluerit. Iam ergo cùm ille sanguine filij sui placatus fuerit nobis, ita vt iram deposuerit, quanto magis erimus salui ab ira, quàm eramus antequam Christus moreretur pro nobis, volente Patre, & tradente illum in propitiationem pro peccatis nostris? tunc apertè inimici eramus Deo, qui in filio suo posuit disciplinam & castigationem offensarum nostrarũ, ita vt in illius morte nos moreremur, in eiusdem resurrectione nos resurgeremus, atq. in illius vita nos viuimus. Nam vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Si ergo per filij mortem nos reconciliauit in amicitiam; quanto chariores nunc illi erimus, qui iam per Christum superauimus mortem, & sumus in vita ipsius; eos autem qui sunt in vita, consequitur fore saluos ab ira. Neq. verò hoc tantùm obtinemus ex diuina liberalitate & gratia, sed etiam vt gloriemur in Deo, dicẽtes Deũ esse nobiscũ vt patrem cum filiis, idq́; per Iesum Christum, quem ille vnxit ad recõciliationem hanc, quam accepimus.

magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. [10]Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. [11]Non solum autẽ: sed & gloriamur in Deo per Dominũ nostrum Iesum Christum, per quem nũc reconciliationẽ ac-
cepimus: [12]Propterea sicut per C
vnum hominem peccatum in hunc

12 Propterea.] *Dixeramus, docueramusq́; antea, Deum vniuerso hominum generi, tam Iudæis quàm Gentibus, benignum, misericordemq́; se præbuisse: vt autem res hæc intelligatur, altius repetenda ratio est. Deus initio vnũ hominem fecerat, quem hominum omniũ patrem esse voluit. ille, violato Dei præcepto, peccatum in hunc mũdum introduxit, ac debitum mortis contraxit, quod ad posteritatem promanauit omnem: namque vt in illo omnes homines erant, totumq́; futurum genus humanum continebatur, sic in illo omnes peccauerũt peccato originis, quo omnium hominum soboles est corrupta. Accidit autem, vt tum nimia & perpetua peccãdi consuetudine, tum erroribus & opinionibus variis, per generis humani hostem callidissimum inductis, illud peccatum originis, illudq́; naturæ vitium; vnde plurima scelera, crimina,*

hunc mundum intrauit, & per
peccatum mors: & ita in om-
nes homines mors pertrãsiit,
in quo omnes peccauerunt.
[13] Vsque ad legem enim pec-
catum erat in mundo: peccatũ
autem nõ "imputabatur, cùm
lex non esset'. [14] Sed regnauit
mors ab Adam vsq. ad Moy-
sen; etiam in eos qui non pec-
cauerunt in similitudinẽ prę-
uaricationis Adæ, qui est for-
ma futuri. [15] Sed non sicut de-
lictum, ita & donum. si enim
vnius

"imputatur, cùm lex non est 5 ms. c.

crimina, facinora, & alia peccatorum genera, in singulis hominibus oriebantur, vsque adeò non cognosceretur, vt non imputaretur peccatum tanquam peccatum, hoc est, illius deformitas atq. malitia non animaduerteretur neque æstimaretur. igitur peccatum quidem erat & opprimebat vniuersum hominum genus, tamen interim dum lex non exstitit scripta, qua vniuersa hominum conditio, tum prima illa in qua nostrum genus formatum est, tum ea quæ primi hominis prauaricationem fuit consequuta, narrata
13 *est ex ordine atque demonstrata, peccatũ*
14 *non imputabatur. Atqui mors, quæ per peccatũ inducta est in mũdo ab ipso primo hominum parente, publiciq; debiti propagatore, regnauit vsque ad Mosis legislatoris tempus, etiam, inquam, tunc regnauit in homines, qui quidem peccabant propter peccati in ipsis inhærentis vim, eos in imperio mortis retinentem, atque ad multa & varia scelera impellentem, quanquam illi non peccarent in similitudinem prauaricationis Adæ, hoc est, quanquam non haberent expressam legem sensu ipso perceptã, qualem habuit Adam, quam trãsgressus præuaricator dictus est. Qui verò à Mosis tempore legem habuerunt, peccarunt etiam; namq. illo tempore & peccatum fuit in mundo, & mors regnauit, sed vltrà peccati debitum accessit etiã prauaricationis nota & crimen in eos qui contra legem promulgatam peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ. Ita factum est vt Adam pater fuerit omnium, tam eorum qui sine lege, quàm eorum qui lege accepta peccauerunt, atque ille primus author & inductor mortis fuerit omni posteritati suæ. Atque his rationibus & modis omnibus typus fuit vnius alterius hominis, quem Deus ad publicam salutem à se mittendum decreuerat, qui reconciliationis vitæ & sanctitatis, atq. iustitiæ author esset omnibus credentibus & obedientibus sibi, tam iis qui absque lege erant, quàm iis qui per Mosis legem docti, moniti, atque adeò trãsgreßionis insimulati sunt. Atq. hæc summa est rationis omnis, quæ peccati mortisq; authoritatem, originem, efficientiam, atque tyrannidẽ spectat. cui adiuncta est breuis quædam significatio gratiæ Dei, qui vnum alterum hominem voluit vngere, & mittere authorem & consummatorem vitæ ac salutis erga omnes qui in ipsum crederent.*

15 Sed non sicut delictum.] *Magnũ autẽ discrimen est inter delictũ primi parentis Adæ, atq. donũ Dei hominibus tributum sponte per Iesum Christũ; permagni, inquam, interest, tum quo ad magnitudinẽ, tum quo ad præstantiã & excellentiã; vt interest etiam inter ipsos fontes, ex quibus vtrunq. profectũ est: delictũ ex vno homine profectum, mortẽ attulit multis; donum verò, quod ex Dei gratia profectũ, & per vnũ hominem præstãtißimum, eundemq; Dei Filium communicatũ est, vt numeris & virtute, atq. efficientiis omnibus maius, amplius, abundãtiusq; fuerit, res ratioq; postulat. & quod ad homines ipsos facit, nõ minus cõmune fuit hoc donũ ex se, nõ minus amplũ & sufficiens erga multos, quã fuerat delictũ. si qui non vsi sunt dono, id non ex doni exiguitate aut breuitate, neque ex donantis exigua liberalitate, sed ex ipsorũ culpa euenit.*

vnius delicto multi mortui
sunt: multò magis gratia Dei
& donum, in gratia vnius ho-
minis Iesu Christi in plures
abundauit. 16 Et non sicut per D
vnum ''peccatũ', ita & donum. ''peccantem ſ ms. e.
nam iudicium quidẽ ex vno,
in condemnationem : gratia
autem ex multis delictis, in
iustificationem. 17 Si enim in
vnius delicto mors regnauit
per vnum: multò magis abũ-
dantiam gratiæ & donationis
& iustitiæ accipientes, in vita
regnabunt per vnum Iesum
Christum. 18 Igitur sicut per
vnius delictum, in omnes ho-
mines in condemnationem:
sic & per vnius iustitiam, in
omnes homines in iustifica-
tionem vitæ. 19 Sicut enim per
inobedientiam vnius homi-
nis, peccatores constituti sunt
multi: ita & per vnius obedi-
tionem, iusti constituentur
multi. 20 Lex autẽ subintrauit
vt abundaret delictũ. Vbi au-
tem

16 Et non sicut per vnum pec.] *Quòd verò ad efficacitatem pertinet, efficacius longè est Dei donum, atq. peccatum fuerat. Namq. peccatum vnicum vnius hominis, iudicio occasionem dedit: quo iudicio damnati sunt homines, atque rei filiiq́; iræ pronunciati. hoc iudiciũ grauius etiam postea redditũ est in multis hominibus, qui ad illud originis peccatum, cuius omnes rei nascebãtur, singuli sua peccata, scelera, & facinora innumera addidere. atq. hoc donum ex Dei benignitate profectum, non solùm ex illo vnico peccato originis, sed ex multis à singulis admissis, non tantùm in remissionem, sed in illam amplitudinem, quam iustificationem vocamus, traduxit.*

17 Si enim vnius delicto.] *Nam si vnius hominis, qui homo tantùm erat, vnũ delictum, vnusq́; excessus tantũ mali attulit, vt homines mortis regno addixerit; quanto magis ij qui illud acceperint quod à Deo profectum est, atq. per vnum hominem est hominibus communicatum, qui non tantùm homo est, sed etiam Deus, ideoq́; dictus Iesus Christus, hoc est, Seruator Vnctus; atque adeò amplißimis nominibus, & significantißimis appellatum est id quòd Deus communicare & largiri voluit; nempe, Abundantia gratiæ, & Abundantia donationis iustitiæ; regnabunt in vita quam habent per ipsum Iesum Christum, vnicum Filium Dei, & eundem filium hominis, incomparabili excellentia illo primo homine præstantiorem.*

18 Igitur.] *Summa conclusio totius argumentationis antea factæ.*

19 Sicut enim.] *Causa autem certißima atque propriißima vtriusque conditionis in homines inductæ: primùm ex parte primi parentis, qui hominũ genus perdidit; deinde ex parte posterioris Adami, qui credentes in se iustificat, sunt illæ nimirum, Adæ inobedientia, & Christi obedientia: contraria enim contrariis curãtur.*

20 Lex autem subintrauit.] *Ad Adæ inobedientiam, quæ iudicium atque mortem intulerat in mundum, acceßit postea introitus legis; quo euenit, vt delictum abundaret, hoc est, grauius efficeretur & multiplex, quibusdam præceptis inductis quæ antea non erant, & postquam data sunt & non obseruata, delictum auctum est. vt præceptum de custodia Sabbathi, & alia etiam. Non quòd Deus dederit legem eo consilio, vt delictum abundaret, sed quod ex hominum infirmitate*

mitate ita euenit. verùm enimverò cùm delictum abundaret, occasione legis, tunc superabundauit gratia, quam Deus impertiri voluit hominibus. quippe quæ non solum ex peccato illo, sine peccatis illis quibus homines ante legē flagrabāt, ij qui sine lege erāt, sed ex illis etiam quibus cumulati erant ij qui sub lege erant, vtrosque liberauit & redemit. Ita sicut regnauit peccatum in mortē per Adami trāsgreßionē, & per legis occasionē amplius etiā regnauit, ita gratia amplissimè regnet in homines per iustitiā Christi ipsis cōmunicatā, qua iustitia hæredes fiāt vitæ æternæ, obediētia & opera mediatoris Iesu Christi Domini nostri, qui nos redemit, & sibi cōiunxit.

tem abundauit delictum, su-
perabūdauit gratia. [21] vt sicut
*in morte i ms o.s. regnauit peccatum*in mortē:
ita & gratia regnet per iustitiā
in vitam æternam, per Iesum
Christum Dominū nostrum.

Cap. VI.

A QVid[1] ergo dicemus? Per-
manebimus in peccato
vt gratia abūdet? Absit. [2] Qui
enim mortui sumus peccato,
quomodo adhuc viuemus in
*fratres ms. o.s. illo? [3] An ignoratis*quia qui-
Galat. 3,27. Coloss. 2,12. cunque baptizati sumus in
Christo Iesu, in morte ipsius
baptizati sumus? [4] Consepulti
enim sumus cum illo per ba-
ptismum in mortem: vt quo-
modo Christ9 surrexit à mor-
Ephes. 4,23. Coloss. 3,10. Heb. 9,14. 12,2. 1 Pet. 2, 1. tuis per gloriam patris, ita &
nos in nouitate vitæ ambule-
mus. [5] Si enim complātati fa-
cti su-

In cap. VI.

1 Permanebimus.] *In Pauli aliorumq́ Apostolorum scriptis animātur & confirmantur perfecti, docentur & excitātur infirmiores; ex vtrisq; enim Ecclesia constat; atq. illi etiam erudiuntur, qui veritatis Christianæ rationem diligenter cognoscere student, siue sint ex ipsis Christianis, siue ex alienis ab hac professione. omnia tria huiusmodi hominum genera in hoc capite alloquitur Apostolus tanquam vnū auditorum consessum siue corpus. oportet autem singulis membris suas orationis ac sentētiæ partes distribuere, ita nihil perplexè scriptum constabit. Præcedēti capite demonstratū est gratiæ abundantiam probari ex magnitudine peccati: nisi enim tantū, tam amplū, tam graue, tamq́ commune fuisset præcedens debitū, doni & gratiæ magnitudo non vsq. adeò ab hominibus cognosceretur. Nunc verò ostendit non ideò commendari peccatum, quòd eius occasione gratiæ abundantia cōspiciatur, neq. peccati statum & conditionē inter optanda referri oportere, imò magis inter fugiēda primā notā habere: quippe cū gratia nō venit vt cōmendetur per peccatū, sed vt destruat peccatū tanquā Dei & gratiæ ipsius inimicū, atq. adeò hominū generi nocentißimū. itaq. suū consiliū ait fuisse, inuitare & hortari homines ad gratiā, cuius ope cognoscatur quā miserrima sit peccati cōditio iis quibus manet, quámque exitialis, vtpote quæ fructus faciat miserrimos, mortē & ignominiā profundißimā. Atq. primū absurdū esse ait, existimare hominē aliquē posse simul & peccatū retinere, id quod mortale dicitur, & gratiā hāc admirabilē Christi obtinere; nō magis ac si vel in tenebris & luce, vel in morte & in vita simul pariterq́ esse quisquā velit. producit autē primò exēplum suū, & eorū qui cōmortui erāt cū Christo, quos peccato mortuos esse affirmat, hoc est, nō vt antea subiectos legi & motibus peccati. eos autē nō consentaneū esse ait dicere simul esse mortuos peccato, & viuere in peccato.* 3.4.5 An ignoratis.] *Vos omnes fratres, quicunq. de Christi*

efficientia

efficientia testes audistis Apostolos & alios discipulos, qui baptismi in Christo admirandã illam arcanamq; virtutem experti sunt; ignoratis eos prædicare atque testari solere, Nos esse in morte Christi baptizatos, quicunque baptizati sumus in illo, baptismiq; efficientiam illius experti sumus. Si nosse vultis quo pacto res hæc se habeat; scitote, Nos esse consepultos cum illo in mortẽ per baptismum, vt quemadmodum illẽ mortuus & sepultus, interim dum mortuus fuit, corpore non laborabat, aut agebat aliquid, sed quiescebat in sepulchro; & cùm resurrexit à mortuis, nullum præteritorum laborum sentiebat; sed à morte & dolore omnino alienus liberq; emersit, idq; per gloriam Patris, qui notas fecit illi vias vitæ, & non dedit videre corruptionem, & adimpleuit illum lætitia vultu suo, atque resurgens omnia noua, læta, immortalia & incorruptibilia agebat & agit, ab omni humana infirmitate longè remotus: sic & nos consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem ipsius, vt quod dum baptizaremur, credidimus & professi sumus, ita & nos ex illius efficientia in nobis, mortui simus & sepulti peccato, vt non operemur & exerceamur peccato, sed resurgentes iam cum illo viuente, in nouitate vitæ versemur & conuersemur. Nam si complantati & conserti fuimus, ita vt similes redditi fuerimus morti eius, hoc est, vt ipse mortuus est pro peccatis nostris, sic & nos mortui sumus peccato simul etiam cum illo, insiti erimus & complantati illi resurgenti.

ćti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. 6 Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà nõ seruiamus peccato. 7 Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. 8 Si autem mortui sumus cum CHRISTO: credimus quia simul etiam viuemus cũ Christo, B

6 Hoc scientes.] Vobis autem perfectis tanquam testibus, ad communem congratulationem, & debiti à nobis testimonij commemorationem; vobis verò infirmioribus & ineruditioribus ad eruditionem ac doctrinam, profiteor & expono, Nos videlicet cognoscere & agnoscere veterem illum hominem nostrum, cuius vi & imperio atque impulsu agebamur ad peccandum, fuisse crucifixum cum Christo, atque illud in nobis effectum esse excommunicatione & complantatione Iesu Christi, vt corpus peccati in nobis destruatur, vt vltrà non seruiamus peccato. At verò mortem hanc describere vobis volentes, ex euentu ipso ostendemus, eum qui mortuus sit peccato, esse iustificatũ à peccato, hoc est, liberum à peccato, quòd nihil agat ex vita illa antea peccato obnoxia, sed in illa ratione tota non secus sese habeat, atque is qui mortuus est & defunctus iam vita illa priore.

7.8 Quia simul viuemus cum illo.] Quòd si peccato mortui sumus vt non vltrà seruiamus peccato; consentaneum est credere, nos simul cum illo victuros. ita dum Christi mortem in nobis sentimus, resurrectionem eiusdem cogitamus, cum illo etiam cogitamus de nostra resurrectione & vita: nam si ille resurrexit ex mortuis; & qui cum illo mortui sunt, resurgẽt: vtrumq; enim ille suis communicauit, & mortis suæ complantationem, & virtutẽ resurrectionis ex mortuis in nouam vitam. Namque hoc iam certum exploratumq; est, Christi vitã esse perpetuam, & à morte alienam, omninoq; liberam: etenim postquam ille suscitatus est ex mortuis, nũquam amplius mortuus est, nec moritur vllo mortis genere, vel illo quo mortales dicuntur quotidie mori; ille enim omnino immortalis est, nullaq; vnquam morti aduersus eum potestas est relicta: semper viuit, nihil in illum, aut dies, tempus, ætas, cætera incommoda, mortis vel nuntia, vel ministra,

nistra, dominij aut efficientiæ habere possunt. planè immortalis est, planè vitalis, planè viuens, planè fortis, planè efficax, planè denique vita ipsa, & vitæ author est. id autem quod dicimus, omne illius proprium erat, vtpote qui vita erat ipse ab æterno, & in quo vita erat, & vita erat lux hominum. sed quòd mortuus aliquando fuerit, id semel tantùm fuit, neque suum ob mortis debitum ille mortuus est, sed ob peccatum hominum, quod ille expiandum ac delendū sua morte suscepit: neque tamen propterea ille contaminatus est peccato, vt mortuus semel in morte maneret, sed suam innocentiam, virtutem, puritatem, & vitam æternam retinuit, vt crucifixus semel ex infirmitate, & mortuus secundum carnem, cùm vellet, iterum animam & vitam resumeret: erat enim lux vera, quæ in tenebris cùm luceret, à tenebris non fuit comprehensa. itaq. semel mortuus est peccato, non suo ipsius, ab ipso, inquam, admisso, sed peccato hominum ab ipso suscepto: debitum moriendi suscepit volens pro nobis, vita verò potestatem & virtutem Deo propriam, cuius Filius ipse est, retinuit, quam etiam exercuit resurgens ex mortuis, & viuens, vt nunc viuit Deo immortali & æterno cum quo regnat.

sto, 9 scientes quòd Christus
resurgẽs ex mortuis iam non
moritur, mors illi vltrà nõ do-
minabitur. 10 Quod enim
mortuus est, peccato mortuus
est semel: quod autẽ viuit, vi-
uit Deo. 11 Ita & vos existima-
te, vos mortuos quidem esse
peccato: viuentes autem Deo
in Christo Iesu Domino no-
stro. 12 Non ergo regnet pec-
catum in vestro mortali cor-
pore vt obediatis concupiscẽ-
tiis eius. 13 Sed neq. exhibeatis
membra vestra arma iniqui-
tatis peccato: sed exhibete vos
Deo, tanquam ex mortuis vi-
uentes: & membra vestra ar-
ma

11 Ita & vos.] *Ita & vos considerate vos ipsos ex Christi in vobis efficientia esse mortuos ac iam defunctos peccato, viuentes autem ea vita cum Christo, vt seruiatis ac placeatis Deo, idq́ (vti res ipsa habet) acceptum referte Christo Iesu Domino nostro, per quem stamus in gratia ista, & gloriamur in gloria filiorū Dei. Igitur iam alia vobis vita ratio, alius modus est, vt in corpore isto vestro mortuo cū Christo iam deinceps peccatum non regnet, hoc est, vt non obediatis concupiscentiis eius. Quòd verò totum corpus diximus mortuū esse peccato, atq. ideò oportere omninò alienum esse à regno peccati; idem de membris corporis censemus, quæ oportet ab illo ministerio iniustitiæ, in quo tanquam instrumenta exercebantur ad seruiendū peccato, ad ministerium Dei esse traducta, vt instrumenta iustitiæ. alius enim est vsus membrorum hominis ex mortuis viuentis Deo ab eo qui spectatur in hominis corpore mortui Deo, & viuentis in peccato & concupiscentiis: Peccatum enim, postquam Christi virtute & efficientia in vobis mortuū fuerit, non habebit iam illam vim dominandi, quam habebat cùm illud vigeret, & vos nondum accepissetis Spiritum adoptionis, sed adhuc essetis subiecti spiritui seruitutis in timore & metu, qualis conditio adhuc sub lege homines manebat, quæ peccatum indicabat in vobis, quos tamen illa gratia non donabat, vt possetis mori peccato, & viuere Deo. Iam estis sub alia conditione gratia Dei, quæ indicat & docet quid velit Deus; addit etiam virtutem, & communicat Spiritum, quo suauiter alacriterq́ Dei præcepta obseruentur, atq. adeò iugum illud grauissimum legis in leue mutat*

H 15 Quid



ma iustitiæ Deo. [14]Peccatum C
enim vobis nō dominabitur.
nō enim sub lege estis, sed sub
gratia. [15]Quid ergo? peccabi-
mus, quoniam nō sumus sub
lege, sed sub gratia? Absit.
[16]Nescitis quoniam cui exhi- *Ioan. 8, 34. 2 Pet. 2, 19.*
betis vos seruos ad obedien-
dum, serui estis eius cui obe-
ditis, siue peccati ad mortem,
siue obeditionis ad iustitiam?
[17]Gratias autē Deo quòd fui-
stis serui peccati, obedistis au-
tem ex corde in eam formam
doctrinæ in "quā traditi estis. "quam *Ambros. c. 3.*
[18]Liberati autē à peccato, ser-
ui facti estis iustitię. [19]Huma- D
num dico, propter infirmitatē
carnis

15 Quid ergo? peccabimus.] *Quod verò non esse sub lege diximus, non illud significat, videlicet, nobis integrum esse si velimus peccare; & si peccemus, non accusari per legē, vtpote ad nos non attinentem. Absit absurda hæc interpretatio à veritate & sanctitate sententiæ, expositionisq́; nostræ. Gratia enim non ideò dicitur gratia, quòd permittat peccare, & non imputetur peccatum: hoc enim planè nepharium est, & rerum ipsarum rationi naturæq́; minime consentaneum, atque adeò nostri persimile, vt quis sit in peccato ad mortem, & in gratia ad vitam pariter: fieri enim non potest, vt vnus idemq́; duobus dominus sibi mutuò aduersantibus & planè dissentientibus inseruiat ad stipendium legitimè faciēdum: sunt autem omnino opposita peccatum & obedientia erga Deum. alteri qui seruit, seruus est eius cui seruit; qui facit peccatum, seruus est peccati. Si ergo obeditis (exempli causa) peccato, peccati serui estis, atque apud peccatum vobis constat stipendij vestri lex, hoc est, mortis conditio: sin verò studium operamq́; in obedientiā Dei confertis, seruos vos facitis obedientiæ, eam mercedem accepturi multam & copiosam, quā Deus sibi obediētibus reposuit, quibus iustitiam suam communicaturum sese est pollicitus. vnde colligitur manifestè, non posse vnum eundemq́; hominem iustum & peccatorem esse, hoc est, iustitiæ seruum, & peccati seruum: conditiones enim sunt duæ pugnantissimæ. Quæ quidem ratio in vobis, qui illo diuino dono donati estis per Dominum nostrum Iesum Christum, apertè cognoscitur: longè enim discrepat vestra hæc posterior illustris conditio ab illa obscura & tenebris plena, in qua antea detinebamini: quod ipse non possum sine summa erga Deum gratulatione commemorare ac referre. Fuistis serui peccati aliquando, obediētes peccato, facientes voluntatem carnis & cogitationum vestrarum, tam ij qui sub lege eratis, quàm illi qui sine lege viuebatis; audito verò Euangelio credidistis, & credentes ex corde obedistis ei descriptioni & imagini doctrinæ, quam tunc capere poteratis, in cuius doctrinæ lucem & corpus iam traditi estis: cùm sic ex corde credentes obedieritis, liberati à peccato, ex dono Dei vobis communicato per Christum, serui facti estis iustitiæ, atque exercemini in studiis actionibusq́; iustitiæ.* 19 Humanum dico.] *Id verò quod hactenus disputaui, vestrā perfectorū omniū personā inducens, cum qua colloquerer, nō eo dicta à me sunt, quòd statuā nihil esse discriminis inter perfectos & imperfectos siue infirmos in fide; imò ad ostendendā magnā gratiæ præstātiam, & differentiam inter conditiones legis & gratiæ, interrogabam ea, quæ omnino ab iis, qui vestro sensu præditi sunt, excipiunda erant; atque ideò ipse excipiebā hac voce,* Absit; *componebamq́; sermonem vobiscum, non ad eam rationem, quam vos tenetis, sed ad eam, quæ vulgò hominibus capi potest: qui cùm vos videant homines infirmæ carnis adhuc,*

non

non inspiciunt spiritus vestri vim à Deo auctam; & ideò vos alloquebar, vt ex responsione ac disputatione cognosceretur discrimen sensus & cogitationum vestrarum, vt etiam ex consuetudine cognoscitur, vestræq; vitæ studiis. ideò igitur, eandem rationem secutus, meum sermonē humano sentiendi modo temperatum vrgens, hortor vos vt ostendatis re ipsa, & manifestis exemplis in ista vestra carne infirma, quid inter vtramque conditionem intersit, vt discant Iudæi & Gentes, quidnam Christi doctrina virtutis & præstantis doni attulerit: Neque enim cōmodius hæc ratio disseri explicariq; potest, quàm instituto sermone vobiscum, quos diuini Spiritus Vnctio doctos in hoc argumento effecit. Vos igitur vt id quod facitis faciatis exhortor, vt qui strenuos milites & pugnandi peritissimos ad pugnam exhortatur capessendam, quam illi libenter capessunt, simulq; exponit, quibus nam modis & artibus pugnandum sit, quarum rationem illi periti admodum sunt. Hortor igitur vos, vt ostendatis tanquam fideles & simplices, vos esse iustitiæ seruos, vt antea agnoscebatis & ostendebatis, non solùm coram Deo, sed etiam satis frequenter coram hominibus, vos esse seruos iniquitatis, & immunditiæ actionibus, & exercitationibus vitæ immunditiam planè arguentibus.

carnis vestræ. sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem.
20 Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.
21 Quem ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus (5 MS.C.)
nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.
22 Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructū vestrum in sanctificationem, finem

20 Nam tunc, cùm essetis serui peccati, eratis liberi iustitiæ, non manebatis aut versabamini in domo iustitiæ vt familiares iustitiæ Dei, sed seruiebatis familiariter peccato, subditi maledictioni, vel execrationi & accusationi legis, ij qui sub lege eratis; qui verò sine lege, subditi accusationi cogitationum vestrarum, & operi legis in cordibus vestris scripto. huiusmodi conditio vestra erat, quod ad vitam attinet: quod verò cōsilium & commodum vestrum spectat, præter errorem, perturbationem, & quandam impuram & incōcinnam concupiscentiæ expletionem, nihil vos fructus illo tempore percepisse, ex eo apparet, quòd nunc iam ad hanc lucem traducti erubescitis omnino reminiscentia illorum omnium: erubescentia autem signum est manifestum erroris vel impuritatis, vt nihil interim dicam de vltimo fine illius corruptæ vitæ, si ad extremum vobis vsque maneret: nam finis illorum studiorum & peccatorum mors est. Huiusmodi vobis illa altera cōditio fuerat. nūc verò hæc altera præsens ex Dei dono vobis constat per gratiam, vt liberati à peccato, seruiq; facti Deo, habeatis fructum vestrum, vobis donatum ex diuina liberalitate, non in erubescentiam & confusionem, vt antea, sed in sanctificationem & puritatem; & speretis finem longè ab illo altero diuersum, hoc est, vitam æternam. Nam qui peccato obnoxij seruiunt, mortem stipendij nomine sibi comparant, idq; iustissimo iudicio sua culpa. At verò illud donum, quo Deus vltrò ac liberalissimè eos qui in se credūt, ac dicto obediūt suo, donat; quod gratuitū donū vocamus, vita æterna est, cōmunicata in Christo Iesu, cui potestatē Pater dedit omniū nostrū in cælo & in terra. Consequitur igitur, oportere vos omnino à peccati seruitute abhorrere, vtpote omni ex parte doctos discriminis & differētiæ incōparabilis inter vtramq; seruitutē, peccati & iustitiæ.

finem verò vitam æternam.
[23] Stipédia enim peccati, mors.
Gratia autem Dei, vita æter-
na in Christo Iesu Domino
nostro.

Cap. VII.

AN [1] ignoratis fratres A
(scientibus enim legem
loquor) quia lex in homine
dominatur quanto tempore
viuit? [2] Nam quæ sub viro est [a] 1 Cor. 7,39.
mulier: [b] viuente viro alligata [b] viuenti G.S.
est [c] legi. si autem mortuus [c] lege. Amb- G.S.
fuerit vir [d] eius: [e] soluta est à [d] MS. G.
lege viri. [3] Igitur viuente viro, [e] liberata 1 MS. G.
vocabitur adultera si fuerit
cum alio viro. si autem mor-
tuus fuerit vir eius, liberata est
à lege [f] viri: vt non sit adultera [f] 1 MS. G.S.
si fuerit cum alio viro. [4] Itaq.
fratres mei & vos mortificati
estis legi per corpus Christi: vt
sitis alterius qui ex mortuis
resurrexit, vt fructificemus
Deo.

In cap. VII.

1 Lex in homine dominatur.] *Ratio omnis ac similitudo & expositio conditionis eorum, qui sub lege adhuc detinentur, neque ad gratiæ per Christum communicatæ vsum traducti sunt, ex ipsa coniugij inter virum & vxorem ratione Mosaica lege præscripta nobis petenda est, & ad explicationem coram vobis est describenda, præcipuè iis qui legis Mosaicæ ignari non estis. Non secus habet homo, homo, inquam, legi peccati obnoxius, dum viuit in ipso lex illa, atque femina in coniugio quamdiu viuit vir. illa enim cùm coniugij legibus teneatur, illi vni viro subiecta inseruit. S. S. E. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ex illa concipit proles quas parit, educat & alit, neque ad alium refert quàm ad virum, cuius verè proles sunt, hæredesq; constituuntur legibus, & nomen & familiam conseruant. atque interim dum vir viuit, si mulier alteri coniungatur, adultera habetur, atque ex illo alio si concipit & parit, proles non iudicatur legitima. quòd si, vt euenire aliquando solet, vir vita fungatur, iam mulier illa soluta est à lege, nomine & conditione viri illius vita defuncti, atq; ipsa etiam illo coniugio defuncta est. potestq; alteri viro coniungi in matrimonium, & illi concipere, parere, liberosq; editos educare, nullaq; iam deinceps in hoc posteriori coniugio prioris viri ratio habetur. Sic & vos, fratres, qui iam antea fueratis sub lege peccati & mortis regnante in corpore vestro, & potestatem exercente, interim dum eratis sub lege Mosis, quæ peccatum vobis ostendebat, non autem auferebat, postquam per corpus Christi, cui complantati fuistis, mortui estis legi illi peccati & mortis, quam lex Mosis in vobis regnare indicabat & arguebat, mortui, inquam, estis legi illi, atque adeò lex illa vobis iam mortua est, vosq; defuncti estis coniugio & subiectione illius legis, qua detinebamini; ita vt nunc alia lege ad alterum virum pertineatis, nempe ad hominem interiorem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate & iustitia suscitatum ex mortuis, vt ex illius in nobis efficientia fructum & prolem faciamus, cuius pater & author in nobis Deus sit, atque ad ipsum referatur huius generationis atq; fructus authoritas & gloria, & ex consequenti, ad ipsius hæreditatem hi fructus pertineant.*

5 Cùm.

Deo. [5]Cùm enim essemus in
carne, passiones peccatorum,
quæ per legem erant, opera-
bantur in membris nostris, vt
fructificarent morti. [6]nûc au-
tem soluti sumus à lege "mor-
tis', in qua detinebamur: ita vt
seruiamus in nouitate spiri-
tus, & non in vetustate literæ.
B [7]Quid ergo dicemus? lex pec-
catum est? Absit. Sed peccatû
non cognoui, nisi per legem.
nam concupiscentiam nescie-
bam,

"mortui e. s. *verum textus conformu est* MS. R. *Amb.* & c. q.

5 Cùm enim essemus.] *Hoc discrimẽ magnum vtriusque conditionis, ex iis, quibus antea exercebamur, affectibus, & ex iis, quibus nunc agimur, dignoscitur: nam cùm essemus in carne Adami illius Veteris, & secundum carnem illam viueremus, peccatorum passiones, illæ, inquam, quæ per legem indicatæ, vetitæ, & argutæ exstabant, ita insinuabantur in membris nostris, vt nos tanquam mulier viro subdita, passionibus illis acti & moti, fructus ederemus morte dignos; nam peccata à nobis concipiebantur & consummabantur. Nunc autẽ iam sumus soluti à lege illa mortis, hoc est peccati, in qua detinebamur; quia mortui sumus legi illi, & lex illa nobis mortua est ac defuncta. Soluti autem sumus ita, vt non rursus illi subiiciamur & seruiamus, sed vt exerceamur & agamur in alia seruitute honestissima Spiritus innouati in nobis, qui legẽ in cordibus nostris innouat, atque amore charitateq; scribit. exercebimur igitur in huiusmodi generosa & honestissima seruitute; non in illa seruitute, quam litera vetus legis in tabulis lapideis præscripta nobis exercendis præscribit, quæ nos peccati arguit, & transgressionis damnat, tantum abest vt sanctitatis ac iustitiæ iudicio probet aut commendet.* 7 Quid ergo dicemus.] *Videtur autem implicita hæc disputatio legem damnare & improbare, cùm dicamus, Nos gratia Christi esse liberatos à lege peccati & mortis, & non esse subditos amplius legi Mosis: si Christus nos liberauit à peccato, & ex consequenti à lege, estne idem peccatum & lex illa Mosis impellens homines ad peccandum? Absit. sed res sic habet: Quod hic nunc pro præsentis disputationis ratione peccatum appellamus, illa vis est passionum carnis, quæ operatur in membris hominum vt fructificent morti, illa quæ rationi repugnans impellit & inducit ad ea agenda quæ deteriora sunt. vnde efficitur vt non amem Deum in toto corde, in tota anima, in tota mente, atque in omnibus viribus meis, vt concupiscam quæ odisse abiicereq; oporteret. hoc ego in me sentiebam antequam Mosis lex mihi proposita esset, verùm existimabam hoc esse vitium naturæ, siue infirmitatem, non autem peccatum contra voluntatem consiliumq; Dei: atque non aliter de hoc existimabam quàm de fame & siti, aut dormiendi appetitu, aut aliis eiusmodi, quæ naturalia videntur; tantumq; existimabam peccatum esse id, quod præter rationem dicerem aut facerem, non autem quod vellem aut concupiscerem. hac philosophica persuasione, quamquam ille motus internus in me sentiretur, non displicebat mihi peccati nomine: quia hoc nomine neque mihi notus neque damnatus erat, sed peccatum esse per legem primùm edoctus sum, quæ primum ex decem præceptis illud proposuit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. & eadem lex indicauit mihi concupiscentiam esse contra Dei voluntatẽ, atque ex consequenti peccatum. Nam aliàs ipsam concupiscentiam nesciebam peccatum hoc modo esse, nisi lex diceret: Nõ concupisces. igitur quanquam concupiscentia erat mihi, tamen nomine peccati mihi ignota erat, & conscientiam hoc nomine meam non vexabat, iam verò lege lata, peccatum, quod mihi videbatur simplicius, atque ea parte tantùm viuere quæ externas actiones definit, occasione ac-*

cepta per mandatum illud, Non concupisces, adiunxit etiam definitioni atque adeò regno & potestati suæ iam deinceps mihi declaratæ per mandatum, adiunxit, inquam, omnem concupiscentiam quæ in me erat. Sine lege enim peccatum hoc mortuum erat mihi, non apparebat, non exstabat; viuebat quidem concupiscentia in me quem exercebat, peccati autem nomine mortua erat; atque ego dum lex non exstaret, viuebam aliquando, quippe qui cùm non occiderem, non furarer, nō mœcharer, tametsi huiusmodi animo menteq́; agitarem & percuperem, tamen peccare me non existimabam. aliquando itaque, vt mihi videbar, viuebam ipse, & peccatum mortuum erat meo iudicio, nimirum cùm à me certis actionibus non proderetur in vitam; sed veniente mandato, peccatum illud omnino vixit, caputq́; peccatorum omnium summum & regnum viuidißimum exstitit, à quo me pessundatum mille modis agnoui, cùm nulla mihi hora vacarit, vel actione, vel concupiscentia, vel animi aliis vitiis & perturbationibus, nulla hora constaret qua ego possem meritò dici diligere Dominum Deum meū in toto corde, in tota anima, in tota mente, in tota fortitudine, in omnibus viribus meis. Atque ita peccato sic viuente & agnito, deprehensus sum ego ipse mortuus. atque ita inuentum est mandatū illud quod verè atq; reapse ad vitam spectat, ob carnis meæ impotentiam & nequitiam, illud inquam ipsum mihi inuētum est esse ad mortem. Nam peccatum & occasionem accipiens per mandatum, seduxit me, ac per illud occidit. Ex quibus manifestè cōcluditur, legem sanctam esse ab omni reprehensione alienā, & mandatum legis, Diliges Dominum Deum tuum, &, Non concupisces, sanctum etiam, in quo nihil commune aut vulgare, nihil à summa sapientia dissentiens notetur, & ideò iustum & bonum, honestum atque vtile ei cui mandatur. Siquidem bonum est, omninoq́; vtile ac præstās, Deum in toto corde, tota anima, mente, virtuteq́; omni diligere: bonum etiam homini est, cupiditate libidineq́; omni vacare.

bam, nisi lex diceret: Non concupisces. [8]Occasione autē ac- *Exod. 20,17. Deut. 5,21.*
cepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem
cōcupiscentiā. Sine lege enim peccatum mortuum erat. [9]Ego
autem viuebam sine lege aliquando. Sed cùm venisset mā-
datum: peccatū reuixit. [10]Ego
autem mortuus sum: & inuē-
tum est mihi mandatū, quod
erat ad vitā, hoc esse ad mor-
tē. [11]Nā peccatū occasione ac-
cepta per mandatum, seduxit *1 Tim. 1,8.*
me, & per illud occidit. [12]Ita-
que lex quidem sancta & mā-
datum sanctum, & iustum &
bonū. [13]Quod ergo bonum
est, mihi factum est mors?
Absit. sed peccatum, vt appa-
reat

13 Ergo bonum mihi factū est mors.] *Ita verò legis mandatum bonum esse existimandum est, vt nullo nomine, nullo respectu improbari possit; nam & natura sua bonū est, & ad vtilitatem eorum quibus editum est, refertur; non verò ad incommodum. Namque non mutat bonum hoc suam efficientiam iuxta eorum conditionem vel dispositionem ad quos refertur, semper enim eò pertinet, vt homo id agendo quod præcipitur, viuat & bene habeat. Sed cùm hoc bonum mihi proponeretur, malū quod in me latebat, quodq́; ego nesciebam, apparuit: hoc est, arguta est concupiscentia esse peccatum, quam ego peccatum esse ne putabā quidem, atq. ita ipsum peccatum quod me tenebat ignoratione definitionis ipsius securum illa parte qua concupiscentia agebar, atq. adeò*

viuere

viuere me eadem parte atque valere arbitrabar, hoc est, non esse in peccato, siue nō esse in morte, accedente mandato illo bono atque vtili, peccatum, inquam, ipsum vltra mortem, quam in me aliis nominibus operabatur, hoc etiam nomine adoperatur mortem, videoq́; me in morte esse, hoc est, peccato subesse, non solùm actionibus studiisq́; ipsis, verùm concupiscentiis, & defectu illius summi & integerrimi amoris Deo debiti, atque à me per mandatum exacti. ex quo efficitur vt peccatum illud, quod aliàs certè peccatum erat in me, sed non agnoscebatur, fiat peccans supra modum, adiectione facta occasione mandati, quod mihi propositum cognosco ac debitum omnino, nec tamen obseruo.

reat peccatum, per bonū ope-
ratum est mihi mortē: vt fiat
supra modum peccās pecca-
C tum per mandatum. [14] Sci-
mus enim quòd lex spiritua-
lis est: ego autem carnalis
sum, venundatus sub peccato.
[15] Quod enim operor, non in-
telligo: non enim quod volo*, (*bonum o.)
hoc ago; sed quod odi*; illud (*malum o.)
facio. [16] Si autem quod nolo,
illud facio: consentio legi,
quoniam bona est. [17] Nunc
autem iam non ego operor il-
lud, sed quod habitat in me
pecca-

14 Scimus enim.] *Atque vt huius rei caussa non ad legem ipsam, sed ad hominum vitium & corruptionem verè vt res habet referatur, eandem personam Apostolus sustinens, hoc est, hominis nondum sub gratia & iustitia Dei, sed sub lege commorantis, ex sensu conscientiaq́; communi hominum omnium eiusdem conditionis, rationē exponit omnem. Scimus, inquit, atque manifestis diuinorū oraculorum testimoniis cognoscimus, legem sanctam esse & spiritualem, vtpote quæ Deum spiritum spiritu etiam amari coliq́; præcipiat, quæ cæterorum mandatorum omnium obseruātiam spiritualis etiam præcepti summa concludat, & commendet dilectione & charitate proximi simplici & integra. sed cùm hæc lex ita sancta & spiritualis carnali homini & non sancto, imò venundato sub peccato, atque peccatis obnoxio sit proposita, fit vt non reportet à me lex id quod postulat.*

15 Quod enim operor.] *Adeò autem hoc verum est, vt, cùm lex sibi constet, egomet mihi non constem, neque satis intelligam hanc maximam in me pugnantiam; iudicio quippe cùm valeam, Dei luce illustrato, & libera sim electione præditus, ita vt cognitum bonum optare, amareq́; poßim, atque sæpißimè amem, optemq́;; tamen cùm ad actiones ventum est, non exerceo id quod volo, sed facio id quod malum noui & odi. quòd cùm ita sit, iudicio consilioq́; ipso consentio legi, quam pulchram, honestam, bonamq́; esse cognosco, tantùm abest vt parte aliqua improbem vel mihi inutilem aut incommodam causer. Hactenus id dico quod ipse planè censeo, iudico atque sentio de lege: hoc est, illam esse sanctam & mihi bonam. Nunc deinceps confitebor quemadmodum mecum agatur erga legis mandata. aióque non esse me ea parte qua iudicio, ratione, rectáque voluntate valeo, eundem qui postea facit id quod non volo. agnosco esse me, sed non ea parte quam dixi, verùm ex parte peccati in me inhabitantis, quod me trahit ad ea quæ minimè probo appetenda.*

18 Scio

peccatum. 18 Scio enim quia
non habitat in me: hoc est, in
carne mea, bonum. Nam vel-
le adiacet mihi: perficere au-
tem bonum, non inuenio.
19 Non enim quod volo bo- D
num, hoc facio: sed quod no-
lo malum, hoc ago. 20 Si au-
tem quod nolo, illud facio: iā
nō ego operor illud, sed quod
habitat in me, peccatū. 21 In-
uenio igitur legem, volenti
mihi facere bonum, quoniam
mihi malum adiacet. 22 Con-
delector enim legi Dei secun-
dum interiorem hominem:
23 video autem aliam legem
in membris meis, repugnan-
tem legi mentis meæ, & ca-
ptiuantem me in lege pecca-
ti, quæ est in membris meis.
24 Infelix ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis
huius?

18 Scio enim.] *Quòd verò hoc quod facio alienum sit à me, & peccati inhabitantis opus, potius quàm naturæ appetitio ipsius, sic etiam ostēdo: Primùm, ex rerum ipsarum existimatione, ex iudicio recto, atque adeò ex diuina doctrina scio, quòd id quod in me, hoc est, in carne mea habitat, non est bonum; illa, inquam, vis, quæ me adigit ad agendum id quod nolo, & ad omittendum id quod volo, illa vis non est bona, non est mihi vtilis aut necessaria, imò inutilis potius, vt qua omninò appeto atque curo ea, quæ neque animo neque corpori iuxta rectam rationē conueniant. id quod lex mihi ipsa indicat, & iudiciū lege eruditū atque Dei munere illustratum discernit, & voluntas rectè instituta vult. Namque voluntas bonum vult, & id existimat bonum quod lex probat. itaque velle bonum adiacet mihi, sed adoperari & perficere bonum quod volo, non cōtingit mihi ita vti facere volo. nec enim quod volo facio bonum, non ita facio vt volo bonum, sed quod nolo malum illud exerceo atque efficio: ita magnā promptitudinem ad malum exercendum, magnam difficultatem ad bonum efficiendum experior. ex qua re manifestum euadit, neq. legem neq. me, hoc est, mei potiorem partem, intellectum & voluntatem malum efficere in me, sed peccatum illud in me habitās, quod bonum in me impedit ac retardat, & sæpè auertit, malum verò solicitat, & vt fiat vrget & instigat, idq́; est peccatum in me habitans, quod ego nesciebam. vnde fit vt deprehendam legem in me aliunde inductam, ita vt cùm volo facere bonū, malum in promptu sit & adiaceat.* 22 Condelector.] *Agnosco in me duplicem hominem, & vterque ego sum; alterum interiorem, exteriorem alterum, sibi tamen in me ipso mutuò dissentientes: namque interior legem Dei probat, amatq́;, & obseruandum mihi proponit, eamq́; vt laudem atque prædicem suadet; sed cùm ad exercitationem ventum est, inuenio aliam legem in membris meis, in exteriori homine, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, ita vt meliora cùm videam & probem, deteriora tamen sequar.* 24 *Quidnam igitur conditione hominis, qui tantùm homo est, miserum, ærumnosum, & laboriosum magis inueniri potest? quis non cupiat ab hac morte liber esse; nam verè mors hæc est, non modò mortis imago aut vmbra, vt dici solet, sed ipsum mortis corpus, ipsa solida mors in corpore meo viuens ac vigens, à qua cùm liberari cupiam, neque possim ipse, quis me liberabit?*

25 Gratia

*autem MS. c s.q. *Deo c. *Q. R.

25 "Gratia* "Dei' per Iesum
Christum Dominum nostrũ.
Igitur ego ipse mẽte seruio le-
gi Dei: carne autẽ, legi peccati.

Cap. VIII.

A NIhil[1] ergo nunc dam-
nationis est iis qui sunt
in Christo Iesu: qui nõ secun-
dum carnem ambulant*. [2]Lex
enim spiritus vitæ in Christo
Iesu, liberauit me à lege pec-
cati & mortis. [3]Nã quod im-
possibile erat legi, in quo in-
firma-

*sed secundum spiritũ c. at textus noster. Amb. consonat & s.

25 Gratia Dei.] *Apostoli respõsum est cum gratulatione opportuna; cùm enim ille, hominis cui legis conditio adhuc maneret persona inducta, humanæ naturæ laborem maximum illum ostendisset, & laboris euadendi curam cupiditatemq́; commendasset, breui parenthesi atque cõmodissima significauit huius tanti mali medicinam, non naturæ viribus, non studiis aut persuasionibus, non exercitationibus propriis, sed gratia Dei fieri, per Iesum Christum Dominum communicata; vt qui unque membra facti fuerint Iesu Christi de corpore eius, de carne eius, de ossibus eius, atque de spiritu eius, ab hoc humano tam graui malo liberentur, idq́; gratiæ Dei acceptũ referant: potest enim Deus hanc rerum mutationẽ facere, & facturum se pollicitus persæpè fuit, & per Iesum Christum facit vbi vult. Elucidauimus autem Latinam orationem, quam in versione nostra legimus, neque interim de Græcis verbis agendum, sed ad longiores commentationes reseruandum arbitrati sumus.*
Igitur ego ipse.] *Collectio est totius præcedentis disputationis & confessionis ab eo factæ, qui humanæ huius vitæ communem conditionem retinet.*

In cap. VIII. 1 Nihil ergo nunc damnationis] *Nunc verò cùm iam conditionem eorum qui sub lege sunt, ipsius hominis sub lege manentis imagine & oratione proposita, ostenderimus; ad eos redeamus, quibus gratiæ conditio oblata est, & ex diuino dono concessa: quos in has partes præcipuè vocamus tanquam testes, docemusq́; omnes illud verissimum, illam accusationem atque damnationem legis, quæ eos vexabat qui sub lege sunt, otiosam esse, nihilq́; agere aduersus eos qui sunt in Christo, quos Christus ita in se ipso in spiritu & veritate cõplantauit mortis ac resurrectionis suæ virtute, vt non secundum carnem ambulent. ex quibus (inquit Apostolus) ego vnum me esse profiteor ad Dei gloriam prædicandam, nomenq́; & personam illorum suscipiens sic explico: Legem, inquam, spiritus vitæ mihi per Christum cõmunicatæ me liberasse ab illa lege peccati & mortis, cui obnoxius eram cùm sub lege versarer Mosaica, nondumq́; Christum accepissem: id autem quemadmodum effectum sit, breui expositione docebo.*
3 Nam quod impossibile.] *Cùm lex honestum à turpi, æquum ab iniquo, sanctum à prophano distingueret, bonumq́; præciperet, & malum vetaret, tamen id quod intendebat in hominibus, non efficiebat; quippe quæ exterius tantùm monebat, interioremq́; hominem ad cognoscendum probandumq́; bonum excitabat; verùm nullam vim habebat ex natura sua lex, quæ hominem ad sui obseruationem perduceret; infirmabatur enim per carnem hominis, cùm illa esset spiritualis, neque ingrederetur hominem ipsum, sed externè tantùm moneret & iuberet, non superabat aut mutabat carnem aliæ legi, nimirum peccati & mortis, subiectam & obnoxiam. non pertinebat eousque legis virtus vt in carnem ageret, morbumq́; illum atque adeò mortem depelleret. Hoc autem malum Deus ita sustulit, mittens videlicet filium suum, in carne quidem humana, sed non in carne peccatrice, verùm in similitudinem carnis peccatricis, verè hominem factum & habitu inuentum vt hominem, atque hic Filius Dei in carne sua illa purissima,*

rißima, & ab omni peccato aliena, hominum omnium debitum, culpam, reatum, vicem deniq; omnem suscepit, atque ita pro omnibus gustauit mortem, vicem gerēs omnium, infirmitatemq; omnium in se gerens, & de peccato, non suo, sed eo, quod pro nobis factus ipse erat, damnauit peccatum, quod erat in carne eorum quos sibi vt membra adaptauit; atque ita effectum est, vt iustificatio legis, id quod lex postulabat ab hominibus, vt essent iusti & iustificati coram Deo, & non poterat ipsa praestare, impleretur in nobis, in iis, inquam, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

firmabatur per carnem: Deus
filium suum mittens in simi-
litudinem carnis peccati, & de
peccato damnauit peccatum
in carne, 4 vt iustificatio legis
impleretur in nobis, qui non
secundum carnem ambula-
mus, sed secundum spiritum.
5 Qui enim secūdum carnem B
sunt: quae carnis sunt, sapiunt.
qui verò secundum spiritum
sunt: quae sunt spiritus, sen-
tiunt. 6 Nam prudentia carnis,
mors est: prudentia autē spi-
ritus, vita & pax. 7 quoniam
sapientia carnis, a inimica est
Deo: legi enim Dei non b est
subiecta, nec enim potest.
8 Qui autē in carne sunt, Deo
placere non possunt. 9 Vos au-
tem in carne non estis, sed in
spiritu,

a inimicitia est in Deum 3 MS. 5.
b subiicitur 3 MS. 6. 5.

5.8 Qui enim secundum.] *Est autem varia vitae ratio vtrique hominum conditioni, & manifestum discrimen, atque notum iis, qui vtrumque vitae genus experti sunt. Nam qui secundum carnem sunt, ea sapiunt, intelligunt, sentiunt, & moribus tandem referunt quae carnis sunt, contrà verò qui secundum spiritum sunt, ea sapiunt quae spiritum ipsum spectant. Alteri ad mortem sapiunt, alteri vitam & pacem: Gustus enim prudentiaq; carnis mors est, contrà verò spiritus prudentia, vita est, & pax interna, atq. compositio mirabilisq; quies animi, ideoq; id quod carnis prudentiam siue sapientiam vocamus, inimicum est Deo, nō enim subiicitur legi Dei, neque enim potest subiici legi Dei & integrum ipsum manere, cùm ipsum sit mors contrarium & inimicum vitae & paci quam lex Dei hominibus proponit. ergo vbi illa spiritus prudentia sit quae legem Dei obseruat suauissimè, illa prudentia non potest esse quae legi Dei tanquam inimica aduersatur. itaque illi qui in carne existunt, Deo placere non possunt, ita vt Deus dicat, In his mihi placet.*

9 Vos autem non estis.] *Vt igitur ad vos noster redeat sermo quos huius doctrinae ac disputationis testes induxeram, aio vos non esse in carne, sed in spiritu hoc de quo disserimus, atque ideò non manere sub lege, quamobrem neq. electuros peccandi conditionem, quoniam non est huiusmodi prudentia spiritus. hoc dico de iis in quibus Spiritus Dei inhabitat, qui idē Christi Spiritus est. Nam si quis Christi Spiritum non habet, hic non est eius ad eam rationem quam modò describimus. Vt verò illud examen semel indicem, quo agnoscere quis possit, num Christum in se habeat, sic habetote: Si Christus in vobis est, corpus quidem id in quo viuebat, regnabat, vigebatq; peccatum, mortuum est propter peccatum iam extinctum & mortuum; spiritus verò viuit in ipso propter iustificationem Dei gratia acceptam, vti dicebamus. Atque quod ad hominē interiorē, quodq; ad spiritū carnemq; ipsam, quae prius inimica Deo legi repugnabat, demq; quod ad ea quae peccatū, gratiā, & iustitiā pertinet, haec magna doctrina breuis est summa.*

11 Quod

spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autẽ Spiritum Christi non habet: hic nõ est eius. 10 Si autẽ Christus in vobis est: corpus quidẽ mortuum est propter peccatum, spiritus verò "viuit" propter iustificationem". 11 Quòd si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritũ eius in vobis. 12 Ergo fratres debitores sumus: non carni, vt secundum carnem viuamus. 13 Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis: viuetis. 14 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt

"vita 1 MS. Amb. G. S.
"iustitiam 1 MS. G. S.

C

11 Quòd si Spiritus eius.] *Quod verò ad externas vexationes atq. ad incõmoda spectat, quæ vel tempore, vel sæculo, vel improborũ hominum opera afferuntur etiam sanctis, atque iis, qui Christum in se habent, demum quod ad mortem ipsam corpoream, quæ communis est omnibus hominibus, attinet; cuius etiam rationis causa longa hæc disputatio instituta est, sic etiam constituimus & censemus; eum, qui maxima dona propter benignitatem suam donauit, ea etiam donaturum, imò donanda iam constituisse, quæ minora sunt; maximè cùm eadem vnaq; ratione, quibus & maxima illa sunt expedita, minora etiam hæc sint inclusa, opportunè singulis pro commoditate vsus tribuenda. Namque dum ille excitauit Iesum à mortuis, & ipsum Iesum à morte corporea ab omnibusq; laboribus, denique ab infirmitate illa quam ante mortem in illo esse voluerat, vendicauit. igitur cui ille ipsum hunc Filium dedit possidendum, & omnia communicauit quæ ipsi filio propria esse voluit, vtenda tamen cùm res ratioq; ex sapientia sua consilio postulabit, partim in hoc sæculo, & omnibus in futuro. Itaque si spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis, ille ipse qui suscitauit Christum à mortuis, idem & corpora vestra, quæ nunc mortalia sunt & manent adhuc, demum viuificabit, vt sicut spiritus vester viuit ex virtute Christi, sic & corpus vestrum viuat ex virtute etiam eiusdem Christi, qui & resurrexit, & iam non moritur, nec mors illi vltrà dominatur.*

12 Ergo fratres.] *Vt autem huius disputationis finem faciamus, in qua hactenus inquirebamus, an propterea quòd sub lege non simus, peccare nobis integrum consentaneumq; esset; concludimus nostram operam ei cuius sumus vt impendamus consentaneum esse, nos debitores sumus Deo Spirituique Christi in nobis habitanti ad vitam, non carni. ergo si secundum carnem vixeritis, moriemini: id quod omnino abhorret à conditione & lege spiritus vitæ. sin verò spiritu in vobis habitante facta carnis, hoc est, exercitationes corporis illius antea viuentis mortificaueritis, viuetis, vitamq; vobis à Deo donatam tuebimini, eritisq; non filij hominum, aut Adæ veteris, sed filij Dei, cui debitores estis huius gratiæ ac doni: quicunque enim aguntur Spiritu Dei, hi filij Dei sunt. ergo vos qui filij Dei estis, Spiritu Dei actos ab omni illa carnis seruitute liberos atque alienos immunesq; esse oportet. verus enim est ille Spiritus Dei, atque efficacissimus in iis quos inhabitat, quos virtute & aptitudine præstantes efficit, valdéque mutatos ab ea quæ sub lege obtinebatur conditione.*

sunt filij Dei. 15 Non enim ac- 2 Tim. 1. 7.
cepistis spiritum seruitutis ite-
rum in timore: sed accepistis Gala. 4. 5.
spiritum adoptionis filiorum,
in quo clamamus: Abba, (Pa-
ter.) 16 Ipse ⁻enim' Spiritus, te- ⁻I MS. Amb. e. a.
stimonium reddit spiritui no-
stro quòd sumus filij Dei. 17 Si
autem filij: & hæredes, hære-
des quidem Dei: cohæredes
autem Christi: si tamen com-
patimur, vt & conglorifice-
mur. 18 Existimo enim quòd D
non sunt condignæ passiones
huius temporis, ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in
nobis. 19 Nam expectatio crea-
turæ, reuelationem filiorum
Dei expectat. 20 Vanitati enim
creatura subiecta est, non vo-
lens, sed propter eum qui sub-
iecit ⁻eam' "in spe": 21 quia & ⁻I MS c. "in spem MS. 6.
ipsa creatura liberabitur à ser-
uitute corruptionis, in liber-
tatem

15 Non enim accepistis.] *Nam cùm lex lata est, spiritus quidam timoris populum inuasit eum cui lex dabatur, sed hic spiritus quem vos accepistis, non est alter illi similis, aut ille ipse denuò vobis datus, sed alius spiritus: Spiritus, inquam, sanctus, quo adoptati estis in filios; quem qui habemus, clamamus* Abba Pater: *quacunque lingua Deum alloquamur, Patrem inuocamus nostrum, nec solùm inuocamus, sed adoptionis possessione publicè clamamus. Neq; verò clamor hic vel ex arrogantia, vel ex temeraria aliqua persuasione, vel ex præsumpta imputatione proficiscitur, sed ex vero & probato testimonio; ipse enim Spiritus sanctus reuelatione, vti dici solet, interna spiritui nostro testimonium reddit quòd sumus filij Dei. constante autem testimonio huiusmodi, filij Dei sumus: Si filij, hæredes eiusdem cuius filij, nempe Dei, & cohæredes eius per quem adoptati sumus: Christi videlicet, qui nos in se suscipiens, fratres sibi esse voluit, atque ita appellauit, & tãquam membra sui corporis, hæreditatis participes & gloriæ suæ nos efficere constituit, idq; præstabit etiam; hoc est, gloriæ quam nunc obtinet & possidet communionem. si tamen id quod nobis afflictionum pro nomine illius instat, constanter, vt fratres & membra decet, feramus. & vt ille passus est multa, atque ita intrauit in gloriam suam, nos etiam pro nostra portione compatimur vt conglorificemur. maximè verò cùm id quod hoc tempore vexationum, afflictionum, atque incommodorum inferri potest, quidquid id quantumq; sit, tamen ad magnitudinem eius gloriæ, quæ explicanda reuelandaq; est in nobis, relatum omnino leuissimum & breuissimum cognoscetur, neque comparatione existimabitur dignum.* 19 Exspectatio creaturæ.] *illud quidem manifestum est, creaturam hanc, hoc est, nos qui creati & formati sumus à Deo, anxiè obseruare & exspectare vt reueletur & manifestetur illa singularis prouidentia, qua Deus erga filios suos fouendos, custodiendos, & honore afficiẽdos vtitur: maximè cùm ipsa creatura, quãdiu in mundo hoc viuit, vanitati, corruptioni, & incõmodis huius vitæ subiecta sit, non quòd ipsa vltrò incõmoda huiusmodi optet, velit & subeat: cùm propter cognitionẽ boni & mali, qua prædita est, optarit potius à malo omni atque adeò à corruptione libera immunisq; esse, sed tamen subiicitur propter eum qui subiecit eã, spe tamen facta, quòd & ipsa creatura liberabitur ab huiusmodi corruptionis seruitute & asseretur etiã tandẽ in eã libertatẽ, quæ filiis Dei diuino cõsilio decreta est.*

22 Scimus

tatem gloriæ filiorum Dei.
22 Scimus enim quòd omnis
creatura ingemiſcit, & partu-
rit vſque adhuc. 23 Non ſolùm
autem illa, ſed & nos ipſi pri-
mitias ſpiritus habẽtes, & ipſi
intra nos gemimus, adoptio-
-5 MS. Amb. O.S. nem filiorum Dei expectan-
tes, redemptionem corporis
E noſtri. 24 Spe enim ſalui facti
ſumus. Spes autem quæ vide-
tur, non eſt ſpes. nã quod videt
quis: quid ſperat? 25 Si autem
quod nõ videmus, ſperamus:
per patiẽtiã expectamus. 26 Si-
militer autẽ & Spiritus adiu-
uat infirmitatem noſtrã. nam
quid oremus ſicut oportet ne-
ſcimus: ſed ipſe Spiritus po-
ſtulat

22 Scimus enim quòd omnis creatura.] *Atq; illud quidem cõmune eſt hominibus omnibus (creaturæ nomine homines hoc loco ſignificat Paulus tritiſſimo ſui temporis ac familiari apud Hebræos ſermone) Omnibus, inquit, hominibus communis gemitus & cõmunis exſpectatio & cupiditas hæc eſt, corruptionis vel declinandæ, vel euadẽdæ, vel iam ſuperãdæ. idq; hactenus commune fuit omnibus; neq; verò de communi ſtatu & conditione hominum loquor, ſed & nos, qui nunc primi ſpiritũ illum antea promiſſum habemus ex dono Dei, & nos etiam quoniam nondũ ſumus immunes ab his externis incommodis corporis noſtri, in quibus etiam exercemur, nos ipſi intra nos ingemiſcimus atq; exſpectamus illam plenam filiorũ Dei adoptionem ſiue exhibitionem, vt ſicut ſpiritu & animo incorruptionem ex Deo accepimus, ita corpus redimatur noſtrũ à laboribus & incommodis illis corruptionis: hoc eſt nobis commune cum omni creatura, vt cupiamus hanc liberationem: ſed illud ſingulare & præſtantiſſimum habemus, hoc eſt, firmam ſpem nos fore liberandos, atq; hac ſpe id quod futurũ exſpectamus quaſi præteritũ ducimus, ſicuti huiuſmodi ſpe firma inſiſtentes exſpectauimus ſalutẽ hanc internam, quam ex Dei gratia obtinemus. hæc autem ſpes quanquam nondum videat quod deſiderat, tamen acceptum ſibi ipſa conſtantiſſimè exiſtimat; ſi enim non eſſet ſpes, nõ eſſet exſpectatio, atq; ex conſequenti neque tolerantia neque probatio; ſpes enim quæ videtur, nõ eſt ſpes; nam quod quis videt quid & ſperat? itaq; nos id ſperamus quod non videmus, atq; hac animati & fulti ſpe permanentes & patiẽtes, atq; omninò Dei erga nos cura innixi exſpectamus. atq; hæc ſpes vna ex ex præcipuis rebus eſt, quibus ij qui filij Dei ſumus, primitiasq; ſpiritus accepimus, in laborib. atq; ærumnis incõmodiſq; iuuamur & fouemur.* 26 Similiter autẽ & ſpiritus.] *Eſt & aliud maximũ infirmitatis noſtræ fulcimen, quòd Spiritus ipſe ſanctus, qui in nobis inhabitat, ita ſuſcipit agitq; partes noſtras, vt etiã id quod ingemiſcimus, ingemiſcat pro nobis, & oret atq; deprecetur vna nobiſcum, verũ cõmodius & efficacius: namq; ipſe, vt ſumma ſapientia eſt, nouit quid, quãdo, quatenus & quẽadmodum orandũ ſit: nos enim, niſi ab illo doceamur, quid oremus ſicut oportet neſcimus; ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. & hæc poſtulatio efficaciſſima eſt, vtpote ſapiẽtiſſima & oportuniſſima, ideoq; Deo gratiſſima: Deus enim hominum omnium corda ſcrutatur; qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid & quã prudenter poſtulet ſpiritus: quia ſecundum Deum interpellat & poſtulat, idq; pro ſanctis & Deo ipſi charis. habemus igitur ſpem, qua fulcimur; habemus interpellationẽ ſpiritus, admirãda adiumẽta. ſed & illud præterea etiã efficaciſſimum eſt nobis adiumentũ & hortamentũ, quod ex ſacrorum librorum diſciplina edocti ſcimus.*

28 Scimus autẽ.] *Videlicet quòd diligenti-*
bus Deum omnia cooperantur in bonum, ipso-
rum omnia opem studiumq́; suum illis cõmu-
nicant, tam Angeli quàm sancti illi qui in su-
periori Ierusalem sunt, atque etiam qui in ter-
rena militante Ecclesia versantur: omnes suis
precibus, studiis, officiis, meritis ac sacrificiis co-
operantur, inquam, in bonum omnibus diligen-
tibus Deum. S.S.E. Particeps ego sum omniũ
timentium te, & custodientium mandata tua.
hæc participatio pertinet ad omnes diligentes
Deum, efficacissimè etiã pertinebit ad eos, quos
Deus hoc tempore ad sanctitatem vocare, &
sanctos efficere proposuit, & vocauit, & effecit.
Nam quos præsciuit & prædestinauit ac præ-
finiuit conformes fieri imagini filij sui, hoc
est, vt ille esset primogenitus in multis fratri-
bus, & illi essent ipsius fratres in spiritu & ve-
ritate. quos autem ad hanc conformita-
tem præfiniuit ac prædestinauit, hos & vo-
cauit per Euangelium filij sui; & quos voca-
uit, hos credentes & obedientes sibi etiam, vt
pollicitus fuerat, iustificauit, sanctosq́; effecit
iustitiæ suæ communicatione; quos autem iusti-
ficauit, illos etiam gloriosos effecit, & sanctos
dici voluit, & haberi, atque sanctitatis nomine
magnificari, id quod nemo poterit illis vel de-
trahere, vel arrogantiæ vel superbiæ adscribere,
quippe qui non sibi, sed Deo acceptam referant
hanc glorificationem. Quid ergo dicemus ad
hæc? Si Deus ipse, qui glorificare in hunc mo-
dum voluit nos, tuetur glorificationẽ nostram;
quis illam improbabit: si ipse suscipit curam
electorum, sanctorumq́; suorũ, sibiq́; dilectorũ,
quis illos perdere poterit? oues ipsius nemo ra-
piet ex illius manibus. Si Deus pro nobis, quis
32 *contra nos? qui proprio filio non pepercit,*
33 *sed pro nobis omnibus tradidit illum, quam*
34 *rem nobis necessariam subducet? quomodo*
non omnia cum illo gratis donabit? quod ad
sanctitatem & gloriam attinet, quis accusabit aduersus electos Dei? Deus est qui illos iustificat,
quis est qui condemnet? pro illis Christus mortuus est, imò etiam pro ipsis resurrexit; ergo qui
mortem & resurrectionem suam illis communicauit, vtrumque efficacissimè, nunc cùm est in
dextera Dei, & etiam interpellat pro nobis, quid non efficiet? Hactenus ostẽdimus quæ qualiaq́;
sint

stulat pro nobis gemitibus in-
enarrabilibus. 27 Qui autem
scrutatur corda: scit quid desi-
deret Spiritus: quia secundum
Deum postulat pro sanctis.
28 Scimus autem quoniã dili-
gentibus Deũ, omnia coope-
rantur in bonum, iis qui secũ-
dum propositum vocati sunt
ˉsanctiˊ. 29 Nam quos præsci-
uit: & prædestinauit confor-
mes fieri imaginis Filij sui: vt
ipse sit primogenitus in mul-
tis fratribus. 30 Quos autẽ præ-
destinauit: hos & vocauit. &
quos vocauit: hos & iustifica-
uit. quos autem iustificauit: il-
los & "glorificauit'. 31 Quid er-
go dicemus ad hæc? si Deus
pro nobis, quis contra nos?
32 Qui etiam proprio filio *nõ
pepercit, sed pro nobis omni-
bus tradidit illum: quomodo
nõ etiam cum illo omnia no-
bis "donauit'?" 33 Quis accusa-
bit aduersus electos Dei? Deus
qui iustificat. 34 Quis est qui
cõdemnet? Christus Iesus qui
mor-

ˉs e. s.

F

"magnificauit 19 MS. Amb.

*suo MS q.

"donabit e. s. 'Q. n.

sint rerum & adiumentorum authoritatumq́ præsidia, quibus sancti, tum ad sanctitatem obtinendam & tuendam, tum ad mundi vexationes & corporis incommoda ferenda vtuntur. Nunc verò ostendamus, qua mente, quoque animo & consilio ipsi sint ad ferenda incommoda omnia pro nomine Christi, hoc est, quemadmodum ipsi studio affectúq́ suo his Dei beneficiis respondeãt, atque tot præsidiis vtantur, quemadmodum suas partes suscipiant ad hanc incommodorum omnium palæstram subeundam.

mortuus est, imò qui & resur-
& 1 MS. Amb. G. S. rexit, qui est ad dexteram Dei,
qui etiam interpellat pro no-
-3 MS. Amb. G S. bis. [35] Quis ergo nos separa-
bit à charitate Christi? tribu-
latio? an angustia? an fames?
an nuditas? an periculum? an
G persecutio? an gladius? [36] (sicut
Psal. 43, 23. scriptum est: Quia propter te
mortificamur tota die: æsti-
mati sumus sicut oues occi-
sionis.) [37] Sed in his omnibus
*per Aug. G. S. Q. N. superamus "propter' eum qui
dilexit nos. [38] Certus sum e-
nim quia neque mors, neq. vi-
ta, neque angeli, neq. princi-
patus, neque virtutes, neq. in-
-1 MS. Amb. G. S. Q. N. stantia, neque futura, "neque
fortitudo', [39] neq. altitudo, ne-
que profundum, neque crea-
tura alia poterit nos separa-
re à charitate Dei, quæ est in
Christo Iesu Domino nostro.

35 Quis nos separabit.] *Affirmo igitur, eos erga Christum, cuius charitatem experti sunt, tanto amore ardere, vtpote Spiritu sancto & igni baptizatos, vt nullis vnquam incommodis diuelli se ab illo patiantur: nõ tribulatione, non angustia, & cæteris omnibus, sed neque gladio: namque hoc illis cum primis persuasum est, atque non solùm persuasum, sed exemplis ac prædictionibus in sacra lectione præmonstratum, magnam assiduamq́ carnificinam & crudelem exerceri solere in eos, qui nomen sanctum Dei prædicant, veram & solidam pietatis doctrinam profitentur & commendant; sed in his omnibus propositũ nostrũ vrgentes superamus, ita vt ab eo qui nos diligit minimè diuellamur.*

38. 39 Certus sum enim.] *Demum illud mihi constat, nullam tantam esse vel vim vel potentiam, vel authoritatem, nullam vel timoris vel cupiditatis materiam & conditionem adeò præstantem, quæ nos dimouere possit ab ea charitate, quæ est nobis erga Deum in Christo Iesu Domino nostro, cuius magnitudinem nemo, nisi qui Christum habet, nouit.*

CAP. IX.

A VEritatem [1] dico in Chri-
Iesu MS. Amb. sto, non mentior, testi-
monium mihi perhibente cõ-
scientia

IN CAP. IX.

1 Veritatem dico.] *Cùm Iudæis oppidò inuisum sit hoc nomen sanctitatis, sanctificationis, & iustificationis Dei, quam in his qui Christi sunt asseruimus, siue illi ex circuncisione, siue ex præputio fuerint, magna etiam creuit inuidia aduersum nos, huius maximi diuini doni prædicatores ac testes; quasi nostro vel studio vel consilio, vel etiam negotio efficiatur, vt illi, qui tot annos in lege laborarunt, excludantur ex regno Dei, & hi admitti atque recipi dicantur, qui Deum antea non coluerunt, sed neque rectè quidem cognouerunt. & me inprimis exosum habent, quem istorum, hoc est, Gẽtium Apostolum esse & vocari intelligunt. perinde quasi*

quasi id curem & moliar, vt, illis Dei populi nomine, iure dignitateq́; abdicatis, Gentilis populus sufficiatur, meq́; in hac re omnino occupem tanquam euersor & dissipator antiquæ illius dignitatis, quam hi hactenus sibi adscripsere solis, atque vt vnum primum præcipuum huius noui nominis Christianorum assertorem & authorem damnant & insectantur. qui tamen valde his omnibus iudiciis & opinionibus errant, tum de sua re, vt paulò pòst docebo, tum de animi mei aduersus illos odio & abalienatione: nam, vt ab hoc primùm incipiam, veritatem dico in Christo, quem vt Apostolatus mei authorem prædico, ita iudicem studij mei appello, testemq́; cito conscientiam meam, quæ officium hoc mihi excoli oportere apertè indicat, præcipuè in Spiritu sancto, cuius iudicio atque consilio, non mea aliqua priuata ratione, agor.

scientia mea in Spiritu sancto.
2 quoniā tristitia mihi magna
est & continuus dolor cordi
meo. 3 Optabam enim ego ip-
se anáthema esse à Christo pro
fratribus meis, qui sunt co-
gnati mei secundum carnem,
4 qui sunt Israëlitæ, quorū ad-
optio est filiorum, & gloria, &
"testamentum", & legislatio, &
obsequiū, & promissa, 5 quo-
rum patres, & ex quibus est
Christus secundùm carnem,
qui est super omnia Deus be-
nedictus in sæcula. Amē. 6 Nō
autē quòd exciderit verbum
Dei.

Act. 9. 2. 1 Cor. 15. 9.

" testamenta 3 MS. Amb. c. 8.

B

2 Quoniam tristitia.] *Huius expositionis, studij, animi, officiiq́; mei illa summa est; me vehementi dolore affici propter Iudæorum casum, vsque adeò vt ex vehementi amore & charitate aduersus eos, atq́; ex dolore quem ex illorū ruina percipio, si mihi daretur optio (quid amplius dicere possum, vt studiū meum explicem) optarem anathema esse ipse à Christo pro fratribus meis, qui cæteros omnes fratres meos & necessitate erga me, & dignitate sua anteeunt: sunt enim cognati mei secundū carnem: sunt præterea Israëlitæ, ad quos pertinebat adoptio, quorum gloria illa erat cognitionis Dei, & separationis in populum peculiarem, fœdus cum ipsis erat sancitum, legis vsus iisdem primùm tributus, sacrorum ratio illis tradita, promissa credita & explicata.*

6 Non quòd exciderit.] *Iam verò, vt rem ipsam agamus. queruntur Iudæi se esse eiectos, idq́; à nobis affirmari aiunt, & Gētiles in ipsorum locum esse suffectos. hoc autem fieri posse negant, nisi verbum Dei excidat, qui pollicitus est regnū Israëlitis filiis, inquā, Israël & Abrahæ semini. hoc primùm inficiamur, Dei verbum excidisse, imò affirmamus semper constitisse & constare, ipsos verò non sibi constare: Namque hoc regnum ex promissione dandum erat, non ex natura carnali, neq́; ex voluntate viri, sed ex Dei promittentis consilio & voluntate. promissio à Deo profecta fidē exigit ab hominibus; qui promissioni fidē nō habēt, ipsi cedūt ac desunt promissis sibiq́; ipsis desunt. deinde admitto filiis Israëlis factū esse promissum; sed nō omnes qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ, neq́; quia sunt semen Abrahæ, omnes filij; sed hi propriè ad hanc hæreditatis rationē appellantur filij, qui ad Isaac pertinēt. S.S. E. (ex duobus qui sunt nati ex te, atq́; ex iis qui nasci possunt) In Isaac vocabitur tibi semē, id est, nō quia filij carnis sunt, ideò protinus æstimātur in semine illo cui hæreditas decreta erat, sed filij qui ex promissione suscepti sunt, promittente Deo, & fidē habēte promissis Abrahamo, atqui vnus tantū filius cōtigit Abrahamo per promissionē, videlicet ille qui ex Sara sterile susceptus est: namq́; hoc promissionis verbū est, Secūdùm hoc tēpus veniam, &c. itaq́; non ex sanguinibus nascuntur filij qui hæredes æstimantur ac definiuntur à Deo.*

10 Non

Dei.Non enim omnes qui ex
Israël,ij sunt Israëlitæ: 7 neque
ᵃquia 15 MS. n. Amb c.s. "qui semen sunt Abrahę,om-
Gen.21,12. nes filij:sed in Isaac vocabitur
tibi semen: 8 id est,non qui filij
carnis, hi filij Dei: sed qui fi
Galat.4,28. lij sunt promissionis,ęstiman-
C tur in semine. 9 Promissionis
Gen.18,10. enim verbum hoc est, Secun-
dùm hoc tempus veniam: &
erit Saræ filius. 10 Non solùm
ᵃ2 MS. G. ᵃilli 4 MS. autē ᵃ"illa': sed & Rebecca ex
ᵃhic 5. Gen.25,2. vno"concubitu'habens, Isaac
ᵃconcubitū G.s. "patris

10 Non solùm autem.] *Aiunt verò Iudæi se legem acceptasse, habuisse, & in ea laborasse custodienda, ideoq́; deberi ipsis hæreditatem regni vt filiis Abrahæ & Israëlis, atque etiam in lege Dei exercitatis; Gentibus autem non esse causam hæreditatis ineundæ, vtpote qui neque ex Israël orti sunt, neque legem obseruarunt, sed neque voluerunt quidem. iam diximus hæreditatem non deberi natis secundum carnem, sed concedi natis secundum promissionem; addimus autem in hac promissione non haberi rationem voluntatis aut operationis humanæ, sed propositi voluntatis & misericordiæ benignitatisq́; Dei, neque Deū alligari in donis à se vltrò oblatis & promissis alicui, vel sanguini vel operi à se non declarato, sed antequam exemplū aliquod exstiterit actionis alicuius humanæ, ipsum vltrò proposuisse dare regnum iis quos ipse voluerit, & non omnibus volentibus hæreditatē, vel festinantibus ad illam occupandam. quos verò ipse voluerit & proposuerit, iam diximus filios esse promissionis, quos etiam postea definiemus. hoc autem quod docuimus, ex altero etiam hæreditatis promissæ exemplo ostendemus. Cùm Rebecca mater nostra ex vno concubitu Isaac patris nostri grauida, oraculum peteret antequā gemelli illi nati essent, aut boni vel mali quicquam egissent, vt propositum Dei maneret, qui elegit eos vocare ad hæreditatem, quibus ipse benignus promitteret hæreditatem, illa responsum accepit, in quo nihil de operibus filiorum, sed de voluntate vocantis est apertè declaratum, Maior seruiet minori. atque ad hoc facit quod cùm hæreditatem illam terrenam, quæ Israëlitis contigit in terra promissa (quæ figuram obtinuit & vmbram quandam hæreditatis cælestis) significaret Deus, dixit per Prophetā, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Ergo quid dicere possumus cùm hæc ita sese habeāt, possumus dicere iniquitatem esse apud Deum, qui vel iis quibus pollicitus fuerit, non præstet promissa, vel iis non præstet quibus debebantur, vt Iudæi sibi deberi dicunt propter legis possessionem & obseruantiam? absit omnino vt hoc dicamus: namque ex exemplis adductis redarguitur huiusmodi sententia. quòd si exemplis non contenti, velimus ipsius Dei declarationem audire, qui dicat se suum propositum obtinere & confirmare velle, non esse addictum alicui vel homini, vel rei, Moysi dicit: Miserebor cui miserebor, & misericordiam præstabo cui miserebor. igitur hæreditas non volentis est, neque currentis, & præoccupare conati, vt Esau faciebat, sed miserentis Dei, atque vltrò hunc vel hūc vocare proponentis, propositumq́; suum declarantis promissione quæ non mutatur neq. excidit. Et quoniam de origine primaria hæreditatis iam egimus, eamq́; declarauimus esse propositum Dei volentis hanc misericordiam & liberalitatē exercere erga eos quibus ipse promiserit; ostendemus etiam nunc eum non posse cogi vel impediri quominus id faciat & explicet quod proposuit, cùm ipse explicare voluerit, nullamq́; esse potentiam quæ ipsius virtuti resistere possit, cùm velit misericordiam præstare cui proposuerit, imò eos omnino grauissimis pœnarum exemplis puniat, qui suo proposito aduersari conentur. Nam cùm populum illum, cui misericordiam præstare iamiam parabat, Pharao aduersus Dei consilium impedire & opprimere tanto molimine*

conaretur, illud quod nobis scriptura refertur, ex Deo audit, In hoc ipsum excitaui te, vt ostẽdã in te virtutem meam. hac significatione: Si dimiseris populum, vt ego postulo à te, ostẽdam virtutem meam in te, qui edoctus voluntatem meam, nulla ratione habita commodorum tuorum, populum dimiseris, cui ego misericordiam præstare constitui; sin verò non dimittere, sed vexare & retinere studueris, quo magis hoc fueris molitus, hoc grauius punieris: indurabo enim te, vt pugnantia peruersitasq; tua magis innotescat mundo, atque materiem & opportunitatem tu ipse pares, qua virtus mea & manus valida in mundo cognoscatur, & nomen meum annuntietur in vniuersa terra. Atque ita factum est, vt neque Pharao potuerit virtuti Dei obsistere, quominus educeretur populus; neque indurationem effugere, quominus ipse vltrò sese in mare conijceret cum exercitu suo, irati Dei potentiam, validissimamq; dexteram expertus: ex quo sequitur, Deum misereri cuius voluerit, & indurare quem voluerit. neque agimus hic de ratione siue causis misericordiæ & indurationis, verùm de potentia virtuteq; Dei ad faciendum & explicandum plenissimè id quod velit, in vtramlibet partem velit. ex quibus omnibus argumentis illud consequitur, posse Deum vocare quos velit ad hæreditatem, & repugnantes atque obsistentes voluntati suæ indurare; id quod hac ætate euenit, qua Gentes ad hæreditatem vocantur & admittuntur, Iudæi verò reiiciuntur & indurantur.

ᵃpatris nostriʼ. [11]Cùm enim nondum nati fuissent, aut ali- ᵃpatre nostro 5 M 2. G. 5.
quid boni egissent aut mali (vt secundum electionem propo-
situm Dei maneret) [12]nõ ex operibus, sed ex vocante dictum
est ei: Quia maior seruiet minori, [13]sicut scriptum est: Iacob Gen. 25, 23.
dilexi, Esau autem odio habui. [14]Quid ergo dicemus? nun- Mal 1, 2. 3.
quid iniquitas apud Deũ? Ab-
sit. [15]Moysi enim dicit, Mise- Exod. 33, 19.
rebor cuius misereor: & mise- D
ricordiã præstabo ᵃcui ᵇmise- ᵃcuius mis. ᵇmisereor G.
reborʼ. [16]Igitur non volentis,
neque currentis, sed miserẽtis
est Dei. [17]Dicit enim scriptura
Pharaoni: Quia in hoc ipsum Exod 9, 16.
excitaui te, vt ostendam in te
virtutem meam: & vt annun-
tietur nomẽ meum in vniuer-
sa terra. [18]Ergo cuius vult mi-
seretur: & quem vult indurat.
[19]ᵃDicisʼ itaq. mihi: Quid ad- ᵃDicis R. G. 5
huc queritur? voluntati enim
eius

19 Dicis itaque mihi.] *Quòd si Iudæus quispiam dicat, Deum immeritò conqueri de Iudæis, eosq; accusare quòd non inirent in hæreditatem, quandoquidem ille ita voluerit, & neminem posse resistere voluntati illius: cùm igitur ipse reiecerit Iudæos, ad voluntatẽ ipsius esse reducendam disputationem, cùm homines non possint impedire voluntatem Dei, & illorũ actiones proficiscantur ex voluntate ipsius: superesse tamen alteram quæstionem maiorem, Cur ita voluerit, curnam voluerit & proposuerit Gentes admittere, & Iudæos reiicere, quòd si ille ideò reiecerit, quòd sic voluerit, quid adhuc queritur, quid causatur Iudæos, eosq; reprehendit; nam si ille nollet, illi non reiicerẽtur. Si voluit, quid queritur, cur reprehenduntur Iudæi huius abdicationis, quarum abdicatio ad voluntatem illius est referenda. itaque videtur hæc responsio Iudæo alicui arguenti superesse, quam sic planè refellimus: Tu dicis: Quid nam arguit & causatur Deus, si ille ita voluit: videndum*

dendum est cur ita voluerit, nam de cæteris nihil est quod arguat, si de potentia agitur. Primùm tibi respondeo, ô homo, tibi nullum esse ius respondendi Deo, neque fas esse, vt in ratione donorum & misericordiæ de voluntatis illius causa disputes, quam illi, eo ipso quòd Deus & author bonorum est, liberam, integram, sanctamq; constare, imò ab omnibus obseruatam & adoratam oportet. ex similitudine autem à Propheta aliquando descripta hanc sententiam confirmabo, Nunquid potest figmentum aliquod interrogare & arguere figulum, cur me fecisti sic? quippe figulus, eo ipso quòd artem figulinam probè tenet, & nihil facit casu aut temerè, sed sciens & volens, potest facere vas hoc & forma & vsu decorum, atque in honorem propter artis elegantiã & propter vtilitatem, quæ ex vase capitur, ita vt omnes qui vas viderint ex creta cõfectum, & conspectu delectentur, & artificis ingenium summè commendent, qui ex tenui & vili massa pulchrum vas effecerit, cuius æstimatio ex arte ipsa & voluntate figuli constet; aliud verò vas, in quo nolit ostendere artis elegantiam, facere quidem ad vsum possit, sed vt nihil egregiæ æstimationis aut commendationis habeat. Atque hoc est, quod de potentia & voluntate Dei verè dicere possumus. Primùm, illum esse præstantissimum ad id faciendum quòd voluerit: Deinde, voluntatis illius causam à nemine homine iure posse in disputationem vocari. igitur quod voluerit misericordia & mera liberalitate vti erga agentes, imò erga omnes eos, qui promissis fidem haberent suis, nec fas est vt ab homine quopiam compellatur ad reddendam rationem, misericordiæ enim definitioni hoc aduersatur; voluit facere misericordiam iis qui promissis crederent suis, & obedirent in eam formam doctrinæ, quam ipse proponeret; iis qui non crederent, noluit hanc misericordiam facere, si permanerent in incredulitate hac. Quid stultius quàm respõdere Deo, cur voluit misericordia vti aduersus eos qui crederent, & eos ornare, & facere ex illis vasa in honorem; & rursus ex eadem massa hominum eos qui non crederent, repellere à misericordiæ communione. Itaque de potentia & voluntate Dei non est audacter arguendum, sed illius misericordia summa admiratione & obseruatione, summaq; gratulatione est excipiẽda, quam exercere & ostendere voluit in iis qui credunt promissis, & obediunt ipsius voluntati.

E cius quis resistit? 20 O homo,
tu quis es qui respõdeas Deo?
Esaie 45,9. Iere. 18,6. Sap. 15,7. Nunquid dicit figmentum ei
qui se finxit: Quid me fecisti
sic? 21 An nõ habet potestatem
figulus luti, ex eadẽ massa fa-
cere aliud quidem vas in ho-
norem: aliud verò in contu-
meliam? 22 Quòd si Deus vo-
lens ostendere iram, & notam
facere potentiam suam, susti-
nuit in multa patientia, vasa
*aptata MS. R. Amb. G.S. iræ *apta in interitum, 23 vt
ostenderet diuitias gloriæ suæ
in

22 Quòd si Deus volens.] *Quid verò si ostendamus & probemus illam Dei admirabilem misericordiam non defuisse iis etiam qui illius promissis non crediderunt, sed propositam etiam atque liberalissimè fuisse oblatã, illorum tamen culpa repulsam & abiectam. hæc enim benignitas Dei est, vt nolit aliquem perire, sed patienter agat atque diu exspectet, vt homines ad pœnitentiam conuersos benignissima illa miseratione excipiat & sanet. plenæ sunt sacræ chartæ huius rei testimoniis apertissimis, atque illud exemplum ad hanc rem opportunissimè recoli potest, quod nos paulò ante proponebamus, de Pharaone, Pharaonisq; aula, consiliariis, & domo omni, cui, post multa aduersus Dei consilium & propositum tentata & magno molimine peruoluta, merenti iam iudicium & supplicium diuinum, tamen monitionis, admonitionisq; causa dictum est: In hoc ipsum exci-*

 tati

taui te vt ostendam in te virtutem meam, &c. & tamen illis peruersum illud propositum obsistendi consiliis Dei non fuit depositum, sed nouis excogitatis impedimentis & machinis, commentisque immanibus promoueri curabatur, irato interim Deo & ferente illud magnanimitate & tolerantia admirabili, & quotidie frequentius suas erga illos admonitiones clementissimè repetēte. Igitur si Deus vasa illa iræ, quibus frequētissimè fuerat ad iram prouocatus, & ad vltionem irritatus, quæ vel primo vel secundo, nedum compluribus aliis criminibus, apta iam fuerāt in interitum, tum etiam cùm iram suam ostendere, & potentiam notam facere vellet, tamen diutius in multa patientia sustinuit, adeò misericordiæ suæ exercitatione delectatur. Et nunc ergo vt magna misericordia vsus fuerit erga omnes tam Iudæos quàm Gentes consentaneum omnino est: nunc, inquam, cùm tempus aduenisset, vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. id quod apertissimè ipse ostendit ac declarauit, se velle & parare misericordiæ dona maxima impertiri omnibus iis qui crederent promissis suis, nulla personarum siue nationum ratione habita; declarauit, inquam, vocatione ipsa; nam vocauit nos non solùm ex Iudæis, quibus promissum fuerat antea factum & expositum, sed etiam ex Gentibus, de quarum vocatione suum consilium olim nobis etiam patefecerat, sicut & in Osee dicit. itaque illa vocatio non est noui ac repentini, sed æterni & antiquitus expositi consilij.

27 Isaias autem.] *Quòd verò vocandus esset Israël etiam, sed non omnis ad salutis hæreditatem admittēdus, neque illi deberetur hæreditas ex sola carnis cognatione, sed ex obedientia erga electionem Dei volentis eos tantùm, qui promissis crederent, & Euangelio obedirent, ad huius salutis communionem admittere, hoc clamat Isaias; clamat, inquam, ne sibi non apertè prædictum Israëlitæ causari possint: Si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris; filiorum, inquam, Israël secundum carnem; reliquiæ saluabuntur. non saluabuntur nisi ij qui reliqui fuerint veri Israëlis filij, hoc est, eius qui ex electione, consilio, atque benedictione Dei dictus est Israël, quem qui non imitati fuerint, reijcientur: reliquiæ verò, quæ permanserint in ea conditione, quam Israëlis nomen significat, saluabuntur. atque hic delectus fiet per Euangelium: Verbū enim consummans & abbreuians in æquitate, quia Verbum abbreuiatū faciet Dominus super terrā. adeò abbreuiatū, vt ex magno numero fiat delectus paucorū: pauci enim credent Euangelio ex Iudæis;*

in vasa misericordiæ quæ præ-
parauit in gloriam. [24]Quos &
vocauit nos: non solùm ex Iu-
dæis, sed etiam ex Gentibus,
[25]sicut in Osee dicit, Vocabo Ose 2,15. 1 Pet. 2,10.
non plebem meam, plebem
meam: & non dilectam, dile-
ctam: & non misericordiam -8 as. Q. F
consecutam, misericordiam
consecutam. [26]Et erit, in loco Ose 1,10.
vbi dictum est eis, Non plebs
mea vos: ibi vocabuntur filij
Dei viui. [27]Isaias autē clamat
pro Israël: Si fuerit numerus fi- Isaia 10,22. Ose 1,10.
liorum Israël tanquam arena
maris, reliquiæ saluæ fient.
[28]Ver-

adeò pauci vt sint tanquam semen in agro rarum, ex quo tamen soboles nasci possit numerosa & prospera: id autem dono & misericordiæ Dei acceptum referendum esse Propheta prædicebat: Nisi Dominus Deus Sabaoth reliquisset nobis semen, nisi reliquos fecisset misericordiæ præstandæ tempore hos paucos qui vocati obaudierunt, quasi Sodoma fuissemus, & Gomorræ similes essemus. Hactenus de primaria salutis huius causa, hoc est, diuina volantate & electione atque promissio-

promißione, de Dei potentia atque virtute ad efficiendum quidquid velit, de tempore salutis & misericordiæ, de vocatione non solùm Iudæorum, sed etiam Gentium, tum ex rei ipsius contemplatione & scientia, tum ex diuinis oraculis disseruimus: nunc deinceps causam ostendemus, quamobrem ex vocatis alij admißi, alij exclusi fuerint, ex qua & magna Dei misericordia & iudicium iustißimum probabitur.

λόγον. 28 Verbum enim cõsummãs,
& abbreuiãs in æquitate: quia
verbum breuiatum faciet Do-
minus super terram. 29 & sicut
Isaie 1,9. prædixit Isaias; Nisi Dominus
sabaoth reliquisset nobis se-
men: sicut Sodoma facti esse-
mus, & sicut Gomorrha simi-
G les fuissemus. 30 Quid ergo di-
cemus? Quòd Gẽtes quæ non
sectabantur iustitiam, appre-
hẽderunt iustitiam, iustitiam
autem quæ ex fide est. 31 Israël
sectans 6. verò sectando legem iustitiæ,
ms. c. s. in legem iustitiæ nõ peruenit.
32 Quare? Quia nõ ex fide, sed
quasi ex operibus. offenderũt
enim in lapidem offensionis,
Isaie 8,14. 28,16. 1 Pet. 2,7. 33 sicut scriptum est: Ecce po-
no in Sion lapidem offensio-
nis, & petram scandali: & om-
nis qui credit in eum, non
confundetur.

30 Quid ergo dicemus?] *Quid colligimus ex superioribus disputationibus? nimirum iustitiam promissam fuisse à Deo hominibus, & iustitiæ mentionem multam & frequentem in sacris Scripturis factam esse, & Gentes caruisse notitia huiusmodi iustitiæ Dei, atque ideò illam non fuisse sectatos, & tamen nunc apprehendisse iustitiam; eam iustitiam, inquam, quæ Dei iustitia dicitur, & ex Dei promißis profecta in eos confertur, qui promißis declaratis fidem præstant; hanc iustitiam Gẽtes antea non sectati, nunc apprehenderunt. At verò Israëlitæ qui frequẽter antea audierant hanc iustitiam, quòd illam perperam considerantes, non in Dei promißis fide excipiendis, & obedientia procurandis, sed in lege Mosaica obseruanda constituerunt, atque in ea consectanda multum ingenij, temporis ac laboris posuerunt, tamen in veram legem iustitiæ, in legem illã interiorem, quæ cum hac iustitia à Deo confertur, in cordibúsque scribitur, non peruenerunt. cur hoc? nunquid quòd Deus illis defuerit? minimè verò; imò quòd ipsi sibi Deoq; defuerunt, nolentes iustitiam hanc ex fide suscipere, vti Deus decreuerat & declarauerat, sed ex operibus legis Mosaicæ statuere & sibi ipsis parare, atque hoc sibi persuadentibus (contra Dei consilium) eos esse iustos, qui legem Mosaicam habeant & obseruent, neque opus esse alio mediatore ad iustitiam à Deo obtinendam, satis autem esse legi operam dare ad iustitiam comparandam: quamobrem ipsi non receperunt eum qui fuerat ipsis antea promissus, & nunc demum datus est in iustitiam suam: hoc fuit maximum offendiculum in quod impingentes, in iustitiam Dei non peruenere; Christus, inquam, ille ab ipsis reprobatus & repulsus, fuit lapis ille offensionis & ruinæ Iudæis, & omnibus non credentibus in eum; idem autem lapis probatus & constitutus à Deo in salutem & iustitiam omnibus credentibus in ipsum.*

CAP.

CAP. X.

FRatres, [1] volũtas quidem A
cordis mei & obſecratio
ad Deum, ſit pro illis in ſalu-
tem. [2] Teſtimonium enim
perhibeo illis quòd æmula-
tionem Dei habent, ſed non
ſecundum ſcientiam. [3] Igno-
rantes enim iuſtitiam Dei, &
ſuam quærentes ſtatuere, iu-
ſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.
[4] Finis enim legis, Chriſtus: ad
iuſtitiã omni credẽti. [5] [a] Moy- a Le. n.
ſes enim ſcripſit, quoniam iu-
ſtitiam

IN CAP. X.

1 Fratres.] *Cùm verò Iudæi ſua ſponte & culpa propria in Chriſtum offendentes à ſalutis via abalienati aberrent, quanquam me ipſi ſalutis huius nuntium & præconem oderint, tamen mihi magnæ curæ ſunt aſsiduis & contentis precibus apud Deum ipſorum ſalutem procuranti; eo quòd Iſraëlitæ ſunt, atque ideò cognati mei ſecundum carnem, maximè verò moueor ad huiuſmodi erga eos ſuſcipiẽdum & ſuſtinendum laborem, quos ſciam eodem ſtudio ductos, quo ego aliquando impulſus fui, cuiusq; ſum ipſe conſcius, nimirum ſtudio & zelo Dei, cuius cultum & honorem ſe conſeruare atque tueri profitentur; atque id quidem agunt, in eoq; toti ſunt, verùm errore abducti quid agẽdum, quemadmodumq; agendũ ſit, ignorant. itaque non reguntur ſcientia diuinorum oraculorum. Agunt quidem de iuſtitia, ſed cùm ignorent quid ſit illa iuſtitia, quam Deus ſibi credentibus pollicitus eſt, & nunc hoc tempore iis qui Euangelio credunt & obediunt, communicat; cumq; hac iuſtitia ignorata & neglecta, ſuam ipſorum quandam à ſe effectam ſtatuere quærant, illam Dei iuſtitiam non ſubiere.*

4 Finis enim legis.] *Manifeſtum autem fiet, eos laborare ignoratione rationis eius, quæ iuſtitiam Dei ſpectat: cùm lex ipſa, qua ipſos doctiſsimos eſſe oportuit, Chriſtum tanquam ſcopum ad hanc iuſtitiam obtinendam indicet & proponat. Namque Moſes ipſe legiſlator vtrumq; apertè diſtinctum explicuit, id videlicet, quod ex legis obſeruatione percipitur, atque id rurſus quod ex fide in Chriſtum obtinetur. Non enim dixit Moſes iuſtitiam Dei prorſus comparãdam obſeruatione legis ac præceptorum: ſed ſcripſit, quòd qui fecerit ea homo, viuet in eis; cùm is contrà, qui violauerit, legitimæ vltioni ſit obnoxius, atque iudicij reus etiam capitalis, vt legem ipſam legentibus planum fiet. hactenus pertinet iuſtitia legis. at verò iuſtitiam eam, quæ ex fide eſt, ita ſignificabat Moſes, Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cælum? id eſt, Chriſtum deducere; ſignificat enim, oportere Chriſtum è cælis mitti, qui iuſtitiam hanc afferat. Aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare, qui poſtquam reuocatus fuerit, iuſtitiam illam impertiturus teneat. Itaque quæ ad Chriſti partes attinent, ea neque nobis dubitanda neque diſputanda, ſed Chriſto ipſi efficienda relinquit Moſes. verùm quod ad nos pertinet, illud eſt quod ſignificabat Moſes, Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Verbũ vnum indicat Moſes, quod in ore & in corde eſſe oportet eorum qui iuſtitiæ huius compotes fuerint. Verbum autem hoc eſt Ieſus Chriſtus in corde creditus, ſecundum operationem virtutis Dei, idemq; oris confeſsione in viuum veritatis teſtimonium pronuntiatus. Hoc autem eſt verbum fidei, quod nos Apoſtoli prædicamus, à Iudæis non admiſſum, cuius verbi ſumma ratio illa eſt: Quòd ſi confitearis ore tuo Ieſum eſſe Dominum, cui omnia Pater in manus dederit, atque hæc confeſsio proficiſcatur ex fide in corde tuo viuente, qua credas illum à Deo eſſe ſuſcitatũ à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam obtinendam atque poſsidendam ex virtute Chriſti:*

Christi: ore autem fit confeßio pertinens ad salutem enunciandam, atque testimonio comprobandam, quam Christus effecit iis qui sibi crediderint, ex qualibet gente vel conditione illi fuerint. Namque sacra ipsa scripta nullum omnino genus, nullum ordinem excludunt eorum qui fidem habuerint Dei promißis, imò sic in vniuersum exponunt: Omnis qui credit in illum, non confundetur. nulla in his scripturarum oraculis Iudæi & Græci distinctio obseruatur, quod ad salutem attinet; quia vnus idemq́ Deus, & Græcorum & Iudæorum Deus est, idemq́ ditißimus, qui abundè habeat quid donet omnibus iis qui se inuocauerint, eosq́ omnes ditare poßit. Atque hæc constans ac frequens admonitio in sacris libris legitur: Omnem eum qui nomen Domini inuocauerit, saluum futurum. Oportet igitur inuocari nomen hoc Domini ab iis, qui salui esse cupient, siue Iudæi illi, siue Græci sint.

Leuit. 18,5. Ezech. 20,11. stitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea'. 6 Quæ
Deut. 30,12. autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo,
B quis ascendet in cælum? id, est Christum deducere. 7 Aut quis
descendet in abyssum? hoc, est Christum à mortuis reuocare.
*3 MS. G. S. Deut. 30,14. 8 Sed quid dicit *scriptura'? Propè est verbum in ore tuo,
& in corde tuo. hoc est verbum fidei quod prædicamus.
9 Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd
*excitauit 4 MS. Deus illum *suscitauit' à mortuis: saluus eris. 10 Corde enim
C creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.
11 Dicit enim scriptura: Om-
Isaiæ 28,16. nis qui credit in illum, non confundetur. 12 Non enim est
distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant il-
Ioel 2,32. Act. 2,21. *qui 1 MS. G. S. lum. 13 Omnis enim *quicunque' inuocauerit nomen Domini, saluus erit. 14 Quomodo
ergo inuocabũt in quem non credi-

14 Quomodo ergo inuocabunt.] *Atq́ Deum quidem promissa sua obseruasse & præstitisse, quod ad salutis ac iustitiæ diuitias omnibus impertiendas credentibus & obedientibus, iam abundè ostẽdebamus, easq́ tam Græcis quàm Iudæis esse paratas docebamus: videndum est igitur quid desideratum, quid requisitum indicari poßit, quominus nonnullis hominibus hoc præstantißimum Dei donum cõtingat. Diximus donum hoc non donari nisi inuocantibus & petentibus: ergo oportet ab hominibus inuocari; sed inuocare non poßunt qui non credunt bono huic nuntio de dono Dei; neq́ verò credunt huic nuntio qui non audierunt de Christo; non audiunt ij quibus non proponitur & nuntiatur: opus ergo est prædicante aliquo, qui huius magni mysterij rationem proponat, & exponat, fideq́ excipiendam commendet: id quod & sacra ipsa sapientia indicat acclamationibus huiusmodi, Quàm speciosi pedes, &c. Quanquam verò omnibus annuntietur hæc magna salus, tamen non omnes credunt Euangelio salutis: itaq. potest impediri salutis huius communicatio, vel quia non fuerit auditum Euangelium, vel quia fide exceptum non fuerit, etiam si fuerit auditum: namque hoc posterius*

sterius impedimentum etiam indicatum fuit ab Isaia: Domine quis credidit auditui nostro? Ex qua Vatis oratione duo docemur: Alterum fidem esse ex auditu, auditum autem non cuiuslibet authoritate aut voluntate constare debere, sed per verbum Dei, ita vt cognoscatur verbum esse Dei cui credendum sit. Dispiciamus igitur vtrum defuerit verbum ne Dei & auditus, atque prædicatio annuntiatioq́ue, Iudæis, inquam, hoc verbum defuerit, an magis defuerit fides; atque ita videbimus num defectu prædicantium & annuntiantium, num rursus culpa non credentium euenerit, vt multi non obtinuerint salutem hanc.

crediderunt? Aut quomodo credent ei quem nõ audierunt?
Quomodo autem audient sine prædicante? [15] Quomodo ve-
rò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quàm *Isaia 52,7. Nahum 1.15*
speciosi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantium bo-
na! [16] Sed non omnes "obediunt' Euangelio. Isaias enim D
dicit, Domine, quis credidit *obedierunt 1 MS. G.S.*
auditui nostro? [17] Ergo fides, *Isaia 53,1. Ioan.12,38.*
ex auditu: auditus autem per
verbum Christi. [18] Sed dico,
Nunquid non audierunt? Et
quidem in omnem terram ex- *Psal.18.5.*
iuit sonus eorum: & in fines
orbis terræ verba eorũ. [19] Sed
dico, Nunquid Israël non co-
gnouit? Primus Moyses dicit,
Ego ad æmulationem vos ad- *Deut.32,21.*
ducam in non gẽtem: in gen-
tem insipientem, in iram vos
mittam. [20] Isaias autem audet, *Isaia 65,1.*
& dicit: Inuentus sum à non
quærentibus me: palam appa-
rui iis qui me non interroga-
bant. [21] Ad Israël autem dicit,
Tota die expãdi manus meas *Isaia 65,2.*
ad populum non credentem,
& contradicentem "mihi'. *6 MS. R. Ant. G.S.*

17.18 Sed dico, Nunquid non audierunt?] *Defuitne aliquid ex parte Dei, qui vineæ suæ non vndequaque prospexerit: defuitne ex parte ministrorum & Apostolorum, qui noluerunt Israëlitis hanc salutem annuntiare? imò verò in omnem terram Israëlitidem exiuit sonus eorum, qui apertè suis ipsis vocibus annuntiarunt hanc salutem Israëlitis; & verba eorum, tam ipsorũ ore prolata, quàm aliorum commemoratione relata, exierunt in fines orbis terræ. reliquum ergo est, culpam eorum qui non crediderint argui debere.*

19 Sed dico.] *Sed sum ego primus qui hanc notam inuram Israëlitis? infidelitatis, inquam? an vt incredulitatis eos absoluam, dicam illos non fuisse vnquam monitos vt sibi cauerent ne inciderent in incredulitatis crimen? imò, quod omnino illorum improbitatem arguit, non vnum oraculum tantùm est in sacris libris, sed multa; quibus monebatur & admonebatur Israël huius incredulitatis suæ futuræ, vt sibi prospiceret: quibus & docebatur etiam futuram vocationem Gentium, quam Iudæi nunc quasi nouam non prædictam, atque ideò non probandam sibi, mirantur. id verò nõ tantùm à Mose legislatore, sed à Prophetis etiam ipsis grauissimo orationum genere fuit prædictum.*

IN CAP.

CAP. XI.

A DIco[1] ergo: Nũquid Deus
repulit populum suum?
Absit. Nã & ego Israëlita sum,
ex semine Abraham, de tribu
Beniamin. [2] Non repulit Deus
plebem suã quam præsciuit.
An nescitis in Elia quid dicit
scriptura: quemadmodum in-
terpellat Deum aduersum If-
3 Reg. 19, 10. raël? [3] Domine, Prophetas
tuos occiderũt, altaria tua suf-
foderunt: & ego relictus sum
solus,

IN CAP. XI.

1 Dico ergo.] *Quanquam Dei virtutem, potentiam, authoritatemq́; maximam & sanctissimam, nulliq́; mortalium vel dubitandam vel in disceptationem adducendam esse ostenderimus, atque ideò licẽtiam represserimus Iudæorum quorundam, existimantium fieri non posse, vt Iudaico populo reiecto, Gentilis ad regni hæreditatem vocetur: nihilominus etiam id quod initio propositum erat vrgẽtes, affirmamus, Deum semper promissa sua sancta atque firma ostendisse, reapseq́; præstitisse id quod fuerat pollicitus veris Israëlitis, hoc est, iis qui Israëlis fidem referentes imitati sunt, seseq́; electioni diuinæ parentes præbuerunt. atque hac notatione cõprehendimus Gentes eas quæ Euãgelio salutis credentes obedierunt: neque verò exclusimus Israëlitas omnes secundũ carnem; namq́; Deus nunquam reponit id quod pollicitus erat, sed constantissimè præstat iis quibus fuerat pollicitus, hoc est, permanentibus in ea conditione atque pacto, quæ ex Dei consilio expositioneq́; constant. itaque Deus Israëliticum populum iamdiu suum, sibiq́; delectum non repulit veluti veterem & fastiditum, studio nouum aliquem assumendi, sed constantissimè retinuit suum illum populum volentem permanere in conditione, electioneq́; gratiæ. Nam & ego, qui ad huius hæreditatis communionem ex Dei dono sum admissus, Israëlita sum.* 2. Non repulit.] *Igitur non repulit populum suum, quem in delectu faciendo præsciuit & præcognouit permanere in conditione ac pacto consilij sui de gratia exspectanda & expetenda, atque ab ipso exhibenda: hoc enim perpetuum constansq́; Deo fuit, nempe delectum facere, eosq́; sibi seruare ac retinere, qui in officio perstiterũt. meminisse autem ad hanc rem oportet exempli illius illustrissimi à Deo constituti & declarati eo tempore, quo Elias omnem Israëlitarum, hoc est, decem tribuum multitudinẽ à Deo abalienatam esse, atque ideò repulsam & reiectã existimaret, audiisse ex diuino respõso: Reliqui mihi septem millia virorum, hos adhuc in meorum numero habeo relictos ex illo toto populo, hos, inquam, qui non curuauerunt genua ante Baal. Simile etiam in hoc tempore exemplum editum est multorum ex Israëlitis, qui reliqui fuerunt secundum electionem, hoc est, voluerunt permanere in electione gratiæ in illo consilio Dei, qui hoc tempore iustitiam suam hominibus ex gratia impertiri constituerat. si autem ex gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia non iam est gratia; namque gratia simplicissimè significat liberalitatem & donationem Dei: aliàs gratia non est dicique iure potest gratia, quæ operum & exercitationum efficientia, vsu, habituq́; comparatur. Hoc autem quod Israëlis populus quærebat, nimirum iustitiam, hæreditatemq́; regni, non est consecutus; non tamen ille omnis populus Israëlis non est consecutus; namque electio, hoc est, ij qui electionem à Deo factam obseruauerunt & retinuerunt, consecuta est; reliqui verò, qui aliam salutis viam præter Dei electionem sibi munire contendebant, obdurauerunt, excæcatiq́; sunt, & inciderunt in illam sententiam, quæ in huiusmodi aberrantes à scopo præscripta fuit: Dedit illis Deus spiritum comp. &c.*

solus, & queruntanimã meã. 4 Sed quid dicit illi diuinum re-
sponsum? Reliqui mihi septem millia virorũ, qui non cur- 3 Reg 19,18.
uauerunt genua ˉ *Baal'. 5 Sic ˉ MS. q. *ante MS. q.
ergo & in hoc tempore, reli-
quiæ secundùm electionem
gratiæ ˉ saluæ' factæ sunt. 6 Si ˉ1 MS. c. s. Q. n.
autem gratia: iam non ex ope- B
ribus: alioquin gratia iam nõ
est gratia. 7 Quid ergo? quod
quærebat Israël, hoc non est
consecutus: electio autem cõ-
secuta est, cæteri verò excæca-
ti sunt. 8 sicut scriptum est, De-
dit illis Deus spiritũ compun- Isaia 6, 9.
ctionis: oculos, vt non videãt: Matt. 13, 14. Ioan. 12, 40. Act. 28, 26.
& aures, vt nõ audiant vsq. in
hodiernũ diem. 9 Et Dauid di- Psal. 68, 23.
cit: Fiat mensa eorũ *in laqueũ *coram ipsis MS. s.
& in captionem & in scanda-
lum & in retributionem illis.
10 Obscurentur oculi eorũ ne
videant: & dorsum eorũ sem-
per incurua. 11 Dico ergo, Nũ-
quid ˉ sic' offenderunt vt cade- ˉ c. s.
rent? Absit. Sed illorũ delicto,
salus est Gẽtibus, vt illos æmu-
lentur. 12 Quòd si delictũ illo-
rũ diuitiæ sunt mũdi, & dimi-
nutio eorũ diuitiæ Gentium:
quantò magis plenitudo eo-
rum? 13 Vobis enim dico Gen-
tibus, ˉ quãdiu' quidẽ ego sum 'ad quãtum c. Q. n.
Gentium

11 Nunquid sic offenderunt.] *Huiusmodi cæcitas, induratio atq. reiectio, in qua Iudæi nunc versantur, ex ipsorum, vti diximus, culpa nata, nõ ita est existimanda, ac si euersio quadam fuerit huius Gentis omnino prorsus ac penitus à Deo reiecta, nunquámq; amplius instauranda, sed ex parte quadam ipsorum ruina facta est, atque apertus aditus, vt ea parte, qua illi vitium facientes corruerunt, Gentes ad salutem vocatæ admitterentur, vt eos æmulentur; atque hoc etiam exemplo edocti, redeãt tandem ad Deum, & vocati iterum veniant atque recipiantur; non enim Deus infert iram, sed semper pacis & salutis cogitationes cogitat, adeò vt cùm corruerint hi, nõ passus fuerit misericordiam suam ea parte non exerceri, sed ex ipsorum ruina mundum donorum suorũ communicatione ditauerit, & ex diminutione eorũ Gentes ad salutem vocatas ditauerit. qua misericordia cõmunicatione Gentibus facta cùm diuitiæ Dei declaratæ fuerint orbi, quid fiet cũ nõ solùm Gentes admissæ, sed etiã Israël omnis in gratiam fuerit receptus ex Dei dono: nónne hoc existimandum est fore Deo gratissimum, cùm maior materia fuerit, cumq; tempus extiterit misericordiæ non tantùm in Gentes, verùm etiam in Iudæos plenè exercendæ? itaque quanquam repulsi ex parte sint, nõ tamen omnino repulsi, neque ex illa etiam parte ita reiecti, vt nunquam recipiãtur: quandoquidẽ Deus ad misericordiam est propensissimus, & quanquam aliquando iratus iudicem agat, misericordiæ tamen semper recordetur, idq; in populo suo sæpè ostenderit.*

13 Vobis enim dico Gentibus.] *Mirabimini fortasse vos Gentes, quòd ipse non Iudæorum sed vester Apostolus cùm sim, & à Iudæis tot tantisq; modis vexatus, tamen illorum causam tam diligenter agam, tam studiosè eos moneam, & grauissimis disputationibus susceptis, veritatem Christi doceri studeam, denique*

defendam

Gentium Apoſtolus, miniſte-
rium meum "honorificabo", ("honorifico 1 MS.C.S.)
14 ſi quo modo ad æmulandū
prouocem carnem meam, &
ſaluos faciam aliquos ex illis.
15 Si enim amiſſio eorū, recō-
ciliatio eſt mundi: quę aſſum-
ptio, niſi vita ex mortuis?
16 Quòd ſi delibatio ſancta eſt,
& maſſa: & ſi radix ſancta, &
C rami. 17 Quòd ſi aliqui ex ra-
mis fracti ſunt, tu autem cùm
oleaſter eſſes, inſertus es in il-
lis, & ſocius radicis & pingue-
dinis oliuæ factus es, 18 no-
li gloriari aduerſus ramos.
Quòd ſi gloriaris: non tu radi-
cem

defendam eos, & in gratiā Dei recipiēdos fore aſſerā: verùm non poſſum non indulgere amori erga illos meo, ex neceſſitudine profecto, atque hoc vnum ſtudium meum ſatis declarat mihi compertum eſſe ac certum, illos non omnino in æternum abiectos à Deo, ſed ad tēpus ob offenſionem caſtigatos atque ſepoſitos; à Deo, inquā, volente illos tandem reuocare atque recipere: quā quidem ob rem, quanquam ego Gentium Apoſtolus vocer & ſim, tamē miniſteriū meum amplificabo atque dilatabo, ita vt mearū etiam partium eſſe exiſtimem, interim dū officio erga vos nō deſum meo, illorum etiam ſalutem non negligere, ſed omni opera experiri quidquid poſſim, vt ad æmulationē veſtri prouocem carnem meam, & ſaluem aliquos ex illis: namque pro comperto habeo, conſiliū, ſtudiumq́ meum hoc Deo probari, qui hoc gratiæ tempore cùm illos abiecit, tamen miſericordiam ſuā interim oſtendit mundo reliquo ad ſalutem vocando: adeò libens, adeò volens, adeò promptus Deus hoc tempore eſt ad benignitatem atq́ clementiam. Quòd ſi illa abiectio recōciliatio eſt mūdi, quæ erit aſſumptio niſi vita ex mortuis, atque adeò illuſtrius diuinæ miſericordiæ exemplum?

Atque hoc quod ad Dei erga ipſos voluntatem attinet; quod verò ipſorum conditionem ſpectat, non eſſe illos vel natura ſua, vel alia cauſa omnino ineptos, aut aliàs euerſos ab huius exſpectatione ſalutis; ſi genus ipſum cōſideremus, manifeſtè videmus huius ſalutis primitias in hac gente fuiſſe conſecratas; primi enim Apoſtoli ac diſcipuli multi ex Iſraëlitis huius diuini doni communione donati ſunt. quòd ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa. iam verò manifeſtum eſt, patres ex quibus hi procreati ſunt, Deo placuiſſe, & in peculiarem populum fuiſſe optatos: quòd ſi radix illa ſancta fuit, & rami illi qui ſecundum carnem prognati fuerint, non erunt natura ſua prophani, ſed apti ad oſtenſionem miſericordiæ Dei. Radix adhuc manet, & ramos profert, in quibus hæc ſanctitudo ſpectatur & commendatur, quanquam alij rami ſint defracti, neque tamen ob eam rem arbor eſt funditus euulſa; imò illorum ramorū qui defracti ſunt loco, tu cùm oleaſter eſſes, inſertus es, promiſſæ atque declaratæ illis ſalutis & iuſtitiæ communicatione donatus; vnde non eſt quod illos præ te contemnas, atque iam omnino abiectos eſſe dicas, & deſpicias, teq́ efferas iactatione aliqua imprudenti, veluti vni tibi ſit conceſſa hæc dignitas populi Dei; nam ſi verum excutimus, non tu radicem portas, ſed radix te; idq́ habes non ex natura aut ex virtute propria, ſed ex diuino dono, quod etiam poſſis amittere, ſi inſolenter & ſtultè vſurpaueris, aut minus purè ſancteq́ tractaueris: nam ſi dicas ramos fractos eſſe vt tu insereretis; hoc primùm reſpondeo, illos non fuiſſe fractos præter omnem culpam ipſorum ex ſolo odio Dei, qui illos abiicere & frangere in tui gratiam voluerit, quaſi Deus nouo tui amore inductus, illos faſtidierit; ſed ex diuino iudicio fractos fuiſſe propter incredulitatem; atque hanc fuiſſe cauſam legitimam, &

iustissimam huius iudicij Dei exercendi in eos qui bono succo antea fuerant, sed vitium sua culpa contraxere: Neque enim Deus volens iniquitatem est, neque habitabit iuxta eum malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos illius: odit omnes qui operãtur iniquitatem, & perdit omnes qui loquuntur mendacium. Ita veracem se probat in promissis præstandis, vt iustum etiam iudicem sese præbeat in culpis vlciscendis, & potentiam suam consilio iudicioq; gubernat: potuit Iudæorum partem abijcere, quia potens est, abiecit autem propter incredulitatem: potuit te admittere quia potens est, admisit autem propter bonitatem suam: poterit te etiam deijcere ac deturbare de gradu, quia potens est, abijciet autem si in simile incredulitatis, vel in aliud insolentia, superbia, arrogantia, & contumelia exemplum incideris. Nũc igitur tu ex diuina gratia admissus fide stas, ne altum sapias, hoc est, ne efferaris animo, sed modestè, reuerenter, pieq; age, diuinumq; iudicium time & obserua. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè tibi non parcat. itaq; ex hac re ad doctrinam vtilitatemq; tuam obseruanda tibi est bonitas Dei in te, quem misericordia afficere ille voluit, quam vt omni studio modestoq; officio cõserues, curandum est; seueritas in eos qui ceciderunt ab electione illa per Deum constituta. ex quo cognoscere possis, & te tua ipsius culpa deturbari etiã posse, & illos, si nõ permãserint in infidelitate, denuò reuocari, restituiq; posse ex diuina clemẽtia ac benignitate. maximè cùm ipsi non inculti & alieni ab illius notitia & gratia antea essent, vt tu fuisti, sed plantati in domo Domini.

cem portas, sed radix te. 19 ᵃDicis ergo: Fracti sunt rami, vt ego ᵃDices 1 MS. G. 8.
inserar. 20 Bene: propter incredulitatem fracti sunt. tu autem
fide stas: noli altum sapere, sed time. 21 Si enim Deus natura-
libus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. 22 Vide ergo
bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderũt,
seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permãseris in bo-
nitate, alioquin & tu exciderîs. 23 Sed & illi, si non permanse-
rint in incredulitate, inseren-
tur. potens est enim Deus ite-
rum inserere illos. 24 Nam si
tu ex naturali excisus es olea-
stro, & contra naturã insertus
es in bonam oliuam: quantò
magis ij qui secũdum naturã,
inserentur suæ oliuæ? 25 Nolo
enim vos ignorare fratres my-
steriũ hoc, (vt non sitis vobis-
ipsis sapientes) quia cæcitas ex
parte contigit in Israël, donec
plenitudo Gentium intraret:

25 Nolo enim vos ignorare.] *Et quoniã hactenus ratione & similitudinibus atq. exẽplis de hac re disputaui, nunc deinceps ex veris ac certis oraculis agendum mihi est, quæ nulla hominum sapientia potest inuertere, nulla vis aut potentia infringere. idq; vobis expositum volo, ne vobis istam Dei gratiam concessam, tanquam propriam quandam vestram virtutem ac perpetuam arrogetis, Iudæosq; insolenter contemnatis. est autem id quod vobis indicare paro, arcanum in diuinis oraculis reconditum, cuius illa summa est: Quòd cæcitas hæc in qua Iudæi laborant, nec perpetua est, neque communis; sed cuidam Israëlitarum parti contigit propter incredulitatem ipsorum, eaq; interim durabit donec plenitudo Gentium intrarit. atque ita demũ Israël omnis reuocatus saluus fiet. S. S. E. Veniet ex Sion qui erip. &c.*

28 Secun-

26 &

D 26 & sic omnis Israël saluus fie-
Isaia 59,20. ret, sicut scriptum est: Veniet
ex Sion, qui eripiat, & auertat
impietatem à Iacob. 27 Et hoc
illis à me testamentum: cùm
abstulero peccata eorũ. 28 Se-
cundum Euãgelium quidem,
inimici propter vos: secũdum
electionem autem, charissimi
propter patres. 29 Sine pœni-
tentia enim sunt dona & vo-
catio Dei. 30 Sicut enim ali-
quando & vos non credidistis
Deo, nunc autem misericor-
diam consecuti estis propter
incredulitatem illorum. 31 ita
& isti nunc non crediderũt in
vestram misericordiam, vt &
ipsi misericordiá consequan-
tur.

28 Secundum Euangelium.] *Atque hæc salus omni Israël promissa est, etiam parti isti quæ nunc inimica est pronuntiata tempore hoc primo Euangelij, cui illi non crediderunt; id quod vobis vsui fuit, ad quos translatus est subitò hic bonus nuntius: itaque secundum præsentem cõditionem hæc pars ipsorum culpa inimici sunt, propter vos, quos Deus quã primùm vocauit; verùm quod ad Dei consilium & electionem attinet, propter patres, quibus promissa facta fuere, dilecti Deo sunt. Namq; Deus sibi ipsi propositoq; suo nunquam deest, quanquã homines sibi ipsis desint, nunquamq; Deũ donorum suorum aut vocationis suæ pœnituit: liberaliter enim & misericordia sua motus, hæc agit & præstat, ideoq; propositum suum vrget, neque illi obstat quod aliqui sese indignos reddiderint vocationi donisq; illius: nam cùm illi visum est tempus acceptabile, eam gentẽ quam repulerat, à seseq; abalienatam auersari videbatur, solet reconciliare sibi; de gente & conditione agimus, non omnibus singulisq; capitibus; solet, inquam, sibi reconciliare. Hoc autem vestro ipsorum exemplo cognoscere potestis, Gentes, qui cùm aliquando non credidissetis Deo, alienati eratis: nunc autem cùm isti non crederent, vos estis misericordiam cõsecuti. Igitur isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: hoc est, vt interim dum illi non credũt, vos misericordia illa diuina credẽtes fruamini, vocati ab incredulitate ad fidem; vt fiat etiam simili exemplo illis misericordia ab incredulitate ad fidem vocatis; atque ita cognoscatur & probetur Deus misericordissimus, qui omnes tam vos quàm illos in incredulitatem cõclusit, vt omniũ misereatur; hoc est, vt misericordiã suam vnicam causam salutis omnium esse demonstret, cùm nulli nationi deberetur hæc iustitia & salus, omnibus in incredulitate comprehensis & conclusis. Atque iam igitur hic nihil habet quod iactet virtus, potentia, aut sapiẽtia humana: sed omnia ad diuinæ sapientiæ laudem & admirationem referri oportet, atq; acclamatione maxima suscipi & adorari: O profundas diuitias sapientiæ ac scientiæ Dei, quã incõprehensibiles sunt rationes quibus illa iudicat hoc aut illud faciendum esse, & vbi faciendũ constituit, quàm inperuestigabiles sunt hominibus viæ, quibus id explicat, in lucemq; producit! Quis enim cognouit antè quid Deus agendũ cogitaret, aut quis illi author fuit, vt hoc aut illud cogitaret? hoc est, vt primũ Iudæos vocaret: deinde vt borũ parte reiecta, Gẽtes cõciliaret: rursus, vt Israëlitas omnes ad salutẽ & lucẽ è tenebris reuocaret: sed neq; alterutra pars virtutẽ suã in causa fuisse, aut sese promeruisse dicere potest. Nam quis prior aliquid dedit Deo vt illi retribueretur? imò potius quidquid boni erga hominũ genus consultum, prospectũ, effectumq; est, ex ipso, & per ipsum, & in ipso est, cui accepta omnia referri debẽt, atq; summa laude & gratulatione perpetua excipi. Ipsi gloria.*

tur. 32 Conclusit enim Deus
"omnia in incredulitatem: vt *omnes. Aug. c. 5. Q. n.
omnium misereatur. 33 O alti-
tudo diuitiarum, *sapientiæ, & *& c. s.
scientiæ Dei: quàm incom-
prehẽsibilia sunt iudicia eius,
& inuestigabiles viæ eius?
34 Quis enim cognouit sen- Sap. 9, 13. Isaia 40, 13. 1 Cor. 2, 16.
sum Domini? Aut quis con-
siliarius eius fuit? 35 Aut quis
prior dedit illi, & retribuetur
ei? 36 Quoniam ex ipso, & per
ipsum, & in ipso sunt omnia:
ipsi gloria in secula, Amen.

CAP. XII.

OBsecro 1 itaque vos fra- A
tres per misericordiam
Dei, vt exhibeatis corpora ve- Phil. 4, 18.
stra hostiam viuentem, san-
ctam, Deo placentem, "ratio- *rationale. Q. n.
nabile obsequium vestrum.
2 Et nolite conformari huic sę-
culo: sed reformamini in no-
uitate sensus vestri, vt probe- Ephes. 5, 17. 1 Thess. 4. 3.
tis "quæ sit volũtas Dei bona, *Q. n.
& beneplacens, & perfecta.
3 Dico enim per gratiam quæ
data est mihi, omnibus qui
sunt

IN CAP. XII.

1 Obsecro itaque vos.] *Igitur cùm omnem salutis vsum ex diuino dono nõ solùm Iudæis, verùm & Gentibus, imò omni hominum generi profectum iam abundè ostenderimus; reliquum est, vt ij qui hac notitia præditi estis, omnes ab omni arrogantia & temeritate, atque propriæ laudis cupiditate alieni, & vos omni modestia Deo probetis, & publicæ aliorum vtilitati prospiciatis, diligenterq; consulatis pro cuiusque persona ac munere. Ac primùm, fratres, vos hortor, vt Dei misericordiam imitati, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum in mortem, vt vosmetipsos singuli deliberato, prompto, constanti, alacriq; animo comparetis & exhibeatis, siue in mortẽ, siue in vitam, ad ipsius laudem nominisq; sanctificationem, hostiam viuentẽ, quæ illas antiqui cultus hostias mortuas, virtute, dignitate, atque decore, habituq; excellat omni: atque hoc pacto grata probataq; Deo sit, neque iustius iste iam brutorum atque ratione carentium animantium sacrificiis peragatur; sed vosmetipsos offeratis ratione, intellectu, & sapientia vtentes. id verò quod dico, vt clarius percipiatis, sic exponam; ne cõformemini huius mundi tum opinionum tum morum corruptelis, sed transformati ab huiusmodi conuersatione, renouate sensum vestrum, ita vt exemplis ipsis ostendatis & probetis, quid sit id quod Deus velit, perfectumq; definiat, & gratum ratumq; habeat. neque verò hoc quãtum ad singulorum vitam, mores, priuatamq; virtutem spectat, sed quod etiam ad publicam vtilitatem attinet, id vobis dico, quod & dicere possum per gratiam Apostolatus mihi datam, & per eandem gratiam ipse etiam meo obeundo & exercendo munere, officioq; curo: dico igitur, vt vnusquisq. vestrũ creditæ atque commissæ demandataq; sibi personæ rationẽ partesq; summa æquitate tueatur, neu quis sibi plus vel tribuat vel arroget quàm oportet, sed vt singuli modestia & sobrietate, decoreq; Christiano suas partes rationesq; definiãt, atq; ita sentiãt & agãt, curẽt. studeãtq; summa fide ea tueri ac præstare, quæ sibi credita sũt ministeria siue officia, meminerintq; hoc exigere & postulare ipsam Ecclesiæ & Christianæ reipublicæ œconomiã: Sicut enim in vno corpore, &c.*

6 Habentes

ſunt inter vos, Non plus ſape-
re, quàm oportet ſapere, ſed ſa-
1 Cor.12,11. pere ad ſobrietatem, vnicuiq.
Epheſ.4,7. ſicut Deus diuiſit menſuram
B fidei. 4 Sicut enim in vno cor-
pore multa mẽbra habemus,
omnia autem membra non
eundem actum habent: 5 ita
multi vnum corpus ſumus in
Chriſto, ſinguli autẽ alter al-
terius membra. 6 Habẽtes au-
tẽ donationes, ſecundùm gra-
tiam quæ data eſt nobis, diffe-
rentes, ſiue prophetiam ſecũ-
dùm rationem fidei, 7 ſiue mi-
niſterium in miniſtrando, ſi-
C ue qui docet in doctrina, 8 qui
exhortatur in exhortãdo, qui
tribuit in ſimplicitate, qui prę-
eſt in ſolicitudine, qui miſere-
tur in hilaritate. 9 Dilectio ſine
Amos 5,15. Epheſ.4,3. ſimulatione. Odientes malũ;

6 Habentes autem.] *Atq. vt corporis membra variis virtutibus inſtruuntur ad variũ totius corporis vſum, ſic nos donationibus variis aucti ſumus à Deo: quibus non ad priuata cõmoda, ſed ad publicam vtilitatem fungi oportuerit. ſi prophetiæ munus quis obtinuit, vt iuxta rationem partis ſibi creditæ prophetet, nihilq́; ex ſuo vel ſenſu vel conſilio, ſed ex ijſius ſpiritus prophetici mandato ſiue etiam præſcripto agat. atque hoc nomine omne genus miniſterij verbi Dei includimus.*

7 Siue miniſteria.] *Siue credita eſt aliis miniſterij Eccleſiaſtici cura, quæ diſtinguitur à doctrinæ munere: vti ea etiam diligenter & modeſtè, decenterq́; exerceatur.*

Siue qui docet in doctrina.] *Exponit Apoſtolus duo illa genera, propoſita diſtributione officiorum; prophetiam in doctrinam & exhortationem partitur.*

8 Qui tribuit.] *Miniſterium etiam in ſuas partes diuidit, ſinguliſq́; ſuum officij modum præſcribit; quẽ nõ tãtùm opere, ſed animo etiã & ſtudio probari vult, vt ſit rationale Deóque placens obſequium: magnam, ferventem, atque apertam, ſimplicemq́; omnino charitatem, tanquam omnium actionum condimentum, ampliſſimè commendat, atque eam omnibus cultã, tum iis maximè qui aliis inſeruiũt, cultiſſimã, omniq́; ex parte exercitatiſſimã eſſe vult.*

1 Pet.2,22. adhærentes bono. 10 "Charitatem' fraternitatis inuicem dili-
2,17. "Charitate 4 MS G. Q n. gentes. Honore inuicem præuenientes. 11 Solicitudine non
Heb.13,1. 1 Pet.5,5. pigri. Spiritu feruentes. "Domino' ſeruientes. 12 Spe gauden-
"Tempori. Amb. Q n. tes. In tribulatione patientes. Orationi inſtantes. 13 "Neceſſi-
"Memoris Q n. tatibus' ſanctorum communicantes. Hoſpitalitatem ſectan-
Heb.13,2. 1 Pet.4,9. tes. 14 Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite
Matt.5,44. maledicere. 15 Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.
1 Cor 3,13. Prou.3,7. 16 Idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humi-
Iſaia 5,21. Prou.20,22. libus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.
1 Pet.3,9. 2 Cor.8,21. "G.S. 17 Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona "non
tantum

tantum coram Deo, sed etiã corã omnibus hominibus. 18 Si *Heb 12, 14. Eccl. 28, 1.*
fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ *Matt 5, 19.*
habentes. 19 Non vosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date *Deut. 32, 35.*
locum iræ, scriptum est enim: Mihi "vindictam': *ego retri- *Heb. 10, 30.* "vindicta 1
buam, dicit Dominus. 20 Sed si esurierit inimicus tuus, ciba il- MS. R. C. *& MS. q.
lum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis *Prov. 25, 21.*
congeres super caput eius. 21 Noli vinci à malo: sed vince in
bono malum.

IN CAP. XIII.

1 Omnis anima.] *Neque verò erga fratres, discipulos, ac domesticos fidei solùm, sed erga omnem hominum consuetudinem, quæ publicæ vtilitatis causa exercetur, modestum, officiosum, atque obseruantẽ sese præbere oportet vnumquemque Christianum: atque ita suũ officium & obsequium Deo probare. inprimis autem coli obseruariq́ oportet publicæ rei præfectos omnes, suo vnumquemq́ gradu & ordine, vtpote à Deo institutos & commendatos, atque adeò vtiles reipublicæ, communiq́ hominum inter ipsos societati, datos ad bonorum tutelam, & malorum ac perniciosorum vltionem. Ideoq́ nulla immunitas maior & prior esse debet Christiano homini, quàm vitiorum scelerumq́ fuga, & virtutũ cultura. Qui hoc diligenter curabit, non solùm non sibi grauem, sed & vtilem & commodissimum experietur magistratum: ea verò quæ ad hos alendos decreta imperataq́ sunt, non ex eorum genere sunt, quæ Christiano homini grauia onerosaq́ videri possint, vtpote quæ partim contemnenda sint, vt pecuniæ, partim honestissima factu & curatu, vt honor & reuerentia magistratibus exhibenda. vtrunque autem illis meritò ac iure debetur: quòd si debetur, debet necessariò præstari ab iis, qui nullum officium violandum existimant, quales Christianos esse oportet.*

8 Nemini

CAP. XIII.

OMnis 1 anima potestati- A
bus sublimioribus sub- *Sap. 6, 4. Tit. 3, 1. 1 Pet. 2, 13.*
dita sit. Non est enim potestas
nisi à Deo. quæ autem sunt, à
Deo "ordinata' sunt. 2 Itaque "ordinatæ 2 MS. C. S.
qui resistit potestati, Dei ordi-
nationi resistit. Qui autem re-
sistũt, ipsi sibi damnationem
acquirunt. 3 nam principes nõ
sunt timori boni operis, sed
mali. Vis autem non timere
potestatem? Bonum fac: & ha-
bebis laudẽ ex illa. 4 Dei enim B
minister est tibi in bonum: Si
autem malum feceris: time.
non enim sine causa gladium
portat. Dei enim minister est:
vindex in iram, ei qui malum
agit. 5 Ideò "necessitate' subditi "necessitati 3 MS. Q. R.
estote: non solùm propter irã,
sed etiam propter conscientiã.
6 Ideò enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in
hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tri- *Matt. 22, 21.*
butum,

butum, tributum: cui vecti-
gal, vectigal: cui timorem, ti-
morem: cui honorem, hono-
C rem. 8 Nemini quicquam de-
beatis: nisi, vt inuicem diliga-
tis. qui enim diligit proximũ,
Exod. 10, 14. Deut. 5, 18. Matt. 19, 18. Leuit. 19, 18. Matt. 22, 39. Marc. 12, 31. Galat. 5, 14. Iac. 2, 8. legem impleuit. 9 Nam, Non
adulterabis, Nõ occides, Non
furaberis, Nõ falsum testimo-
nium dices, Non concupisces,
& si quod est aliud mandatũ:
in hoc verbo instauratur, Di-
liges proximum tuũ sicut te-
° proximo 1 MS. G. q. s. ipsum. 10 Dilectio °proximi,
malum nõ operatur. Plenitu-
do ergo legis est dilectio. 11 Et
hoc scientes tempus, quia ho-
ra est iam nos de somno sur-
gere. Nunc enim propior est
nostra salus, quàm cùm credi-
D dimus. 12 Nox °præcessit, dies
° Q. n. autẽ appropinquauit. Abiicia-
mus ergo opera tenebrarum,
& induamur arma lucis. 13 Si-
cut in die honestè ambule-
Luc. 21, 34. Galat. 5, 16. 1 Pet. 2, 11. mus: non in comessationibus
& ebrietatibus, non in cubili-
bus & impudicitiis, nõ in con-
tentione & æmulatione: 14 sed
°induite 4 MS. Amb. s. G. verò vtro-que modo trãsferri possunt. °induimini Dominum Iesum
Christum, & carnis curam ne
feceritis in desideriis.

CAP.

8 Nemini quicquam debeatis.] *Huiusmodi quæ iam indicauimus, cùm debita sint, legibusq́ue tum diuinis tum humanis constituta: idq́ue rectè adeò exactè exsolui, & persolui per vos conueniet, vt nemini quicquam debeatis, quin satis abundeq́ue soluendum curetis, tantumq́ue illud vobis nunquam satis præstitum, quin amplius etiam debitum existimetis, hoc est, vt inuicem diligatis Christiana charitate: cuius vis tanta est, vt qui illa plenus sit, legem eam quæ ad proximos pertinet, suauiter ac diligenter impleat, cùm nihil nolit aut fugiat sibi, quin idem alteri nolit & auertat, contrà nihil sibi velit & optet, quin idem & amplius etiam proximo cupiat & procuret. ex quo consequitur: Dilectionem plenitudinem legis esse.*

11 Et hoc scientes.] *Id quod hactenus vobis commendaui honestum ac decens officium semper coli obseruariq́ue debuit ab iis qui rationis vsu præditi sunt, nedum à nobis hoc tempore, cùm luce iam hominibus exorta, rerum omnium discrimina cognósci possunt, optimeq́ue secerni quid petendum, quid fugiendum, quid contemnendum sit, tum propter lucis ipsius præstãtiam, quia sumus in doctrina Euangelica die nullis permixto tenebris, nullis falsis definitionibus vtilitatis & commodorum confuso, sed aperto; in die, inquam, quo virtutis & sana disciplina rectis obseruatoribus propositum præmium paratum est, iamiam mox quàm primum donandum; proprior enim nobis omnibus est nunc nostra salus, quàm eo tempore erat, quo primùm exposita sunt nobis Dei promissa, quibus credidimus. igitur oportet nos, omni inscitia, stultitia, vitio, voluptate, atque etiam contentione aduersus alios exspoliatos, omni denique carnis nostræ cura deposita, id studere vnum, vt Christum induamus, illum Dominum Iesum vnctum à Deo, qui sese in omnem Patris obedientiam pro nobis, pro mundoq́ue omni, humillimum vsque ad mortem præbuit.*

M In

CAP. XIIII.

1 INfirmum autē in fide as- A
sumite: non in disceptatio-
nibus cogitationum. 2 Alius
enim credit se mãducare om-
nia: qui autem infirmus est,
olus [b]manducet. 3 Is qui man- [b]manducat I M S e. 2.
ducat, non manducãtem non
spernat: & qui non manducat,
manducantem non iudicet.
Deus enim illum assumpsit.
4 Tu quis es, qui iudicas alie- Iac 4,12.
num seruum? Domino suo
stat

IN CAP. XIIII.

1 Infirmum autē in fide.] *Atque de studiis vestris singulorū, tam eorū qui priuatè viuunt, quàm eorum etiam qui ministeriis publicis addicti sunt, atque de officiis erga publicam hominum societatem obseruandis cùm iam dixerimus; superest vt de familiari inter vos consuetudine dicamus, quemadmodū viuere agereq́ oporteat vnumquemque in iis rebus, quæ sua natura mediæ indifferentesq́ sunt, iis tamen obseruandæ fuerunt, qui sub lege erāt Mosaica, ex ipsius legis instituto, atq. antiqua cōsuetudinis interpretatione, quas postea Christianæ doctrinæ lux expediuit, & veritate præsente tanquam otiosas excepit, ita tamen excepit, vt ad charitatem & ædificationem omnia referēda duxerit. Igitur moniti antea estis, vt singuli munus officiumq́ suum, summa cum modestia, diligentia & fidelitate curet, vt nullū offendiculum cæteris in vera pietatis cursu opponat. Sunt in Ecclesia aliqui, qui cùm non teneāt rationem omnem rerum credendarum, atque ignoratione quarundam laborent, siue quia non satis edocti sunt veritatis Christianæ scientiam, & lucem claram non vsquequaque perceperūt, siue quia antiquæ consuetudinis conscientia detinentur, infirmi in fide vocantur: hos tanquam infirmos non impelli, imò potius suscipi & foueri deduciq́ per vos oportet, in his præcipuè rebus, quæ cùm antea obseruatæ fuerint in lege, nunc otiosæ & mortuæ sunt: cuius generis illa sunt, quæ ad cibos̄ in legis ceremoniis vetitos, & ad dierum quorundam obseruationem pertinent. hæc ita debent agi & tractari, vt infirmiores placidè instruantur, sed non euertantur; & ducantur potius ad cognitionem, quàm abalienentur contentionibus & redargutionibus.*

2 Alius enim.] *Huius argumenti exempla subiiciamus. Est aliquis, qui cognitione Christianæ lucis instructus, credit sibi licere iam edere omnia quæ ad esum apta sunt; estq́ in conuiuio aut cœna, & existimat se neminem offendere, & comedit ea quæ apposita sunt: alius autem in eadem mensa, cùm videat ea, quibus antea propter legem abstinuit, olus potius comedit quàm ea tangat. oportet igitur in huiusmodi rebus ita se habere, vt vnusquisque existimet, alium nihil aduersus conscientiam facere in hac prima nascentis Ecclesiæ simplicitate. Itaque is qui manducat omnia, non spernat non manducantem tanquam ignorantem & impotem veritatis, atque antiquis adhuc ritibus inhærentem; & is qui non manducat, ne iudicet ac damnet eum qui manducat omnia tanquam minus religiosum, & improbandi exempli authorē. Namq́ vtriusque cura Deo suscepta est; vtrumque iam Christianum factum, Deus in familiam suam adscripsit; neque licet cuiquam aliquid moliri quo Dei familia dissipetur, sed studere & eniti vt magis indies instruatur, frequentetur q́. Tu quis es qui iudicas & damnas alienum seruum, illumq́ heri sui familia deturbare contendis, indignum & inutilem iudicando? Namq́ ille non tibi stat, si stat; non tibi cadit, si cadit, sed Domino suo; & si tibi videtur cadere, tamen stabit; potens enim est Dominus statuere illum. Primùm persuadeto tibi, illum esse Domini, & intelliges non tibi licere illum tanquam tuum damnare ac excludere è domo. Sit aliud exemplum in obseruatione*

obseruatione dierum legalium, hoc est, qui lege Mosis sacri habentur: Atqui inter Christianos nunc, tenera adhuc Ecclesiæ ætate, sunt quidam, qui ex diuturna consuetudine, atque ex veteris Testamenti lectione, necnon doctorum interpretatione, adhuc illam retinent dierum distinctionem; alius autem iudicat omnem diem iam æqualem esse Christianis, qui à legis ceremonialis obseruatione liberi sunt, propter perpetua spiritualia festa à Christo allata, qui illarum vmbrarum corpus & lux est ipsa. Vnusquisq; ex his, quos diximus, ea conscientia qua tenetur integrè, simpliciter, sine vllo malo dolo, sine alterius damnatione abundet; hoc est, id quod agit, Domini causa faciat, non alia contentione aut cogitatione perturbatus. Qui existimat curam diei sibi habendam, ille Domini causa curat, cuius de ea re mandatum habuit, neque adhuc vlterius instructus est: qui verò non sibi curandum diem existimat, ideoq; non curat, non suo id arbitratu, sed Domini causa facit, cuius beneficio satis edoctus est, illarum ceremoniarum finem iam esse factum: & qui manducat, Domino manducat; hoc est, intelligens & credens id sibi iam per Dominum licere: vtpote iam præteruaso illas antiquas vmbras: ideoq; quia id à Domino sibi constare credit, gratias agit Deo ante & post cœnam: & qui non manducat, similiter non manducat Domino, hoc est, obseruatione earum ceremoniarum, quas Domino sacras esse existimat, nondum vlterius plenè instructus, ideoq; & hic gratias agit Deo, etiam propter illam prohibitionem, cuius ipse mentionem facit dum gratias agit.

stat aut cadit. stabit autẽ: potẽs est enim Deus statuere illũ.
5 Nam alius iudicat diem inter diem: alius autẽ iudicat omnem diem. vnusquisq. in suo
B sensu abũdet. 6 Qui sapit diẽ, Domino sapit*. Et qui mãducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino nõ manducat, & gratias agit Deo.
7 Nemo enim nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur. 8 Si-
ue

*Et, qui non sapit diem, Domino nõ sapit G.S.

7 Nemo enim nostrum.] *Nemo nostrum, qui iam nomen Domino dedimus, existimare debet, vitæ suæ rationem sibi vni esse reddendã, atq; ideò sibi licere arbitratu suo viuere aut mori; sed cùm intelligat se esse Domini, & Domino suo vitam suam consecrare & probare studet; & mortem etiam, si moriẽdum sit, non ad suum arbitratum, sed ad Domini voluntatem referendam esse existimat; nedum aliis liceat, aliorum vitæ & morti pro suo arbitratu dominari. omnia tam nostra quàm aliorum debent respicere Domini authoritatem & voluntatẽ: siue enim viuimus, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur: siue ergo viuimus siue morimur, Domini sumus. ideò enim Christus & mortuus est, & surrexit, & reuixit pro nobis, vt nos & viuos & mortuos, morte & resurrectione sua compararet, atq; vti dominus legitimus possideret. igitur si habemus Dominũ cuius sumus, cuiq; cura nostrũ est, tu in iis quæ sua natura mala nõ sunt, quanquam tibi adhuc prohibita videãtur: quid iudicas & dãnas fratrẽ tuũ? non est tibi ius in fratrẽ tanquã domino, sed tanquã fratri, hoc est, amoris, charitatis, & lenitatis. & tu qui existimas, imò credis te esse liberũ ab illa prohibitione, quid spernis fratrẽ tuũ? qui tametsi nondũ attingat cognitionẽ istam, quam tu assecutus es, tamẽ frater tuus est, tibiq; hoc iure æqualis; atq; id quod agit, nõ ex temeritate, sed ex cõscientia, timore ac reuerentia agit; atq; in hac re pares omnes sumus, quòd omnes astabimus ante tribunal Christi, omnium nostrum Domini ac iudicis, cuius iudicium integerrimum ex nullius hominis præiudicio pendet, sicut scriptum est: Viuo ego; &c.*

13 Non ergo amplius.] *Verum igitur consentaneumq; est, vt nemo deinceps in iis rebus quæ natura adiaphora sunt, ex præcepto autem obseruationem aliquam postulant, quæ ad significationem referatur nondum omnibus vobis notam, vt nemo, inquam, alterum iudicet; imò totum iudicium in huiusmodi rebus eò conferte, vt caueatur, ne quis vel offensionẽ obiiciat, vel pedicas & laqueos coniiciat fratri, ex quo effici solet, vt ille qui simpliciter currebat, procidat, vel retardetur in cursu ad salutem suam instituto.*

14 Scio & confido.] *Atque id quod vobis commendo obseruandum, ego tanto studio obseruo, vt cùm ex sacra lectione sciam, & ex doctrina quam in Christo habeo, persuasus sim, & confidam, nihil sua natura esse commune & pollutum; esse tamen quædam existimata communia, nonnullis nondum planè veritatis scientiam edoctis, atque ideò eadem propter conscientiam illis esse communia. itaq; nemo de his rebus plus me scit; & quod vobis mando, sciens & prudens mando, studio veritatis & ædificationis Ecclesiæ.*

15 Si enim propter cibum.] *Quòd si frater tuus contristatur propter cibum, vel vetitum vel concessum tuo exemplo ac iudicio; manifestum est, te non inire charitatis rationem, quæ non æmulatur, non contendit, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt: vel hoc tu facis vt sapientior videaris, vel vt pientior & religiosus magis, vel etiam vt fruaris tuo cibo pro libidine, nec patiaris aliquo modo priuari eo, quod tibi placet; indignum verò est, cibi tui causa illum perdi, quem Christus tanti fecit, vt pro illo sit mortuus.*

16 Non ergo blasphemetur.] *Igitur bonum vestrum, hoc est, Christiana cognitio de his rebus, quam quidam vestrum habent, non vituperetur tanquam legi Dei contraria, culpa & vitio, aut importunitate eorum qui abutuntur.*

17 Non

ue enim viuimus, Domino
viuimus: siue morimur, Do-
mino morimur. Siue ergo vi-
uimus, siue morimur, Domi-
ni sumus. 9 In hoc enim Chri-
stus *mortuus est, & °resurre- *& 10 MS. Amb. G. S.
xit': vt & mortuorum & viuo- °reuixit 6 MS. Q. n.
rũ dominetur. 10 Tu autẽ quid
iudicas fratrem tuum? aut tu
quare spernis fratrem tuum?
Omnes enim stabimus ante 2 Cor. 5, 10.
tribunal Christi. 11 scriptũ est C
enim, Viuo ego, dicit Domi- Isaia 45, 23. Phil. 2, 10.
nus, quoniam mihi °flectetur' °flectet 5 MS. G. 2.
omne genu: & omnis lingua
cõfitebitur Deo. 12 Itaq. vnus-
quisque nostrum pro se ratio-
nem reddet Deo. 13 Non ergo
amplius inuicem iudicemus,
sed hoc iudicate magis, ne po-
natis offendiculum fratri vel
scandalum. 14 Scio & confido
in Domino Iesu, quia nihil
commune per °ipsum': nisi ei °seipsum c. 6
qui existimat quid commune
esse, illi cõmune est. 15 Si enim
propter cibum frater tuus cõ-
tristatur: iã nõ secundũ chari-
tatem ambulas. Noli cibo tuo 1 Cor. 8, 12.
illũ perdere pro quo Christus
mortuus est. 16 Non ergo blas-
phemetur bonum °nostrum'. °vestrum 2 MS. R. G.
17 Non

[17]Non est enim regnum Dei
esca & potus: sed iustitia, &
pax,& gaudiũ in Spiritu san-
cto. [18]qui enim in hoc seruit
Christo,placet Deo,& proba-
D tus est hominibus.[19]Itaq. quę
pacis sunt, sectemur: & quæ
-6 MS. c.s. ædificationis sunt, inuicẽ cu-
stodiamus'. [20]Noli propter
escã destruere opus Dei. om-
Tit.1,15. nia quidem sunt munda: sed
malum est homini qui per of-
1 Cor.8,13. fendiculum manducat.[21]Bo-
num est non manducare car-
nem, & non bibere vinum,
"offendit 4 MS. Amb.G. neque in quo frater tuus "of-
fenditur', aut scandalizatur,
aut infirmatur. [22]Tu fidẽ ha-
bes? penes temetipsum habe
corã Deo:Beatus qui nõ iudi-
cat semetipsũ in eo quod pro-
bat. [23]Qui autem discernit,si
mãducauerit,dãnatus est:quia
non ex fide. Omne autẽ quod
non est ex fide, peccatum est.

CAP.

17 Non est enim regnum Dei.] *Verum quidem est, harum rerũ omnium cognitionem exactã in Christiana pietate esse; verùm Christiana pietas non agit de his tanquam præcipuis & maximis, sed de regno Dei, quod commendare studet omnibus hominibus, & quærendum primùm inprimisq; docet. Atqui regnum Dei non est esca & potus, non definitur vsu & facultate edendi & bibendi quidquid libuerit, & fruendi rebus omnibus ad victum & voluptatem comparatis: sed regnum Dei definitur vsu donorum Dei huiusmodi expetendorum omnino, iustitia Dei, & pace Dei, & gaudio in Spiritu sancto: qui huiusmodi instructus donis Christo seruit, is & Deo placet, & hominibus probatus est, tantum abest, vt molestus aut grauis, aut iniurius vllo modo sit.*

20 Omnia quidem sunt mũda.] *Scimus quod obiicere aliquis nobis posset, nihil esse natura immundum quod esui aptum sit; fuisse quædam antiquis prohibita ad tempus mysterij ac significationis causa, hæc vbi per Christum absoluta, reuelata, patefactaq; fuerunt, iã illa quæ communia ex lege habebantur, esse munda vnumquodq; iuxta genus suum. Scimus, inquam, omnia munda esse hoc modo, sed ex hisce mundis malum est homini id, quod comedit cum fratris offendiculo; adeò vt bonum potius sit non manducare carnem, neq. bibere vinum, neque huiusmodi aliquid facere, in quo frater tuus aliqua ratione offenditur aut capitur, aut infirmior efficitur.*

22 Tu fidem habes?] *Dices te iam habere fidem ex verbo Dei, cui credis, & illa fide credere, tibi concedi ea, quæ vetita antea erant huius generis; sed cùm alter nondum huiusmodi singularium generũ notitiam ex fide habeat, neque te habere putet, offenditur tuo isto exemplo, cuius fidem non habet. non igitur tibi detraho fidem tuam, quæ tibi vtilis est, sed probo. verùm habe fidem tuam penes te & coram Deo, qui non offendetur, si tu sine fratris offensione id agis, cuius fidem habes: nam Deus scit fidem tuam, probatq; id quod ex fide agis; ita tamen vt ex fide agas: sed non est ex fide fratrem offendere, aut in laqueos trudere; imò contra fidem hoc est. Beatus qui non iudicat semetipsum, hoc est, non damnat sese in eo quod probat & sentit. satis est quod te non damnes cùm hoc sentis, & tibi non vetitum esse aliquid rectè credas, tibi ergo beatus esto, ita tamen vt aliis ruinæ causa non sis. Qui enim discernit & ambigit, nec fide*

ſingulari, hoc eſt, notitia ſingulari alicuius argumenti, exempli cauſa, ciborum inſtructus eſt, & ita ambigens manducauerit, is damnatus eſt ex ſua conſcientia: quia id quod comedit, non eſt edoctus ex fide ſibi iam eſſe conceſſum: quòd ſi non edoctus eſt, non certus facit; ſi non certus facit, errat & peccat contra conſcientiam ambiguam. Namq; ei cui ambigua eſt conſcientia, quidquid ſuſcipitur non ex fide, hoc eſt, ex doctrina Dei, cui fides habenda eſt, id non conſtans, non certum, non tutum, ſed ambiguum & incertum, atque ideò peccatum, id eſt, error eſt, tanquam alienum à cognito vero: verum autem cognitum eſt, ne quid fiat in quo ambigas rectúmne & iuſtum, an prauum & iniuſtum ſit. atque ita ille infirmus in fide, cùm præter conſcientiam ſuam, hoc eſt, non ex fide agit, errat agens id quod dubitat an rectū necne ſit, nedum ſi agat id quod omnino exiſtimat, non eſſe ex fide, imò aduerſus fidem.

CAP. XV.

1 DEbemus autem nos fir- A
miores, imbecillitates
infirmorum ſuſtinere, & non
nobis placere. 2 Vnuſquiſque
"veſtrū proximo ſuo placeat "noſtrum 4 M.S.C.Q.S.
in bonum, ad ædificationem.
3 Etenim Chriſtus nō ſibi pla-
cuit, ſed ſicut ſcriptū eſt, Im- Pſal. 68, 10.
properia improperātium tibi,
ceciderunt ſuper me. 4 Quęcū-
que enim "ſcripta ſunt, ad no- "anteſcripta c.s.
ſtram doctrinam ſcripta ſunt:
vt

IN CAP. XV.

1 Debemus autem.] *Cùm verò Eccleſia Chriſti multis conſtet membris, fortibus & firmis aliis, aliis verò infirmioribus; ex ratione cōpagis & conſtitutionis corporis eſt, vt ea quæ fortia membra ſunt, atque valent, ſubſidio ſint infirmioribus, opemq; ferant. ita igitur nos, qui membra corporis Chriſti ſumus, debemus ex Chriſtianæ ſocietatis iure, hoc eſt, corporis partium conuenientia, eos ſuſtinere & portare, qui ſunt infirmiores, & illorum imbecillitates ſuſtinere, & non nobis placere & indulgere: imò vnuſquiſque veſtrū proximo placeat & indulgeat in bonum, bonum autem interpretamur, ad vtilitatem, ad ædificationem.*

3 Etenim Chriſtus.] *Etenim Chriſtus, qui caput omnium noſtrum eſt, non ſibi placuit & indulſit, ſed ſuſcepit & ſubiit non ſolùm infirmitates hominū, ſed etiā probra ignominiamq; peccatorum hominū, vt eis prodeſſet, adeò vt in illū vnicè quadret illud quod ſcriptū eſt, Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. Hæc & omnia alia quæ de Chriſto feruntur, imitari nos atq; ſequi oportet: ideò enim ſcripta fuere Spiritu dictante ſancto, vt nobis lecta prodeſſent: quæcunq; enim ſcripta antea fuère à Spiritu ſancto, eo conſilio ſcripta fuère, vt nos doceremur, atq; vt edocti patiamur & ſuſtineamus ea quæ grauia videri poſſent, atque conſolatione exhortationeq; ſcripturarū animati, ſpem habeamus gloriæ à capite noſtro nobis cōmunicandæ. precor igitur Deum patientiæ parentem, authorem, & promotorē, vt det vobis idem ſapere & ſentire in alterutrum, iuxta Chriſti Ieſu exemplum & virtutem, vt animo atq; ore vno, eadē ſententia, eademq; oratione, eiuſdē ſententiæ iudice & interprete, Deū tanti doni authorē, gloria, laudiuq; honore celebretis. ideò verò vt hoc donū vobis à Deo concedatur, mutua concordia & charitate vſi ſuſcipite alij alios, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos cùm eſſetis infirmi ad gloriā Dei, quē ille hac obedientia glorificauit: ita fiet vt ij qui Chriſtiani vocati ſunt ex Gētibus, eos ſuſcipiāt qui ex Iudæis; & cōtrà, rurſus etiā vt fortiores qui fuerint, eos ſuſcipiāt qui ſunt imbecilliores, & imbecilli etiā curent nō eſſe moleſti fortioribus, ſed illis gratulētur ſuā illā præſtantiā à Deo donatā, & ſtudeāt charitati, qua Deus inductus, largiri ſolet benedictionē & vitā.*

8 Dico

vt per patientiam & consola-
tionem scripturarum, spē ha-
B beamus. 5 Deus autē patiētiæ
1 Cor.1,10. & solatij det vobis idipsum
sapere in alterutrū secundum
Iesum Christū: 6 vt vnanimes,
vno ore honorificetis Deū &
Patrem Domini nostri Iesu
Christi. 7 Propter quod susci-
pite inuicem: sicut & Christus
suscepit vos in honorem Dei.
8 Dico enim Christum Iesum,
ministrum fuisse circuncisio-
nis propter veritatem Dei, ad
confirmandas promissiones
patrum. 9 Gentes autem super
C misericordia honorare Deū,
Psal.17,50. sicut scriptum est: Propterea
confitebor tibi in Gentibus
Domine, & nomini tuo cāta-
2 Reg 22,50. bo. 10 Et iterum dicit, Lætami-
ni Gētes cum plebe eius. 11 Et
Psal.116,1. iterum, Laudate omnes gētes
Dominū: & magnificate eum
oēs populi. 12 Et rursus Isaias
Isaie 11,10. ait, Erit radix Iesse: & qui exur-
"eo 3 MS. G. get regere Gētes, in "eum" Gē-
tes sperabunt. 13 Deus autem
spei repleat vos omni gaudio
& pace in credendo: vt abūde-
"in 1 MS.G.S. tis in spe, "&" virtute Spiritus
sancti. 14 Certus sum autē fra-
tres

8 Dico enim.] *Atque vt hoc argumentum, & totius Epistolæ meæ rationes breui peroratione concludam, Dico in summa, Iesum Vnctum Dei, fuisse ministrum Euangelij Israëlitis circuncisis, vt Deus se veracē probaret promissionum ad Patres factarum cōfirmatione, quibus dictum erat: Prophetam suscitabit tibi Dominus in medio tui de fratribus tuis, &c.*

9 Gentes autem.] *At verò Gentes, quanquam non habuerint promissum illius Prophetæ ipsis excitandi & mittendi in ministrum præsentem Euangelij; tamen ex diuino consilio admissas fuisse ad misericordiæ Dei communionem & vsum, eáque etiam parte gloriam Dei constare & celebrari oportere. hoc verò consilium, neque nouum neque inauditum esse, imò frequentibus oraculis fuisse significatum; ex quibus illa sunt, Propterea cōfitebor tibi, &c. Demū Isaias hanc etiā spem Gētibus proposuit.*

13 Deus autem spei.] *Precor autē Deum, spei sanctissimæ authorē, vt ille vos repleat omni gaudio spirituali, quod verum gaudiū & integrum est, & pace illa, quam Filius eius dat in credendo secūdum operationem virtutis ipsius: vt his aucti donis, abundetis in spe filiorum Dei per efficientiam Spiritus sancti.*

14 Certus sum autē.] *Atq; officij mei rationem vobis exponere iam fratres volo, persuasus equidē sum, vos plenos esse bonitate ac dilectione, repletos omni scientia, adeò vt possitis alias gētes monere & instruere: verùm ego ausus sum hæc pauca breuiter scribere, hoc est, partē aliquā referre eorū quibus abundatis vos, tanquā qui breuiter commemoraret ea quæ vos scitis, vt facerem officiū meū, tum confessione eorū, quibus ex Dei beneficio instructus sum, tum etiam muneris mei expositione per gratiā mihi datam expositionis & prædicationis Euāgelij, vt sim minister Iesu Christi in Gentibus: & vt ille sanctificauit ministerium suum apud circuncisionem; ita ego illius iussum secutus, & ministerium imitatus, sanctificem Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata in Spiritu sancto.*

17 Habeo

tres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis di-
lectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrũ mone-
re. 15 Audacius autẽ scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in D
memoriam vos reducens: propter gratiam quæ data est mi-
hi à Deo, 16 vt sim minister Christi Iesu in Gentibus: san-
ctificans Euangelium Dei, vt
fiat oblatio Gentium accepta
˜& ʼsanctificata in Spiritu san- -5 MS.C.
cto. 17 Habeo igitur gloriã in
Christo Iesu *ad Deũ. 18 Non *in iis quæ c.
enim audeo aliquid loqui eo-
rum quæ per me non "efficit' "effecit 2 MS.C 3.
Christus in obedientiã Gen-
tium, verbo & factis, 19 in vir-
tute signorũ & prodigiorum,
in virtute Spiritus sancti: ita vt
ab Ierusalem per circuitũ vsq.
ad Illyricũ repleuerim Euãge- E
lium Christi. 20 Sic autẽ "præ- "annitens prædicare c.2.
dicaui' Euangeliũ hoc, nõ vbi
nominatus est Christus, ne su-
per alienũ fundamentũ ædifi-
carem: 21 sed sicut scriptũ est,
Quibus nõ est annuntiatũ de Esaia 52,15.
eo, videbunt; & qui non au-
dierunt, intelligent. 22 Propter
quod & impediebar plurimũ
venire ad vos*. 23 Nũc verò vl- *& prohibitus sum vsq. adhuc c
terius locũ non habens in his
regionibus, cupiditatẽ autem
habẽs veniẽdi ad vos ex mul-
tis iam˜ præcedentibusʼ annis: -c.2.
24 *cùm

17 Habeo igitur gloriam.] *Possum autẽ hanc mihi à Deo datam gratiam prædicare & gratulari in Christi Iesu virtute & efficacitate, in qua ego hanc accepi omnibus diuinis signis opportunis declaratam, ita vt nihil ego addam loquendo & iactando eorum quæ Christus non effecerit per me, tum proloquendo, docẽdo, prædicando, asserendo Euãgelio, tum etiam signis, portẽtis, miraculis, Spiritus sancti distributionibus, atque etiam laboribus aliis à me subitis confirmando, atque hoc pacto gentes ad obedientiam Euangelij vocando: ita vt boni nuntij munus & officium impleuerim à Ierusalem & in circumvicinis regionibus ad Illyricum vsque, idq; magno studio egerim & curauerim, ibi maximè vbi Christus antea non erat nominatus, ne videlicet super alienum fundamentum ædificarem, & minus certam fortaßè, minusq; perspicuam esse gratiã, quæ data est mihi, caussari, aut operam meam minorem, minusq; fidelem dicere quis poßet. imò id mihi contigit verè quòd scriptum est, Quibus non annuntiatum est de eo, videbunt, & qui non audierũt, intelligent. cumq; illis in regionibus essem occupatißimus, valde impediebar quo minus ad vos venirem.*

23 Nunc verò.] *Nunc verò cùm iam hic in regionibus his omnia explessem, & cuperẽ maximè ad vos venire, idq; multis annis, tandemq; cogitans per vos venire cùm in Hispaniam proficiscar, nam spero me prætereuntem vos obiter spectaturum, & à vobis illuc primũ rectà mittendum, vbi vobis fruitus aliquantum fuero, nõ tantùm fortaßè quantum cuperem, & quantum virtutis vestræ magnitudini par esset: sed nunc iam iter facio Ierosolymam versus, ministerium*

*sed 2 MS.
24 *cùm in Hispaniam profici-
*veniam ad vos, nam G.
sci cœpero*, spero quòd præ-
*videbo 2 MS. Amb. G. S.
teriens "videam' vos, & à vo-
bis deducar illuc, si vobis pri-
mum ex parte fruitus fuero.
F 25 Nunc igitur "proficiscar" in'
*proficiscor 1 MS. G. S.
Ierusalem ministrare sanctis.
- MS.
26 Probauerũt enim Macedo-
nia & Achaia collationem ali-
quam facere in pauperes san-
ctorum qui sunt in Ierusalem.
27 Placuit enim eis: & debito-
1 Cor 9, 11.
res sunt eorum. Nam si spiri-
*factæ sunt Gentes 1 MS. Amb. G. S.
tualium eorum participes "fa-
cti sunt Gentiles': debent & in
carnalibus ministrare illis.
28 Hoc igitur cùm cõsumma-
uero, & assignauero eis fructũ
hunc: per vos proficiscar in
Hispaniam. 29 Scio autẽ quo-
niam veniens ad vos, in abun-
*Euangelij G. S.
dantia benedictionis * Christi
veniam. 30 Obsecro ergo vos
G fratres per Dominũ nostrum
Iesum Christum, & per chari-
- 1 MS. G. S.
tatem "sancti' Spiritus, vt ad-
- MS. q.
iuuetis me in orationib. "pro
me' ad Deum, 31 vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa,
*in Ierosolymam 14 MS. G.
& obsequij mei oblatio *accepta fiat "in Ierusalem' sanctis,
- 14 MS. G. Q. n.
32 vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, "vt "re-
*& 9 MS. Amb. G. S.
frigerer' vobiscum. 33 Deus autem pacis sit cum omnibus
*requiescam 1 MS. G. S.
vobis. Amen.

nisterium aliquod exhibiturus sanctis. Placuit enim Macedonensibus fratribus, & iis qui in Achaia sunt conferre aliquid in vsum pauperum, qui sunt inter sanctos Ierosolymitanos & Ierosolymitanenses; ipsi, inquam, spontè contulerunt; & profectò officium in ea re faciunt suum, namque debitores aliàs ipsis sunt, in quorum spiritualem communionem sunt recepti: Nam si Gentiles communicatione spiritualium donorum sunt donati per Deum, atque hoc placuit etiam Ierosolymitanis sanctis; qui cognito Spiritus sancti cõsilio, & gratulati sunt valde, & quemadmodum ministerium Euangelij apud Gentes dilataretur prospexerunt; debent & Gentiles sanctis illis in carnalibus ministrare, vt populus reliquus filiorum Israël, Sacerdotibus & Leuitis ministrare solet ex fructibus agrorum suorum. itaque cùm perfecero hoc mandatum, & integrum obsignatumq; fructum hunc iis reddidero ad quos mittitur, proficiscar per vos in Hispaniam. Scio autem quod cùm ad vos veniam, Euangelij Christi benedictionem abundè vobis probabo: itaque non ero sine fructu apud vos. cupio autem à vobisq; postulo adiuuari me vestris precibus apud Deum, vt liberer ab infidelibus iis qui sunt in Iudæa, qui non credunt imò aduersantur Euangelio Iesu Christi; & vt ministerij, cuius causa proficiscor, oblatio accepta fiat sanctis, ita vt gaudens ad vos veniam, Deo volente atque probante, & vnà vobiscum recreer. Precor autem vobis pacem illam, quam Deus author dat iis quibus sese dat & patrem prabet beneuolentissimum. Amen.

IN

N CAP.

IN CAP. XVI.

1 Phœben fororem.] *Per quam epiſtola hæc ad Romanos delata dicitur.* Quæ eſt in miniſterio] *Pauperum viduarum & hoſpitalitatis Chriſtianæ, quamobrem impẽſius etiã officium ei debetur, quæ ſuam operam publicè & priuatè pietatis cauſa impendit, & mihi tanquam Euangelij miniſtro curam probauit ſuam: Qui ergo ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.*

3 Adiutores meos.] *Qui ſuam operam mecum contulerunt, vt facilius ego Euangelio vacare poſſem.* Priſcam] *Eadem & Priſcilla.*

5 Et domeſticam Eccleſiam eorum] *Collegium totum eorum qui apud ipſos agunt, ad eoſq; conueniunt.*
Primitiuus Aſiæ.] *Primus fructus in Aſia oblatus Deo, qui in Chriſto productus fuit, plantatus à Deo in vite illa.*

7 Concaptiuos meos.] *Qui mecum pro Chriſto in vinculis fuerunt; qui ante me fuerunt in Chriſto inſiti, & ipſi etiam Apoſtolatus ſignum obtinent, vt qui pro Chriſti Euangelio vinculis & carceribus fuerint detenti: ſunt enim huiuſmodi ſigna & teſtimonia Apoſtolatus, atque adeò his nominibus cæteris Apoſtolis noti ſunt.*

15 Olym-

CAP. XVI.

COmmendo [1] autem vo- A
bis Phœben ſororẽ no-
ſtram, quæ eſt in miniſterio
Eccleſiæ quæ eſt in Cenchris:
[2] vt eam ſuſcipiatis in Domi-
no dignè ſanctis: & aſſiſtatis ei
in quocunque negotio veſtri
indiguerit. etenim ipſa quoq.
aſtitit multis, & mihi ipſi. [3] Sa-
lutate Priſcam & Aquilã ad- *Act.18,2.26*
iutores meos in Chriſto Ieſu,
[4] (qui pro anima mea ſuas cer-
uices ſuppoſuerunt: quibus
non ſolus ego gratias ago, ſed
& cunctæ Eccleſiæ Gentium)
[5] & domeſticã Eccleſiam eo-
rum. Salutate Epænetum dile-
ctum mihi: qui eſt primitiuus
"Aſiæ' in Chriſto*. [6] Salutate "Q. a. *Ieſu MS q.
Mariam, quæ multum labo-
rauit in "nobis'. [7] Salutate An- "vobis MS. *Amb.* & q. s.
dronicũ & "Iuliã' cognatos & "Iuniam 2 MS. R. G. S.
concaptiuos meos: qui ſunt
nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto. [8] Sa- B
lutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino. [9] Salutate
Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn
dilectum meum. [10] Salutate Apellen probum in Chriſto. Sa-
lutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli*. [11] Salutate Herodionem *domo MS. S. at textus conſentit G.
cognatum meũ. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui
ſunt in Domino. [12] Salutate Tryphænam & Tryphoſam: quæ
laborant in Domino. Salutate Perſidem chariſsimam, quæ
multùm

multùm laborauit in Domi-
no. 13 SalutateRufum electum
in Domino, & matrem eius &
meam. 14 Salutate Asyncritũ,
Phlegõtem, Hermam, Patro-
bã, Hermen: & qui cũ eis sunt,
fratres. 15 Salutate Philologũ
& Iuliã, Nereũ, & sororẽ eius,
ᵃOlympam c. 5. & ᵃOlympiadẽ: & omnes qui
cum eis sunt, sanctos. 16 Salu-
tate inuicem in osculo sancto.
Salutant vos omnes Ecclesiæ
C Christi. 17 Rogo autẽ vos fra-
tres, vt obseruetis eos qui dis-
sensiones & offendicula præ-
ter doctrinam, quam vos didi-
cistis, faciunt, & declinate ab
illis. 18 Huiuscemodi enim
Christo Domino nostro non
seruiunt, sed suo ventri: & per
dulces sermones & benedi-
ctiones seducunt corda inno-
centium. 19 Vestra enim obe-
ᵇomnes c. 5. dientia in ᵇomnem locum di-
uulgata est. Gaudeo igitur in
vobis. Sed volo vos sapientes
esse in bono: & simplices in
malo. 20 Deus autem pacis
ᶜconteret 4 Ms. Amb c. 5 ᶜconterat Satanam sub pedi-
bus vestris velociter. Gratia
Domini nostri Iesu Christi
Act. 16, 1. Phil. 2, 19. vobiscum. 21 Salutat vos Ti-
motheus

15 Olympiadem.] *Siue* Olympam *: viri nomen est* Omnes sanctos.] *Sanctificatos à Deo per Christum, atque hoc nomine notos in Ecclesia & Apostolis discretionem spiritum habentibus.*

17 Vt obseruetis.] *Diligenter speculemini authores dissensionum, atque offensionum & laqueorum obtentores, qui à simplicitate Christianæ doctrinæ vobis tam exposita discedunt ambitionis & lucri studio.*

18 Dulces sermones & benedictiones.] *Magnas pollicitationes magnorum bonorũ, atq. ornatas & suaues orationes eleganter factas ad assentationem, bonosq́; prætextus pietatis.* Innocentium.] *Simplicium ũ, minimeq́; malorum, sed incautorũ, & qui malitiã nõ norunt.*

19 Vestra enim obedientia.] *Huiusmodi peruersi homines occasionem captant ex bonitate ac facilitate vestra, quæ omnibus sese commẽdabilem præbet: estis enim prompti ad obediendum omnibus in rebus quæ ad pietatẽ promouendam facere videantur; quod quidem ingenium vestrum mihi valde probatur, & summa gratulatione excipitur; verùm improbatur istorum malitia, qui vestra facilitate abutuntur. quocirca cùm vos amem, volo vt ingenium & morem istum retineatis, ita tamen, vt vobis bene, aliis non malè consulatis: sitis sapientes in bono vestro deligendo, optando, procurando: in malo autem reiiciendo simplices; hoc est, vt ita malum reiiciatis, vt facilitatem vestram retinentes, nemini noceatis.*

20 Deus autem pacis.] *Deus, qui pacis author, amator, & commendator est, ita vos ad pacem intentos conseruet & tueatur, vt ipse sua virtute vobis conterat gloria sua & salutis vestræ aduersarium sub pedibus vestris, idq́; celerrimè, vt nullus sit locus simplicitati & paci vestræ perturbandæ, sed illa admirabilis gratia Iesu Christi Domini & redemptoris nostri sit vobiscum, Satana contrito & amoto.*

22 Ego Tertius,] *Ita enim vocor, qui dictante Paulo epistolam hanc vobis mittendam excepi & scripsi, saluto vos in Domino.*
23 Caius hospes meus.] *Corinthius quem Paulus à se baptizatum ait. 1. ad Corinth. 1. Alter fuit Derbensis; de quo Act. 20.*
Arcarius.] *Oeconomus procurator siue curator ciuitatis Corinthiorum.*
Quartus.] *Nomen proprium.*
25 Ei autem qui potens est.] *Ei qui potest vos stabilire in illo arcano mysterio, cuius ego bonum nuntium affero, affirmoq; id mysterium per Iesum Christum reuelari & communicari, ita vt ad cognoscendum nunc exponatur omnibus Gentibus iuxta oracula & scripturas Prophetarum: quod mysterium ab initio mundi per tempora omnia tacitum fuit, nunquámque ante hac manifestatum reapse, vt nunc manifestatum est secundum ordinationē Dei, in propheticis scripturis indicatam: ipsi, inquā, Deo, qui solus tempora, momenta, rationesq; maximi huius mysterij nouit, proposuit, disposuit & explicuit; vtpote qui solus sapiens sit, idq; effecit quod sapienter proposuerat; sit gloria per eum, per quem omnia fecit & restituit, & perfecit Iesum Christum, in sæcula.*

AMEN.

motheus adiutor meus, & Lu-
cius, & Iason, & Sosipater co-
gnati mei. 22 Saluto vos ego
Tertius, qui scripsi epistolam,
in Domino. 23 Salutat vos Ca- D
ius hospes meus, & "vniuersa "vniuersæ Ecclesiæ 6 MS. Amb. G. S.
Ecclesia'. Salutat vos Erastus
arcarius ciuitatis, & Quartus,
frater. 24 Gratia Domini nostri
Iesu Christi cũ omnibus vo-
bis, Amen. 25 Ei autem qui po- Ephes. 3, 20.
tens est vos confirmare iuxta
Euangelium meum & prædi-
cationem Iesu Christi, secun-
dum reuelationem mysterij
temporibus æternis taciti,
26 quod nunc patefactũ est per
scripturas Prophetarũ secun-
dum præceptum æterni Dei,
ad obeditionem fidei, in cun-
ctis Gentibus cogniti, 27 soli sapienti Deo, per Iesum Chri-
stum, "cui "honor, "& 'gloria in secula seculorum. Amen. "1 MS. R. B. S. Q. R. "1 MS. Amb. G. S. "3 MS.

Benedictus qui dat lasso virtutem.

Has in D. Pauli ad Romanos Epistolam Elucidationes, Benedictus Arias Montanus, Christianæ pietatis studiosorum seruus, Romæ hospes apud D. Praxedin in æde titulari Caroli Borrhomæi Cardinalis, Archiepiscopi Mediolanensis, describebat, 11. Kal. Augusti. Anno sacro Iubilæi CIↃ. IↃ. LXXV. *Gregorio* XIII. *Pontifice.*

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in priorem ad Corinthios Epistolam ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Corinthij Christianæ veritatis humanæque salutis Euangelium à Paulo primùm audierant, quod & libenter susceperant, & Christum etiam in se efficacem experti fuerant; atque ita demum Ecclesia illa creuerat in summa pace ac tranquillitate, nullis vexata tyrannorũ aut Principum, aut inuidorũ pessimorumq. hominum exagitationibus, quę res in causa fuit, vt alij etiam Christiani nominis professores ac ministri eò confluerent; ex quibus nonnulli hominis magis quàm Euangelistæ sensu ducti, suas sentẽtias Christianæ simplicitatis rationibus miscerent, eloquentiamque magis quàm veram sapientiam curarent; atque hoc demum pacto discipulos ad contentiones deducerent: deinde verò & ad subtiles disputationes, variasque de variis in Christiano populo conditionibus opiniones & constitutiones, tandemq. quibusdam vitiis aditus patefactus fuerit, quibus Christiana sanctitas valde contaminaretur, & opinio apud Gentes imminueretur. Hanc rationem omnem cùm Paulus partim ex publica fama, partim ex certis authoribus accepisset, plerunque etiam ex spirituum discretione qua prędirus erat cognouisset, hac epistola corrigendam suscepit: qua simplicitatem illam Christianam vnicum actionum omnium suarum scopum cõmendare & asserere studet; deinde etiam de iis argumentis disserit, quæ velut inutilia & superuacanea religioni Christianæ reiiciẽda, vel vt vtilia & cõmoda cognoscenda obseruandaq. esse duxerit.

CAP. I.

A PAVLVS [1]vocatus Apostolus Iesu Christi, per volũtatem Dei, & Sosthenes frater, [2]Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum

IN CAP. I.

1 Vocatus Apostolus.] *Non vltrò propria ambitione vel temeritate ingestus aut intrusus in Apostolatum, sed per voluntatem Dei à Iesu Christo vocatus. Et Sosthenes frater eiusdem studij, eiusdemq; sententiæ, qui non nostra quæramus, sed publica commoda ad gloriam Dei.*

2 Sanctificatis.] *Partitur Ecclesiam in sanctificatos & inuocantes nomen Domini, &c. exponit qui sint sanctificati in Christo Iesu, non qui seipsos sanctificare potuerint illa sanctitudine Christiana admirabili, sed qui in Christo fuerint sanctificati, atque in ea vocatione, hoc est, dignitate & conditione constituti.* Cum omnibus.] *Cæteri qui non eo sanctitatis deducti adhuc sunt, sed in Christũ credentes omni studio, fide, & officio contendere debent, vt eò deducantur per Deum, dicuntur inuocantes nomen Domini.* In omni loco.] *Quocunque gradu & conditione teneantur, siue ministri sint, siue ex priuatorum numero: namque epistola singulariter ad Corinthios destinata est.*



rum & nostro. [3]Gratia vobis
& pax à Deo Patre nostro &
Domino Iesu Christo. [4]Gra-
tias ago Deo meo semper pro
vobis in gratia Dei quæ data
est vobis in Christo Iesu,
[5]quod in omnibus diuites fa-
cti estis in illo, in omni verbo,
& in omni scientia, [6](sicut te-
stimonium Christi confirma-
tum est in vobis,) [7]ita vt nihil
vobis desit in vlla gratia, ex-
pectãtibus reuelationem Do-
mini nostri Iesu Christi, [8]qui B
& confirmabit vos vsque in
finem sine crimine, in die ad-
uentus Domini nostri Iesu
Christi. [9]Fidelis Deus: per quẽ 1 Th. 5,24.
vocati estis in societatem filij
eius Iesu Christi Domini no-
stri. [10]Obsecro autem vos fra-
tres, per nomen Domini no-
stri Iesu Christi, vt idipsum di-
catis omnes, & non sint in vo-
bis schismata: sitis autem per-
fecti "in eodem sensu, & in ea-
dem scientia'. [11]Significatum
est enim mihi de vobis fratres
mei, ab iis qui sunt Chloës,
quia contentiones sunt inter
vos. [12]Hoc autem dico, quòd
vnusquisq. vestrum dicit, Ego
quidem

"eadem mẽte, & eadem sententia, MS.C.S.

3 Gratia vobis & pax.] *Gratia illa diuina quæ gratissimos vos reddat Patri nostro adoptatos in filios per Iesum Christum, quam pax illa simplicissima ab omni contentione aliena comitatur.*

4 In gratia Dei quę data est vobis.] *Vobis qui sanctificati estis, atque adeò omni Ecclesiæ gratia facta est cognitionis Euangelij, & multorum donorũ, ad vtilitatem totius Ecclesiæ commodissimorum.*

5 Quod in omnibus diuites.] *Aucti estis & donati varijs donis, linguarum, scientiæ, interpretationis: sicut & illud mirabile testimonium Christi in vobis fuit confirmatum, sic etiam distributa sunt vobis dona hæc ad ædificationem facientia: quorum rectus ac legitimus vsus eò spectat, vt Dominus noster Iesus Christus reueletur in vobis, qui reuelatione sui confirmabit vos, &c.*

9 Fidelis Deus.] *Deus qui repromisit, ipse præstabit, efficietq; in vobis quæ pollicitus est, modo ne quid impedimenti à vobis opponatur.*

10 Obsecro autem vos.] *Vt Deus vobis id præstet quod promisit, obsecro vos per nomen vnicum Iesu Christi, atque vnicam & singularem illo nomine contentam virtutem diuinã, vt vnum idemq; omnes sentientes dicatis & profiteamini: neque solùm de rebus ipsis consentiatis, sed de rerum causis, authoritate & ministerio; & non sint in vobis schismata; variæ, inquam, factiones de ministrorum præstantia aut nomine.*

11 Significatum.] *Apertè mihi declaratum est à familiaribus Chloës quorum sermo à falsa delatione alienus est, vos in contentiones & comparationes magistrorum siue patrum diuisos esse; ita vt alius alium iactet magistrum siue patrem, tamquam aliud alius habeat præstantiæ quod alijs non sit commune, vel proprium sit cuiquam quod ad ministerij vsum sit à Deo concessum. alius iactat illum aut illum ministrum, alius ministros omnes spernẽs, aut se Christi solùm esse.*

10 Diui-

quidem ſum Pauli, ego autem
Act. 18, 24. Apollo, ego verò Cephæ, ego
autem Chriſti. 13 Diuiſus eſt
Chriſtus? Nunquid Paulus
crucifixus eſt pro vobis? aut in
nomine Pauli baptizati eſtis?
*meo *Ms. s.* 14 Gratias ago Deo *quòd ne-
minem veſtrum baptizaui, ni-
Act. 18, 8. ſi Criſpum & Caiū: 15 ne quis
dicat quòd in nomine meo
C baptizati eſtis. 16 Baptizaui
autem & Stephanæ domum.
Cæterùm neſcio ſi quē alium
*veſtrum *o]* *baptizauerim. 17 Non enim
miſit me Chriſtus baptizare,
2 Tit. 1, 16. ſed euangelizare: non in ſa-
pientia verbi, vt non euacue-
tur crux Chriſti. 18 Verbum
enim crucis pereuntibus qui-
dem ſtultitia eſt: iis autem qui
Inf. 2. 14. ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei
virtus eſt. 19 Scriptū eſt enim,
Rom. 1, 16. Perdam ſapiētiam ſapiētium:
& prudentiam prudentium
Iſaia 9, 14. *Iſaia 33, 18.* reprobabo. 20 Vbi ſapiens? vbi
ſcriba?

13 Diuiſus eſt Chriſtus.] *Nunquid non Chriſtus vnus eſt quem omnes prædicare debent? Nunquid non ille omnibus authoritatem miniſterij tribuit? à quocunque ex miniſtris Euangelium nuntietur vel doceatur, non idem eiuſdemq́; Chriſti bonus nuntius eſt? non ad eandē ſalutem ab illo vncto hominibus allatam omnis miniſterij ratio rectè pertinet? nónne vnus Chriſtus ſalutis author eſt, qui pro omnibus eſt crucifixus; atq; ad huius mortis & reſurrectionis virtutē cōmunicādam baptiſmus vobis collatus eſt? quod & ipſū nomē docet Patris, Filij, & Spiritus ſancti, in quo baptizati eſtis.*
14 Quòd neminem.] *Ne exiſtimer ideò minus veſter miniſter fuiſſe quòd pauciſsimos baptizauerim, aut ne ideò ad me multi referātur tanquam ad authorem & non miniſtrum, vtpote à me baptizati; gratias ago quòd cùm euāgelizator publicus extiterim, paucos eosq́; notiſsimos baptizauerim; itaque ſimplicem & fidelem Euangelij miniſtrum egi, & adeò ſimplicem, vt omnibus meam operam communem & publicam præſtiterim, omnes id docuerim quod omnium ſcire intererat: neque meam facundiam, neque meam ſcientiam exquiſitam humanam vobis oſtentaui, neque quicquam huiuſmodi adhibui ad miniſterium meum, ne crux Chriſti, per quam ſalus hominibus facta eſt, inanis & inefficax, otioſaq́; maneret.*
18 Verbum enim crucis.] *Namq; illa tota ratio, illaq́; expoſitio de cruce Chriſti iis qui nō rectè atque legitimè de ſalute ſua agunt ſtultitia eſt: non enim admittunt aut excipiūt illum modum, quo Chriſtus homines ſecum crucifixos commori vnà & reſurgere poſtea ſimul facit. videtur illis ſtultitia, atque ita cenſetur & tandem pereunt huiuſmodi. at verò qui credentes ſalutem ſuam diligenter curant, & Chriſti crucem ſibi annuntiatam exoptant, his ſalus communicatur, vt nobis communicata eſt: hic itaq; illud crucis verbum manifeſtè comprobatur continere virtutem & efficacitatem Dei. hoc autem ſic futurum eſſe prædixerat per Prophetam Deus.* 20 Vbi ſapiens] *Compellare libet ſingula genera eorum qui vel iudicio vel ingenio, vel ſtudio humano valent, & ſe plurimum aſſequi poſſe exiſtimant, vbi in illorum rationibus inuenient hanc viam ſalutis & vitæ mundo per crucem & mortem ignominiamq́; afferendæ? nónne re ipſa per Deum effecta, mundi huius ſapientia fatua ſtultaq́; euaſit?*

ſcriba? vbi conquiſitor huius
ſeculi? nónne ſtultam fecit
Deus ſapientiam huius mundi?
21 Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere D
credentes.
22 Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt:
23 Nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam,
24 ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.
25 quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt homi-

21 Nam quia in Dei ſapientia.] *Nam cũ homines in illa quam profitebantur diuinarum humanarumq́ rerũ cognitione ex huius mundi opificio petenda non cognouerint Deũ, imò alienati ſint à Deo; placuit Deo aliam ſimpliciſſimam & certiſſimam viam munire, qua credentes ſalutis ſuæ cognitionem, imò & virtutẽ ipſam Dei, ex quo ſalus efficitur, aſſequerentur. Hæc autem via eſt illa prædicatio crucis Chriſti, quam mundus ſtultam exiſtimat.*

22 *Nec verò hæc ratio aliena eſt à deſiderio totius orbis, hoc eſt, Gentium & Iudæorum, ſi tamen ipſi ſui deſiderij rationem rectè inirent: namque Iudæi petunt ſignum aliquod, quo euidenter cognoſcatur doctrina & diſciplina illa quæ proponitur, vera rectaq́ eſſe. Græci verò ſapientiam tantùm quærunt, qua homines ad perfectionem deduci poſſe putant.*

23 *Nos autem vtrumq́ aſſerimus in vnius Chriſti Ieſu crucifixi Euangelio: prædicamus enim vnctum illum à Deo, eundemq́ crucifixum, cuius mors ignominioſa mundo ſalutem attulerit, & homines Deo reconciliarit: hoc ſimplici noſtro Euangelio Iudæi vehementer offenduntur, quia ſpes illa & perſuaſio tollitur, quam ipſi de legis ſuæ præſtantia habent. Gentibus verò, quorum in ſapientia anteſignani Græci habentur, ſtultitia magna exiſtimatur affirmare vnius hominis crucifixi virtute & efficientia omnes credentes in ipſum, ſaluos fieri.*

24 Ipſis autem vocatis.] *Vtriſq́ autem tum Iudæis tum Græcis, qui vocati per Euangelium venire voluerint ad vocationem, prædicamus Chriſtum: quem cùm illi in vocatione manentes acceperint, experientur eſſe ipſam virtutem Dei, non tantùm ſignum, vt Iudæi petunt, ſed ipſam virtutem, quam eandem experientur & Græci eſſe altiſſimam & profundiſſimam ſapientiam Dei: in Chriſto enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ.*

25 Quia quod ſtultum.] *Hoc myſterium Chriſti crucifixi vbi vocati homines experti cognouerunt, planè fatentur illud quod mundus ſtultum putat de Deo per Euangelium prædicato eſſe ſapientius quàm omnium hominum ſapientiam, idq́ infinito interuallo, & illud quod videtur eſſe infirmum & inefficax iis qui ſignum potentiæ atque virtutis petunt, eſſe fortiſſimum vltra hominum omnium, quotquot vnquam exſtiterint, potentiam & virtutem efficacitatemq́ omnem.*

26 Videte

eſt hominibus. [26] Videte enim
vocationem veſtram fratres,
quia non multi ſapientes ſe
cundum carnem, non multi
potentes, non multi nobi-
les: [27] ſed quæ ſtulta ſunt mū-
di, elegit Deus, vt confun-
dat ſapientes. & infirma mun-
di elegit Deus, vt confundat
fortia: [28] & ignobilia mundi,
& cōtemptibilia elegit Deus,
& ea quæ non ſunt, vt ea quæ
ſunt deſtrueret: [29] vt non glo-
rietur omnis caro in cōſpectu
eius. [30] Ex ipſo autem vos eſtis
in Chriſto Ieſu, qui factus eſt
Iere. 23.5.6. Iere 9.22.23 nobis ſapiētia à Deo & iuſtitia
& ſanctificatio & redemptio:
[31] vt quēadmodum ſcriptum
2 Cor. 10.17. eſt, Qui gloriatur, in Domino
glorietur.

CAP. II.

A E[1]T ego cùm veniſſem ad
Sup. 1.17. vos fratres, veni non "in
"pertublimitaté 2 MS. 6. ſublimitate ſermonis aut ſa-
pientiæ, annuntians vobis te-
ſtimoniū Chriſti. [2] Non enim
iudicaui me ſcire aliquid inter
vos

26 Videte enim vocationem veſtram.] *Huius rei à me explicatæ teſtimonio eſſe poſſūt ij qui apud vos primùm vocati ſunt, & hi qui primi vos vocauere: perſpicuum enim eſt, nihil acceptum ferri poſſe in hac re ſapientiæ, nobilitati, aut potentiæ humanæ: neque enim vocatores ipſi, neque vocati aliqua copia ſapientum ſecundum carnem, vel potentum vel nobilium, ita vt huiuſmodi conditionū authoritas in cauſa eſſe dici poſſit cur Chriſtiana religio apud vos ſuſcepta fuerit: imò eos qui mundo exiſtimabantur ſtulti, elegit Deus tum ad docendū, tum ad diſcendum verū hoc quod prædicamus, vt confundat & pudefaciat ſapientes, qui ſapientiæ ſuæ rationibus neque aſſequi neq; docere hoc potuerunt: & ignobiles mundi cōtemptibileſq; elegit Deus, & eos qui exiſtere minimè exiſtimarentur, ac tanquam nihil reputarētur, vt confundat & pudefaciat, imò vt aboleat eos qui firmiſſimi efficaciſſimiq;, magnæq; authoritatis in mundo habentur, ita vt nihil iactare poſſint homines à ſe præſtitū in hoc vocationis officio; nihil, inquā, humanū poſſit numerari quaſi efficax ad hāc rē in cōſpectu Dei.*

30 Ex ipſo autem.] *Cùm manifeſtum ſit non fuiſſe adhibitos ſapientes, potentes, & nobiles, quorum opera & authoritate vos vocaremini, tamen cùm vocati ſitis, ſanctitudiniſq; diuinæ donum, ij qui hac veimini cōditione, acceperitis; apparet clarè ipſius Dei munere vos eſſe in Chriſto, qui factus eſt à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio; nobis, inquam, factus eſt & conſtitutus, vt qui ſapientia Dei eſt, qui iuſtitia ipſa eſt, qui ſanctitudo ipſa eſt, qui pretioſiſſimus eſt, hæc omnia quæ eſt, in noſtram ſalutem conferret: ita fit veriſſimum id quod eſt ſcriptum, atque ita eſt ſentiendum & obſeruandum, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.*

IN CAP. II.

1.2 Et ego cùm veniſſem.] *Cùm autem omni ex parte demonſtratum ſit, ſalutis veſtræ authoritatem ad vnum Deum per Ieſum Chriſtum referendam, & id veſtro etiam exemplo comprobauerim, hoc etiam addendum duxi, quod ab initio cùm ad vos venirem, nihil aliud vobis propoſui aut oſtendi, quàm hoc ipſum quod res habet, idq; initio vocationis veſtræ: quæ cùm*

vobis contigerit citra sapientiam, citra facundiam vllam humanam, citra aliã humanã authoritatem quam ego præferrem; ostendebat planè eam esse certam atque Deo delectam viam. Cùm enim venirem, non vsus sum sapientia aut facundia humana genere aliquo, cùm annuntiarem vobis mysterium illud amplissimum Dei, siue testimonium quo testamur Christum esse veritatem. neque enim quicquam mihi iudicaui dignum quod scirem, & scire me profiterer, atque vobis exponerem, nisi Iesum vnctum à Deo salutarem, quod ex nomine Iesu interpretatus sum, ad salutem vnctum hominum eumq; crucifixum id præstitisse. Atq; hoc fuit totũ & perpetuum legationis meæ argumentum, quod ipse non humana authoritate atque potentia vsus exponebam, sed vt imbellis ac firmus parum, qui humanæ potentiæ viribus non vi resistere paratus essem, nec arrogantia aliqua, sed tremore & timore; hoc est, maxima & accuratissima obseruatione simplicitatis in officio meo faciendo, nequid inesse videretur, nequid à me expectaretur humanum, quod ipse quidem minimè eram exhibiturus. Omnes obseruabam, omnibus tanquam minister inseruiebam, nihil mihi arrogabam, nihil præferebam præter muneris officijq; mei integritatem.

vos nisi Iesum Christum, &
hunc crucifixum. [3] Et ego in Act.18.1.
infirmitate & timore & tremore
multo fui apud vos: [4] &
sermo meus & prædicatio Sup.2.17.
mea non in persuasibilibus
humanæ sapientiæ verbis, sed
in ostensione spiritus & virtutis:
[5] vt fides vestra non sit in B
sapiẽtia hominum, sed in virtute
Dei. Sapientiã autem loquimur
inter perfectos. [6] sapientiam
verò non huius seculi, neque
principũ huius seculi, qui destruuntur:
[7] sed loquimur Dei sapiẽtiam in
mysterio, quę abscondita est, quã
prædestinauit Deus ante secula

3.4.5 Et sermo meus.] *Quod verò ad orationem attinet, simplicissimam semper elegi & seruaui, nihilq; alienum à rei ipsius, de qua agerem, ratione & sententia, tantumq; mihi fuit cura exponendi rem ipsam sermone communi, & ad populi captum accommodato. Quod verò ad ornamenta & argumenta attinet, quæ ad sui persuasionem humana sapientia magno studio comparare solet, ab iis omnino abstinui, ipsa re & veritate abundè instructus, quã manifesta virtute ostendebam; virtutem inqua, Spiritus sancti qui per Christum datur credentibus, & efficacitate sanitatum, aliorumq; signorum diuinorum: ita vt fidem vobis non hominum sapientia, sed Dei virtus manifestis exemplis probata fecerit.*

6 Sapientiam loquimur.] *Atque hæc quã diximus, verissima & certissima ratio est homines ad veritatem instituendi, iactis fundamentis in Christi crucifixi virtute & efficiẽtia: quam efficientiam illi qui experti fuerint, atq; diuino spiritu aucti & repleti, perfectionem quandam donante Deo obtinent, quam animales homines intelligere non possunt: eam qui obtinent, perfecti vocantur, redduntur q; idonei ad cognoscenda magna diuinarum rerum mysteria. cum huiusmodi perfectis nos communicamus magnos sapientiæ thesauros à Deo nobis concreditos. est autem hæc sapientia nulla sui parte similis huius seculi sapientiæ inani & caducæ.*

7 Quæ abscondita est.] *Illam quam olim Deus absconditam esse voluit seculis & generationibus, idémq; præfiniuit ante secula, tẽpore hoc beato nostro reuelandam & cõmunicandam.*

8 Quam

cula in gloriam nostrã.[8] quam
nemo principum huius secu-
li cognouit: si enim cogno-
uissent, nunquam Dominum
C gloriæ crucifixissent.[9] Sed sicut
Esaia 64,4. scriptum est, Quod oculus nõ
vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis ascẽdit, quæ præ-
parauit Deus iis qui diligunt
illum. [10] nobis autem reuela-
uit Deus per spiritum suum.
Spiritus enim omnia scruta-
tur, etiã profunda Dei. [11] Quis
enim hominum scit quæ sunt
hominis, nisi spiritus hominis
qui in ipso est? ita & quæ Dei
sunt nemo cognouit, nisi spi-
ritus Dei. [12] Nos autem non
*3 MS.S. spiritum *huius' mundi acce-
pimus, sed spiritum qui ex
Deo est: vt sciamus quę à Deo
2 Pet.1,16. donata sunt nobis: [13] quæ &
loquimur nõ in doctis huma-
næ sapientiæ verbis: sed in
sancti 2 MS.G. doctrina Spiritus, spiritua-
libus spiritualia comparãtes.
[14] Ani-

8 Quam nemo.] *Est autem hæc sapientia, quam nemo Principum huius seculi tam visibilium quàm inuisibilium cognouit: si enim cognouissent tãtam virtutem inesse Christo, tantamq; gloriam illi esse ex natura diuina cum humana communicatam, nunquam crucifixissent Dominum illum tantæ maiestatis & gloriæ.*

9 Sed sicut scriptum est.] *Illam sapiẽtiam nos prædicamus, mysterieruem causa cuius scriptum est, Quod oculus non vidit, &c.*

10 Nobis autem.] *Ea quæ humani sensus virtute humanaeq; mentis acie attingi non possunt, Deus benignitate maxima hoc tempore vsus nobis reuelauit per Spiritum sanctũ suum, quem nobis communicauit. eum spiritum qui habet, docetur & intelligit huiusmodi sapientiæ mysteria, spiritu ipso efficiente, qui scrutatur omnia, etiam profunda Dei. quæ etiam si altissima sunt, penetrat, vtpote qui Patri vnus cum Filio sit.*

11 Quis enim hominum.] *Namq; cogitata humana atque affectus eos qui intra hominem fiunt, nemo noscere potest, etiam cogitando & diuinando, nisi idem ipse spiritus humanus qui intra hominem est: qui si velit, aperire & exponere suos motus potest; si nolit autem, potest celare aut dissimulare. ita & quæ sunt Dei arcana & profunda cogitata, nemo cognouit nisi Spiritus Dei: quem qui habuerit ex illius dono, cognoscere poterit arcana Dei. nos autem non accepimus spiritum sapientiæ mundanæ, quam profiteamur, sed spiritũ illum, illum (inquam) qui ex Deo est, ex Deo Patre & Filio procedit, ex Deo docet & reuelat ea quæ ex Deo sunt diuina. ita vt sciamus quantum intersit inter ea quæ mundus sapere potest, & ea quæ gratis à Deo nobis donata sunt cum hoc spiritu.*

13 Quæ & loquimur.] *Spiritualia sapientiæ huius mysteria loquimur inter perfectos, vt diximus, quæ imperfectis explicari & capi non possunt, tum ob rerum ipsarum magnitudinem & profunditatem, tum ob sermonis præstantiam, à communi atque etiam ab artificiosissimo sapientum mundi sermone longè differentem; tum etiam ob auditorum ipsorum incomparabilem diuersitatem: rebus enim spiritualibus spiritualem sermonem coniungimus, atque ita cum spiritualibus agimus.*

O 2 14 Anima-

14 Animalis.] *Huius generis res & verba etiam non possunt percipi ab homine qui nondum est sublatus ad altiorem auditionẽ, quàm illam Adæ facti in animam viuentem: non potest, inquam, hæc cognoscere homo animalis, quia non est capax. maiora sunt quàm vt ab eo capiantur, imò stultitia est illi huiusmodi rerum & verborum genus, & non potest intelligere ea quæ sua natura spiritualiter examinari & diiudicari oportet; hoc est, ex diuini Spiritus virtute, sapientia & iudicio, à qua facultate animalis homo quàm longissimè abest.*

15 Spiritualis autem] *& animalia & spiritualia discernere, diiudicareq́; potest, & ipse a nemine iudicatur, cùm nõ secundùm carnem ambulet, sed secundum spiritum, qui intelligi & cognosci nisi a spiritualibus non potest.*

16 Quis enim cognouit.] *Apertè enim hoc homini negatum esse Isaias asseuerauit, sensum, hoc est, mentem Domini cognoscere, neque quenquam esse qui prius instruat Dominum quemadmodum agere, consulereq́; oporteat his aut illis rebus, sed Deum sua natura sapientissimum omnem aliam mentem infinito interuallo præcedere, tum in iudicando cognoscendoq́; tum in decernendo: quòd si vos dicimus posse loqui sapientiam, & cognoscere profunda Dei, id ex eo est quod sensum mentemq́; habemus Christi in nobis manentis.*

[14]Animalis autem homo non D
percipit ea quæ sunt spiritus
Dei: stultitia enim est illi, &
nõ potest intelligere: "quia spi- [a]ea quæ 4 MS [a]quæ 2 MS.
ritualiter "examinatur. [15]Spi- [a]examinantur 6 MS. R. Q. R.
ritualis autem iudicat omnia;
& ipse à nemine iudicatur.
[16]Quis enim cognouit sen- *Isaiæ 40, 13. Sap. 9, 13. Rom. 11: 34.*
sum "Domini, qui instruat [a]Domini? aut quis instruxit eum? MS Q.
eum? Nos autẽ sensum Chri-
sti habemus.

CAP. III.

ET [1]ego fratres non potui A
vobis loqui quasi spiri-
tualibus, sed quasi carnalibus.
Tanquam paruulis in Chri-
sto, [2]lac vobis potum dedi, nõ
escam: nondum enim pote-
ratis. sed nec nũc quidem po-
testis: adhuc enim carnales
estis. [3]Cùm enim sit inter vos
zelus & contẽtio, nónne car-
nales estis, & secũdum homi-
nem

IN CAP. III.

1 Et ego fratres.] *Ex his quas superius cõmemoraui causis non potui vobis, cum Euangelium nuntiarem, loqui tanquã spiritualibus, sed vt hominibus sanæ quidem mentis & vestri boni cupidis, verùm animalibus adhuc & carnalibus, apud quos agendum esset rationibus & verbis hominis ingenium & captum non superantibus, veluti pueris, infantibus in Christo: nam quamquam adultæ ætatis essetis, tamen rudimentis cognitionis Christi instituendi eratis: ideò lacte facili potatu vos alere cœpi, non esca firmiori, & solidiore cibo, quem minimè poteratis concoquere, exspectans vos illo cibo primùm pastos, adultiores futuros ac tandem vim illam Spiritus Christi accepturos Dei dono, vt postea de his magnis mysteriis vobiscum agerem. doleo autem vehementer quòd non vlterius profeceritis, ita vt vix illa teneatis prima rudimenta, imò carnis tantùm ruditatem referatis, iis perturbationibus commoti, quæ mentem non satis instructam, & affectus inquietos arguunt.*

4 Cùm

nem ambulatis? [4]Cùm enim
quis dicat, Ego quidem sum
Pauli, alius autem, Ego Apol-
lo: nōne "homines estis? Quid
igitur est Apollo? quid verò
B Paulus? [5]Ministri eius cui cre-
didistis, & vnicuiq. sicut Do-
minus dedit. [6]Ego plantaui,
Apollo rigauit: sed Deus in-
crementū dedit. [7]Itaque neq.
qui plātat est aliquid, neq. qui
rigat: sed qui incrementū dat,
Deus. [8]Qui autē plātat & qui
rigat, vnū sunt. Vnusquisq. au-
tē propriā mercedem accipiet
secundū suum laborem. [9]Dei
enim sumus adiutores: Dei
agricultura estis, Dei ædifica-
tio estis. [10]Secundum gratiam
Dei quę data est mihi, vt sapiēs
architectus fundamentū po-
sui:

"carnales 3 M3. G. S.

Psal 61,13. Galat.6.5.

4 Cùm enim quis dicat.] *Vel si vnus vestrum hoc modo agat inter vos, & ab aliis non redarguatur & instruatur, manifestum fuerit cæteros esse rudes veritatis cognoscendæ, ne dum cùm inter plures huiusmodi sint contentiones, arguimini esse carnales, inter quos liuor studiumq; inane partium alatur, adhuc versamini in humani sensus perturbationibus tametsi donis præditi sitis.*

5 Quid igitur est Apollo?] *Quidnam authoritatis est Apollo, quid Paulo, nónne ministerij? sed ministerium ad eum refertur cuius minister aliquis est, non ad ipsum ministrum. quidnam illi egerunt apud vos, nisi vt in Christum crederetis? ergo omnis eorum authoritas & actio ad Christum est referenda. deinde si spectetis quid virtutum aut partiū in vnoquoq; fuerit, quidquid id erat ad eum à quo acceptū fuit, hoc est, ad creditorem referri oportuit: denique ipsum euentū obseruare oportuit, cuius causa & ministri instituti, & ministeria ministeriorumq; dona sunt exercita. hoc fuit vestra eruditio, atque ex eruditione consecutus profectus. hunc nō Pauli, non Apollūs, sed Dei virtus in vobis effecit & probauit; vos verò in ministris tanquam authoribus inhæretis, & vt de effectu in vos contendatis, confertis ministros inter se.*

6. 7. 8. Ego plantaui.] *Ieci prima semina Euangelio Christi prædicādo; credidistis Euangelio; additus est Apollo qui vos baptizaret; sed vt hæc semina viuerent & pullularent in vobis, author fuit Deus. qui autem plantat & qui rigat, ministerij authoritate vnum sunt, atque vno nomine in agriculturæ sermone appellātur, videlicet ministrorum operis, neque terræ ipsius in qua laborant est diiudicare vter plus fecerit, vter magis iuuerit: neq. ipsorum etiam ministrorum est à terra exspectare sui operis mercedem aut laudem, sed facere diligenter ac sedulò quod iussi sunt, & mercedem exspectare ab ipso Domino operis.*

9 Adiutores.] *Cooperatores Dei sumus, ab illo accepimus authoritatem & facultatem ministerij quo vtimur; ergo quidquid operamur, ex illa authoritate & facultate operamur, nos studium, fidem, sedulitatemq; adhibemus vt id fiat quod fieri ipse vult. Hæ sunt nostræ partes, atque ita vti diximus, comparatæ: vestræ autem sunt, vt vos cultui, exercitationi atque institutioni obsequentes præbeatis, vt aruum & ædificatio: namq; Dei agricultura estis, Deus vos tanquam aruum excolit, & Dei ædificatio sui templi partem ex vobis ædificat: templi (inquam) in quo ipse inhabitet. possunt autem cōplures adhiberi ministri ad vtrumq; opus agricolationis & ædificationis ex authoritate & voluntate domini operis. ego munus meum sedulò suscepi & sustinui. Dei dono creditū mihi est munus fundamenti apud vos iaciendi: ieci quidem*

secundum artem & facultatē simplicißimum
& solidißimum fundamentum, & probatum:
illud fundamentum fuit Christi crucifixi Euā-
gelium, vobis propositum ad cognoscendum &
credendum: credidistis: feci quod mihi erat in-
12 *iunctum. Si quis ædificauerit super hoc*
13 *fundamentum, virtutē ipsam Christi præ-*
stantißimam vobis afferendo, aut sapientiam,
aut virtutes alias, spirituſq; dona adiungendo,
quibus ædificium crescat & ornetur; aut si quis
etiam adiungat humanas artes, sapientiā, elo-
quentiam, vel scientiā, vel argutias, & eiusmo-
di, quæ ingeniosa quibusdam videntur, & ad
ædificationem commodè afferri existimantur:
tamen diem esse constitutam existimēt omnes,
qua periculum faciendum est operis à singulis
positi, eritq; hoc periculū per ignem arcanum
& penetrantißimum atque efficacißimum, ex
Dei iudicio ad hanc rem paratum. ignis, in-
quam, ille probabit quale cuiusque opus sit. si
cuius opus super fundamentum illud superædi-
ficatum, vbi examinatum fuerit, tamē manse-
rit; illud opus probatißimū euadet, atq; opera-
rius mercedem accipiet à domino operis. illud
verò opus quod arserit exustumq; fuerit, ab
omni mercede erit alienißimū, ita vt positi ope-
ris, temporis, curæ, industriæ atque etiam spei
damnum faciat operarius ille. de ipso autē ope-
rario si roget an seruandus sit: respondeo, ipsum
etiam igni illo corripiendum; Seruabitur ita ni-
mirum quasi per ignem.
18 *Cùm hæc omninò simplicitas verißima sit*
quam ostendimus; hoc est, mundi sapientiā esse
stultā; nemo ex vobis tam ex discipulis quam
ex ministris in errorem spontè deducatur sua
culpa, opinione, & persuasione sapientiæ, quæ
tamen sapientia non sit illa quā dicimus à Deo,
sed humana. hic qui hoc modo sapiens est in
hoc seculo, stultus potius fiat; hoc est, illi sapiētiæ
nuntium remittat, vt fiat sapiens ex diuino do-
no sapientiæ Dei: atque adeò non poterit
commodius vti sapiētia illa, quàm si eā abijciat,
stultumq; se & nihil intelligentem agnoscat. hoc enim pacto effugiet sententias illas in Scri-
pturis decantatas, Sapientes ipsa ipsorum astutia inuolutos capi à Deo.

fui: alius autem superædificat.
Vnusquisq. autē videat quo-
modo superędificet. [11] Funda-
mentū enim aliud nemo po-
test ponere, pręter id quod po-
situm est: [a]quod [b]est Christus [a]qui 3 ut 4.
Iesus. [12] Si quis autem superæ- C
dificat super fundamētū hoc,
aurum, argētum, lapides pre-
tiosos, ligna, fœnū, stipulam,
[13] vniuscuiusq; opus manife-
stū erit: Dies enim [b]Dñi decla- [b]3 ut 0.4.
rabit, quia in igne reuelabi-
tur: & vniuscuiusq. opus quale
sit, ignis probabit. [14] Si cuius
opus manserit quod superędi-
ficauit: mercedē accipiet. [15] Si
cuius opus arserit, detrimentū
patietur: ipse autē saluus erit;
sic tamē quasi per ignē. [16] Ne-
scitis quia templum Dei estis:
& Spiritus Dei habitat in vo-
bis? [17] Si quis autem templum D
Dei violauerit, disperdet illū
Deus. Templū enim Dei san- *Inf. 6, 19.*
ctū est: quod estis vos. [18] Ne- *2 Cor. 6, 16.*
mo se seducat: si quis videtur
inter vos sapiens esse in hoc
seculo, stultus fiat vt sit sa-
piens. [19] Sapientia enim huius
mundi,

21 Nemo

mundi, stultitia est apud Deũ.
Iob 5,13. Scriptum est enim: Compre-
hendam sapientes in astutia
Psal. 93,12. eorum.[20] Et iterum, Dominus
nouit cogitationes sapiẽtium
quoniam vanæ sunt.[21] Nemo
itaq. glorietur in hominibus.
Omnia enim vestra sunt:[22] si-
ue Paulus, siue Apollo, siue
Cephas, siue mundus, siue vi-
ta, siue mors, siue præsentia,
siue futura, omnia enim ve-
stra sunt:[23] vos autem Christi:
Christus autem Dei.

CAP. IIII.

A SIc[1] nos existimet homo vt
2 Cor. 6,4. ministros Christi, & dis-
pensatores mysteriorum Dei.
[2] Hic iam quæritur inter dis-
pẽsatores vt fideles quis inue-
niatur. [3] Mihi autẽ pro mini-
mo

21 Nemo itaque.] *Igitur neque ministri in discipulis, neque discipuli in ministris gloriẽtur vt in hominibus; quia in homine nulla est iactatio, qua homo est ad hanc rationẽ salutis, neq; in ipsorũ actibus & facultatibus tanquã ad illos eosdem relatis: Namq; vestri causa sunt illis hæc credita ad vestram ædificationem. habeantur illi quidem pro ministris, quod ad obsequium illis præstandum ad ædificationem vestri: sed ne quis id quod est Dei illis tribuat, atque illos authores suos faciat: omnia enim hæc adminicula ad vos instruendos cõparata ad vos referuntur in vsum; vestra igitur sunt: vos autẽ Christi vos ad se vocantis: Christus autẽ Dei, à quo ille in hũc mundum salutis vestræ causa est missus.*

IN CAP. IIII.

1 Sic nos existimet.] *Neque tamen ministrorum & operariorum nullam rationem ab aliis hominibus habẽdã esse aio, quinimo oportere de nobis ita existimare, atque de ministris Christi, & recipere nos nomine ministrorum Christi, ac si Christus ipse recipiatur, eamq; tribuere authoritatem vnusquisque nobis debet, quæ dispensatoribus mysteriorum Dei debetur. ita fiet vt nullæ contentiones de ministris sint, nemoq; ministrum aliũ contemnat, alium suspiciat pro sui arbitratu & studio, sed à singulis ministris id exspectet & accipiat quod ministratur ex authoritate legitima. illud autem reliquum est, vt quæratur & quæri solet in dispensatoribus, fides videlicet & sedulitas in ministeriis exercendis, atque hoc in ipsis probetur, & magna obseruantia sine contentione tamen excipiatur.*

3 Mihi autem.] *Neque verò hoc propono, vt me apud vos collaudem, fidelitatem & sedulitatem prædicans propriam, aut velim proponere me vobis iudicandum & probandum; vobis, inquam, aut vlli hominum iudicio, ita vt diem statui mihi apud homines postulem. quo de officio sedulitateq; mea sit mihi agendum, & vobis iudicandum: minima profectò omnium curarũ hæc mihi est, vt qui id studeam præcipuè, vt meum munus sanctè diligenterq; exerceam, & iudicium de me ei potissimum permittam, cuius esse proprium scio, eiq; me probare enitar. itaque nunquam in hanc partem cogitationes meas confero, vt me ipsum diiudicem: quanquam enim non sum mihi conscius officij aliqua parte deserti aut neglecti; non ideò ego vel sententiã pro me pronuntio quòd iustus sim, vel ab hominibus me iustum, fidelissimum, atque integerrimum pronuntiandum exspecto; huius enim rei iudicium Domino ipsi, à quo munus iniunctum suscepi, relinquo; cuius & proprium & certissimum & integerrimum illud est: atque ita profiteor non mea, sed communi causa ministeriorum omnium hæc apud vos à me agi.*

4 Itaque

mo est vt à vobis iudicer, aut
ab humano die. sed neq. me-
ipsum iudico. 4 Nihil enim
mihi conscius sum: sed non in
hoc iustificatus sum: qui au-
tem iudicat me, Dominus est.
5 Itaq. nolite ante tempus iu-
dicare: quoadusq. veniat Do-
minus, qui & illuminabit ab-
scondita tenebrarum, & ma-
nifestabit cõsilia cordium: &
tunc laus erit vnicuiq. à Deo.
6 Hæc autem fratres transfigu-
raui in me & Apollo, propter B
vos: vt in nobis discatis, ne su-
prà quàm scriptum est, vnus
aduersus alterum infletur pro
alio. 7 Quis enim te discernit?
Quid

4 Itaque nolite.] *Acta, inquam, à me hæc sunt, vt vos moneam ne vos constituatis iudices præmiorum & laudis atque commendationis quorundam ministrorũ, & vituperationis aliorum, ex contentione & priuatis vestris iudiciis intempestiuus: vtimini potius & fruimini ministerio & sedulitate & fidelitate eorũ qui apud vos operam suam rectè ponunt, sine ista cõtentione collationum & priuatorum studiorum, donec veniat ille qui maximus cognitor integerrimusq; index, idemq; totius huius negotij Dominus est; ille enim singulorum fidelitatem & sedulitatẽ propria & apta laude eaq; planè diuina & solida prosequetur. igitur si laudandi studio hoc facitis, omnes laudate & probate, fideliter, inquam, agẽtes omnes absque vlla priuata comparatione & contentione. sin verò iudicandi & præmia conferendi laudis & reiectionis, hoc vestrum non est vt alij alios seligãt, & sibi proponant, alios reiiciant; alij nullos agnoscant, & Christum tãtùm appellent, quasi Christus non sit in suis ministris: planè intempestiuum, planè à vobis alienum hoc est; discordiarum & factionum seminaria hæc sunt, ex quibus nihil nisi inutile & incommodum nasci exspectariq; potest.*

6 Hæc autem fratres.] *Tam vos qui ministri estis, quàm qui ministeriis vtimini. nolui singulorũ in hoc genere errata notare, sed rem ipsam docens, exemplum in me & Apollo ad explicandum constitui, vt cùm nos, qui primi vobis fuimus ministri, nullam apud vos gloriam, nullam laudem nobis vindicare aut asserere velimus, neque præscripti nobis muneris rationem excedere, sic & vos ab istis contentionibus abstineatis, neque velitis arrogare & præsumere vobis aliquid vltra id quod ex diuino consilio ac iudicio scriptum est: ita fiet, vt neque minister aliquis discipulorum, neque discipuli ministrorum causa intumeatis, & inflemini contentionibus & liuoribus turgentes aduersus aliũ.* 7 Quis enim te discernit?] *Te autẽ ministrum, qui te præferendũ meritò aliis putas, rogo, Quis iudex te discernit, præstantemq; pronuntiat, & solum habendũ colendumq; ministrum asserit, cæteros reiiciendos? quod tu & fieri pateris, &, vti videtur, cupis, factumq; probas. num te Deus discernit & separat à grege cæterorum? atque huius diuini de te iudicij nullum signum ostendes certum. num homines te discernunt? sed vnde hominibus tam certum iudicium contentiosis & inflatis, vt tu illud etiam inflatus sequare? quòd si dicas tibi esse facultates præstantissimas, vel scientiæ, vel facundiæ, vel linguarum, vel interpretationum, quas alius exæquet nemo; sunt ne tibi propriæ illæ, atq; à te tua virtute comparatæ, inuito & renuente Deo, an tibi à Deo concessæ? habésne aliquid quod non acceperis ex virtutibus & facultatibus omnibus, quæ probari in te possunt? quòd si accepisti, cur tibi id arrogas quod tuum non est, sed eius à quo accepisti? cur non potius id agis, non vt te ex illis commendes,*

sed

Quid autem habes quod non
accepisti? Si autem accepisti,
quid gloriaris quasi non acce-
peris? [8]Iam saturati estis, iam
diuites facti estis: sine nobis
regnatis: & vtinam [a]regnetis,
vt & nos vobiscū [b]regnemus.
[9]Puto enim quòd Deus nos
Apostolos nouissimos ostēn-
dit, tanquā morti destinatos:
quia spectaculum facti sumus
mundo, & angelis & homini-
bus. [10]Nos stulti propter Chri-
stūm: vos autem prudentes in
Christo. nos infirmi: vos autē
fortes. vos nobiles, nos autem
ignobiles. [11]Vsq. in hanc ho-
ram & esurimus, & sitimus,
& nudi sumus, & colaphis
cædimur, & instabiles sumus,
[12]& laboramus operātes ma-
nibus nostris. maledicimur: &
benedicimus. persecutionem
pati-

[a] regnaretis 9 MS.
[b] regnaremus 5 MS.

Act. 20, 34. 1 Thes 2, 9. 2 Thes 3, 8.

sed vt illis rectè & fideliter vsus Deum laudes, authoremq; ostendas, & hominum omnium, quorum causa te iis dotibus auxit, amatorem probes.

8 Iam saturati estis.] *Atqui iam scio vnde vobis hoc vitium nascatur: ex ea re nimirum quam vos maximi facitis, ex quiete, pace, & tranquillitate, qua abutimini, vobis videmini reges: quascunque virtutes & facultates diuino munere adepti fueritis, eas vobis arrogatis: vsque adeò vos beatos existimatis, vt præ vobis cæteros cōtemnatis omnes: vos saturos, diuites, atque adeò reges existimetis, vobis nihil indigere affirmetis: atque vtinam contingat vobis vt regno illo spirituali regnetis; hoc enim non tantū non inuideremus vobis, sed maximè gratularemur, vt vobiscum regnaturi, & maximè gauisuri, qui nunc vestra causa in dolore & cura sumus. gratulor igitur vobis istam sortem, si tamen certam iam obtinetis; istam quietem, istam saturitatem, istas diuitias, istud regnum, si verè ita sunt appellanda, si hæc simul cum Christo verè & plenè vobis sunt.*

9 *Nam quod ad nos attinet, id profectò est quod vos videtis, & quamobrem nos contemnitis præ vobis; nimirum quod ad humana commoda attinet nos esse infima conditione Apostolorum omnium: Puto enim, vt vos fortassè dicere soletis, quòd nos Deus designarit & ostenderit nouissimos inter Apostolos, qui cum Christo nō fuerimus versati, sed tamen delegerit postremos, vt omnibus incommodis vitæ atque adeò morti ipsi exponeret.*

10 Nos stulti] *sumus, vt vos dicitis; nos stulti, qui variis periculis obiiciamur propter Christum, quo nomine vos, vti videmini, suauius & commodius vtimini, qui prudentes estis, & id in Christo: declinatis pericula & effugitis damna, & tamen Christiani Christiq; ministri estis, & in Christo estis; hoc est, gloriamini in Christo. nos variis laboribus vexati, metu & timoribus non rarò perculsi, infirmitatis & debilitatis specimen apertum præbemus; vos verò fortes nihil hactenus passi, neminem metuitis, neminem fugitis, manetis firmi & quieti in sedibus vestris. Vos gloriosi estis, qui laudamini passim & publicè, vestramq; gloriam apud Gentes retinetis; nos verò & apud nostros & apud exteros ignominiosi, honore carentes humano, probris & ignominia affecti.* 11 Instabiles sumus.] *Nullum locum habemus in quo quieti consistamus.*

patimur:& ſuſtinemus. 13 bla-
ſphemamur: & obſecramus.
tanquam purgamenta huius
mundi facti ſumus, omnium
peripſema vſq. adhuc. 14 Non
vt cõfundam vos, hæc ſcribo:
ſed vt filios meos chariſſimos
moneo. 15 Nam ſi decem mil-
lia pædagogorum habeatis in
Chriſto: ſed non multos pa-
tres. Nam in Chriſto Ieſu, per
Euangelium ego vos genui.
16 Rogo ergo vos, imitatores
mei eſtote*. 17 Ideò miſi ad vos
Timotheũ, qui eſt filius meus
chariſſimus & fidelis in Do-
mino: qui vos cõmonefaciet
vias meas quæ ſunt in Chriſto
Ieſu, ſicut vbique in omni Ec-
cleſia doceo. 18 Tanquam non
venturus ſim ad vos, ſic infla-
ti ſunt quidam. 19 Veniam au-
tem ad vos citò, ſi Dominus
voluerit: & cognoſcam non
ſermo-

*ſicut & ego Chriſti. MS.

c q.

D

13 Tanquam purgamenta.] *Omnino abiecti vndique excuſſi vagamur, vt videamur eſſe fex huius mundi, quam mundi huius homines omnes reiiciant & deſpiciant: in cæteris aliquid ſit quod placeat mundo, in nobis nihil placeat & obſeruetur, ſed tanquam ramẽtum ferri, aut ligni ſcobs reiiciamur.*

14 Non vt confundam vos.] *Atque hæc per ironiam à me relata ſunt, vtpote veſtram cogitationem cognoſcente: non tamen in eam partem accipiẽda ſunt vobis, vt ſcripto meo vos confundere atque pudore afficere velim, quaſi exprobrans vobis veſtrum otium ex collatione eorum quæ nos pro Chriſti veritate aſſerenda ferimus & ſuſtinemus: ſed vt admoneam vos officij veſtri, non animo exprobrante, ſed vera mente atque paterna: patres enim filiis non ſolent ad contumeliam & ignominiam exprobrare vitia, ſed ad correptionem ſignificare & indicare. Atqui ego paterno & animo & iure erga vos vtor, vtpote qui vos in Chriſto genuerim, cùm cæteri omnes pædagogi vobis ſint.*

16 Rogo ergo vos.] *Igitur oportet vos non degenerare ab exemplo parentis, quem ſcitis ab officio ſuo non degeneraſſe, atq. adeò noſtis alienum ab iſtiuſmodi contentionibus, vel ſuſcipiẽdis, vel ferendis, vel admittendis: quamobrem & Timotheum filium meum ideoq; vobis fratrem bene cupientem, & eundem fidelem, qui partes ſuas ſimpliciſſimè apud vos aget, miſi vobis commonefacturum & repetiturum rationem eam omnem Chriſtianæ inſtitutionis, quæ mihi antiqua, certa & oportuna, & perpetua eſt, quam in omnibus Eccleſiis obſeruandã doceo; ex quo intelligetis quanta mihi de vobis cura, qui interim dum ad vos non poſſum venire, & vobis ſcribo, & chariſſimum fideliſſimumq; mitto legatum, qui meos filios, hoc eſt vos, commonefaciat. Miranda profectò cogitatio quorundam eſt apud vos, qui ita ambitione & ſuarum facultatum opinione tument, vt inſtati ſint ac ſi non eſſem venturus vnquam ad vos, & examinaturus quid apud vos agatur.* 19 Veniam autem.] *Breui autem me ad vos venturum ſpero, & cogniturum, non quanta facundia apud vos celebretur regnum Dei, ſed quàm verè & efficaciter obtineatur: neque enim regnum Dei ſunt verba & loquendi, laudandi, perorandiq; facultas aliqua eximia, neque in hoc conſiſtit regni illius ratio & poſſeſſio, ſed in virtute Spiritus ſancti habitantis in hominibus, eoſq; filios Dei effectos conſeruantis, & illius regni hæredes aſſerentis. Atqui mihi certum eſt vos reuiſere, vobis autem diſpiciendum deligendúmque*

fuerit

ſermonem eorum qui inflati
ſunt: ſed virtutem. 20 Nō enim
in ſermone eſt regnū Dei: ſed
in virtute. 21 Quid vultis? in
virga veniā ad vos: an in cha-
ritate, & ſpiritu māſuetudinis?

CAP. V.

A OMnino 1 auditur inter
vos fornicatio, & talis
fornicatio, qualis nec inter
Leuit.18,8. 20,11. Gentes, ita vt vxorem patris
aliquis habeat. 2 Et vos inflati
eſtis: & non magis luctum ha-
buiſtis, vt tollatur de medio
veſtrum qui hoc opus fecit.
Col.2,5. 3 Ego quidem abſens corpore,
præſens autem ſpiritu, iam iu-
B dicaui vt præſens, eum qui ſic
*hoc 1 MS. G.S. *operatus eſt, 4 in nomine Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, con-
gregatis vobis & meo ſpiritu,
cum virtute Domini noſtri
Chriſti 9 MS.G.S. Ieſu 5 tradere huiuſmodi Sa-
tanæ in interitum carnis: vt
ſpiritus ſaluus ſit in die Do-
~3 MS. ~A~b G. ~3 MS.G q. mini ~noſtri' Ieſu ~Chriſti'.
6 Non

fuerit qualem me experiri velitis patrem & Epiſcopum, an ſeuerum & corripientem, an lenem atque placidum, ſpiritu leniſsimo, ex Dei virtute animatum, & vos foturum atqu probaturum.

IN CAP. V.

1 Omnino.] *Vt verò ſciatis me meritò vobis ſuccenſere, voſq; dignos eſſe ad quos in virga veniam, ſcitote mihi compertum eſſe, quantum vitij à vobis ſit admiſſum, dum ad contentiones atque ad orationis & ſcientiæ facultatem ſtudium confertur: ferri ne poteſt vt in iſta ſcientiæ, cognitionis, ſermonis, atque facultatum & authoritatum plena & ſatura ſocietate fornicationis ſcelus audiatur? nedum ſit vt verè eſt, & eiuſmodi genus inceſtus quale apud Gentes ne fando quidem audiatur; & tamen vos inflati eſtis iſta opinione præſtantiæ, vobiſq; adeò placetis ipſis & gratulamini, cùm potius lugendum publicè eſſet, &, magno luctu indicto, ad deteſtandum ſcelus huiuſmodi curare omnino oporteret, vt qui huiuſmodi facinus patrauerit, ab Eccleſia veſtra excommunicatus tollatur.*

3 Ego quidem.] *Atqui ego, quanquam abſens corpore ſim, præſens tamen vobis ſum ſpiritu, & curante & cognoſcente quæ apud vos agantur; & eiuſdem ſpiritus mihi à Deo conceſſi authoritate planè ac ſi præſens eſſem, eum qui facinus hoc perpetrauit, excluſionis ſententiæ obnoxium eſſe iudico; atque vt talem, vnà vobiſcum ſpiritu meo congregatis, non priuato odio aut iudicio illegitimo, ſed nomine & authoritate & poteſtate Chriſti nobis ad ligandum & ſoluendum in terris conceſſa, communis ſententiæ iudicio hunc ex Eccleſia eiectum, Satanæ extra Eccleſiam regnanti tradere; non eo conſilio vt funditus pereat, ſed vt eius caro, cuius imperio ſuccumbens hoc patrauit facinus, pudore & horrore, afflictioneq;, & conſcientiæ exagitationibus obtuſa, caſtigata tandem intereat; ſpiritus verò, qui carni iam ſuccubuerat & mortuus iacebat, carne edomita & mortua, reuiuiſcat & ſeruetur in die Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vnctus miſſus eſt à Deo, vt nos ſua morte redemptos, in ſpiritu & veritate ſaluos efficiat.*

6 Non eſt bona gloriatio ve- C
ſtra. Neſcitis quia modicum G.lat.5,9.
fermentum totã maſſam cor-
rumpit? 7 Expurgate * vetus fer- *igitur 4 MS. C. verum nec
mentum, vt ſitis noua cõſper- in S. nec in C q. inuenitur.
ſio, ſicut eſtis azymi. Etenim
Paſcha noſtrum * immolatus *pro nobis. C.S.
eſt Chriſtus. 8 Itaque epule-
mur: non in fermento veteri,
neque in fermento malitiæ &
nequitiæ: ſed in azymis ſyn-
ceritatis & veritatis. 9 Scripſi
vobis in epiſtola, Ne commiſ-
ceamini fornicariis. 10 non vti- D
que fornicariis huius mundi,
aut auaris, aut rapacibus, aut
idólis ſeruientibus: alioquin
debueratis de hoc mundo ex-
iſſe. 11 Nunc autem ſcripſi vo-
bis non commiſceri, ſi is qui
frater nominatur, eſt fornica-
tor, aut auarus, aut idólis ſer-
uiẽs, aut maledicus, aut ebrio-
ſus, aut rapax: cum eiuſmodi
nec

6 Non eſt bona.] *Ex huiuſmodi exemplis apertè cognoſcetis veſtram ſapientiæ & eloquentiæ iactationem, aliamq́ue qualemcunque huiuſmodi gloriationem non eſſe bonam, nihilq́ue pulchri eſſe vbi tanta fœditas & turpitudo ſit: dicetis hoc vnum exemplum eſſe, idq́ue ſingulare, quod non ſit trahendum ad infamandam totam veſtram ſocietatem: imò non tantùm infamiæ, verùm corruptelæ communis periculum ſubitis huiuſmodi vel vnico & ſingulari exemplo ſemel in corpore veſtro admiſſo. neſcitis totam farinæ maſſam fermentari exigua fermenti parte, & contrahere odorem, ſaporem, atque mucoris elementa? ſic etiam tota veſtra Eccleſiaſtica ſocietas meritò dici poßit fœdata, niſi huiuſmodi turpe exemplum è medio auferatis: expurgate igitur vetus fermentum, atque illas reliquias omnes vitij, quod cùm Gentes eſſetis vobis inhærebat, nedum hoc turpe & corruptum ſcelus expurgare debebitis, vt ſitis noua maſſa tota, ſicut azymi eſtis qui à vitio omni per ſpiritum Chriſti eſtis expurgati, & in nouam creaturam renati. namq́ue azymos eſſe oportet omnes qui cum Chriſto agno illo noſtro Paſchali pro nobis immolato, coniungendi ſunt ad cœnam illam Deo gratiſsimam.*

9 Scripſi vobis.] *Id autem quod vobis in epiſtola ſcribebam, vt omnino abſtineretis à cõſuetudine fornicariorum, huc pertinebat videlicet, vt nihil eiuſmodi vitij inter vos eſſe pateremini, vtpote quod turpe eſſet, & alienum omnino à Spiritus Chriſti in vobis habitare volentis puritate: non autem dicebam de fornicariis aliis, aut auaris, aut rapacibus, aut idololatris huius mundi; hoc eſt, Gentium qui nomen non dederunt Chriſto: namque ſi hoc omnino vitare & cauere deberetis, oportuerat vos ſecedere & migrare ex mundo; cùm totus hic huiuſmodi ſit plenus vitiis & corruptionibus: id quod fieri non poteſt, ſed in hoc mundo in medio nationis prauæ & peruerſæ debetis vos lucere vt luminaria in mundo, toto corpore Eccleſiæ veſtræ ſtudioſè repurgato: ideoq́ue in veſtra tãtum gente hãc curam vobis adhibendam eſſe cùm cenſuerim, ſcripſi vobis apertè non commiſceri; ſi quis ex numero fratrum huiuſmodi vitiis fuerit contaminatus, cum huiuſmodi nullam conſuetudinem inire oportet, neq́ue cibi etiam vſu communicare, etiam ſi eſuriatis & non aliàs poßitis comedere niſi cum illis; vt ita probetur Deo & hominibus veſtrum probitatis & honeſtatis ſtudium, atque in huiuſmodi veſtram authoritatem, & acceptam à Chriſto poteſtatem, exercendam duxi.*

12 Quid

nec cibum ſumere. 12 Quid
enim mihi de iis qui foris ſunt
iudicare? Nónne de iis qui in-
tus ſunt vos iudicatis? 13 nam
eos qui foris ſunt, Deus iudi-
cabit. Auferte malum ex vo-
biſipſis.

CAP. VI.

A AVdet 1 aliquis veſtrum
habens negotium ad-
uerſus alterum, iudicari apud
iniquos, & non apud ſanctos?
2 An neſcitis quoniam ſancti
de *mundo iudicabunt? Et ſi *hoc MS. Amb.
in vobis iudicabitur mundus:
indigni eſtis qui de minimis
iudicetis? 3 Neſcitis quoniam
Angelos iudicabimus? quan-
to magis ſecularia? 4 Secularia
igitur iudicia ſi habueritis: cō-
temptibiles qui ſunt in Eccle-
ſia, illos conſtituite ad iudicā-
dum. 5 Ad verecundiam ve-
B ſtram dico. Sic non eſt inter
vos ſapiēs quiſquam, qui poſ-
ſit iudicare inter fratrē ſuum?
6 Sed

12 Quid enim mihi.] *Nam eos qui extra Eccleſiam fidemq́; noſtram ſunt, nihil ad me attinet iudicare & dam̃nare excommunicationis. Iudicium meum eoſdem reſpicit quos veſtrum; hoc eſt, eos qui intra noſtrā diſciplinam ſunt: eos autem qui extra ſunt, relinquite iudicio Dei, qui omnium iudex eſt: & ſi videantur interim vel negligi à Deo, vel ſuauiter agere, & non coërceri ſuis legibus, tamen non effugient iudicium Dei ſuo tempore. id autem quod magis ad vos attinet vt curetis, mos eo & hortor, vt ex vobis malum hunc quem vobis ſignificaui, & quemcumque alium auferatis.*

IN CAP. VI.

1 Audet aliquis veſtrum.] *Eſt & aliud crimen à vobis diſsimulatum, quod non ſecus Chriſtianam ſimplicitatem, iuſtitiam, & ſocietatem violat, atque illud ſuperius, quo puritatem contaminari oſtendimus. Eſt ne aliquis apud vos adeò iniquus, cui actio aliqua poſsit aduerſus fratrem eſſe, quam apud iudicem non tantùm Gentilem ſed iniquum inſtituat, & ſanctos viros qui apud vos ſunt, quos vel iudices vel arbitros adire poſſet, non potius adeat?*

2 An neſcitis.] *Quid nam deſiderari poteſt in ſanctis? quid ad iudicium rectum & legitimum requiri? authoritas ne an cognitio rerū? neſcitis eos tanta authoritate diuinitus præditos, tanta veræ ſapientiæ copia auctos, vt mundi iudices conſtitutos etiam confiteamur? quod ſi mundus totus iudicabitur ab iis qui corporis veſtri, hoc eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ mēbra ſunt, exiſtimatis vos indignos aut minimè idoneos qui de leuibus iudicetis? neſcitis quòd & malos illos angelos, qui non permāſerunt in ſuo principatu, ſed reliquerunt ſuum domicilium, iudicabimus? quanto magis ea quæ ſeculi huius ſunt, cùm leuiſsima & facillimæ æſtimationis ſint apud ſanctos.*

4 Secularia igitur] *Quamobrem oportuerat ad iſtiuſmodi ſecularia iudicia exercenda iudices deligere & cōſtituere vel eos qui minimæ eſſent exiſtimationis in Eccleſia veſtra: idq́; honeſtius & melius vobis eſſet, quàm optimos & æquiſsimos quoſque ex Gentibus, nedum iniquos conſtituere, vti facitis.*

5 Ad verecundiam] *Hoc autē in eam ſententiam accipio, vt pudorē, ruboremq́; vobis iniiciā: Adeo ne nemo in veſtra Eccleſia ſapiens eſt, cui cōtrouerſia inter fratres exorta iudicanda committatur, ſed opus ſit fratri litem intendere aduerſus fratrem, idq́; agat apud eos qui fide carēt?*

6 Sed frater cum fratre iudicio
contendit:& hoc apud infide-
les? 7 Iam quidem omnino de-
lictum est in vobis, quòd iu-
dicia habetis inter vos. Quare *Matt.5,39. Luca 6,29.*
non magis iniuriam accipitis?
quare non magis fraudem pa-
timini? 8 Sed vos iniuriam fa- *Rom.12,19. 1 Thess.4,6.*
citis & fraudatis:& hoc fratri-
bus. 9 An nescitis quia iniqui
regnum Dei non possidebūt?
Nolite errare, Neque fornica- C
rij, neque idólis seruientes, ne-
que adulteri, neque molles,
neque masculorum concubi-
tores, 10 neque fures, neq. aua-
ri, neque ebriosi, neque male-
dici, neque rapaces regnū Dei
possidebunt. 11 Et hæc[a] quidē [a]quidam 1 MS. R. Ambros c.s.
fuistis: sed abluti estis, sed san-
ctificati estis, sed iustificati
estis in nomine Dñi nostri Ie-
su Christi, & in Spiritu Dei
nostri. 12 Omnia mihi licēt, sed *Eccl.37,31. Infr.10,23.*
nō omnia expediunt. Omnia
mihi licēt: sed ego sub nullius
redi-

7 Iam quidem.] *Vna huiusmodi actione nō vni vos simplici culpæ obnoxios prabetis, sed pluribus iisdemque grauibus: primùm namque illud à Christiana simplicitate, modestia atque patientia alienum est, quod iudicio cōtendatis, cùm potius iniuriam pati, vel damnum accepiū ferre vobis vestræque professioni conueniret.*

9 Nolite errare.] *Ne ducamini erroribus specie recti aut maioris boni, aut minoris mali decipientibus, vti accidere solet.*

11 Et hæc quidem fuistis.] *Nemo qui sese huiusmodi vitiis contaminauerit, neque diuinæ misericordiæ beneficio expurgari, expiarique studuerit, regnum Dei possidebit; in quo nihil inquinatum aut impurum introire potest. quamquam autem nonnulli ex vobis, cùm Gentes essetis, vel non secus ac Gentes viueretis, huiusmodi flagitiis essetis coöperti, tamē abluti estis, sanctificati estis, & iustificati estis. postquam ad veritatis viam fuistis reuocati, vobis cōtigit nomine & efficiētia atq. virtute Domini nostri Iesu Christi, vobis cōmunicata per Spiritū Dei.*

12 Omnia mihi licent.] *Libet autem de huiusmodi generibus aliquod disserere, sermonesque vestros in medium afferre & examinare, atque in personam transferre meam. Esto igitur quod aliquis è vobis, qui sibi sapiēs videtur, dictitare solet, Omnia licere quæ legibus editis non prohibentur. Esto omnia licere, sed quis euincet protinus omnia expedire, omnia conferre? nónne licentiæ vsurpationes in maxima plerumque tendunt incommoda? nónne huiusmodi licentiæ in seruitutes grauissimas adigere solent homines? ergo tametsi omnia mihi liceāt quæcunque publicis legibus non vetantur, tamē nō illud ego curabo, quodnam videlicet mihi liceat, sed quid me liberiorem magisque mei cōpotem & minimè seruum turpi seruitute constituat. Licebit, inquitis, omni cibo, cùm libuerit mihi vesci, interim dum venter est cibi capax & appetens; namque cibus ventris causa paratus est, & venter cibos expetit, cibisque capiendis habilis est effectus: ita quidem apparet, verùm hæc non adeò necessaria sunt, vt aliter fieri non possit, quin & cibi sint in mundo, & venter etiam sit qui cibos absumat; namque Deus & cibos & ventrem abolere potest, atq. adeò cùm voluerit abolebit: oportet igitur potius obtemperare Deo, qui & ventrem & cibos abolere potest, quàm ventri & ciborum appetentiæ. Atque hoc dico in genere adeò manifesto, adeoque certo & constanti,*
quale

quale est ciborum & ventris ratio. Verùm alia genera sunt quæ falsò quis ad hæc referat licentiæ asserendæ causa, vt si dicatur, corpus fornicationi & fornicationem corpori conuenire, quippe Christiani hominis corpus Domino debetur, non fornicationi, sed Domino vt Christianorum capiti: & Dominus, vt caput omnium nostrum, corpori omnium nostrũ sibi membri iure compingendo præpositus est; quod corpus, quanquam moriturum sit aliquando, tamen ad vitam æternam suscitandum est, modò à capite proprio non sit disiunctum; hoc est, à Domino, quem Deus suscitauit, ab eodemq́ue nos suscitabimur per virtutem ipsius.

redigar potestate. 13 Esca vẽtri,
& venter escis, Deus autem &
hanc o. hæc o. hunc & "has' destruet: corpus
autẽ nõ fornicationi, sed Do-
mino: & Dominus corpori.
14 Deus verò & Dominum su-
scitauit: & nos suscitabit per
D virtutem suã. 15 Nescitis quo-
niam corpora vestra membra
sunt Christi? Tollẽs ergo mẽ-
bra Christi, faciam membra
meretricis? Absit. 16 An nesci-
tis, quoniam qui adhæret me-
retrici, vnum corpus efficitur?
Genes 2,24. Matt. 19,5. Marc. 10,8. Ephes 5,31. Erunt enim (inquit) duo in
carne vna. 17 Qui autẽ adhæ-
ret Domino: vnus spiritus est.
18 Fugite fornicationem. Om-
enim Ms. s. ne* peccatum quodcunque fe-
cerit homo, extra corpus est:
qui autem fornicatur, in cor-
pus suum peccat. 19 An nesci-
Sup. 3,17. 2 Cor 6,16. tis quoniam membra vestra,
tem-

15 Nescitis.] *Christiani hominis corpus à fornicatione prorsus abhorrere debere, tãquam à re à se alienissima ratio ipsa docet apertè; siquidem ex sacrorum scriptorum lectione constat, vestra corpora à Deo destinata fuisse, vt membra Christi fierent, atque multis exemplis ostendit Deus Christo capiti membra ex corporibus Christianorum à se compacta & coagmẽtata esse: licebit ne ergo auferre mẽbrum ab eo capite cuius membrũ est, & facere idem scorti membrum? minimè verò. atque ita profectò accidit, vt qui agglutinatur scorto, vnum corpus cũ scorto fit; idq́ue apertè docet Scriptura, quæ dixit: Erunt duo in carnem vnam. rursus verò is qui Domino agglutinatur, vnus spiritus est; namque agglutinatio illa per Spiritum sanctum fit, qui alienissimus abhorrẽtissimusq́ue est à carnis impuritate. videtis ne cuiusmodi insania, quantaq́ue sit peruersitas, cùm vocati sitis vt vnus cum Christo efficiamini spiritus, velle effici vnum corpus cum scorto.*

18 Omne peccatum.] *Cùm peccata omnia quæcunque ab homine admittuntur, & ad carnem referantur, & Spiritum sanctum alienent, tamen nullum peccatum vel propius attingit carnem, vel æquè corpus afficit atque inficit, atque id quod fornicatio dicitur: prorsus enim inhæret corpori ipsi peccantis turpitudo illa, ideoq́ue valde alienat ab homine purissimum illum Spiritum sanctum qui in membris vestris templum sibi quod inhabitaret, parauit. hunc autem Spiritum à Deo habetis; neq́ue verò vos qui Christo nomen dedistis, authoritatẽ habetis corpora vestra alij tradẽdi, quã ei cuius estis: nõ enim vestri iuris estis, si iure & ratione agatis, sed eius à quo empti estis. empti autẽ estis pretio eoq́ue maximo sanguinis & mortis Iesu Christi; qui vos ex peccati regno & seruitute redemit. quare agite hoc sedulò, atq́ue diligenter curate, vt corporis & spiritus vestri, quæ quidẽ Dei sunt, gloriã Deo Domino authoriq́ue vestro tribuatis.*

I N

IN CAP. VII.

1 De quibus autem.] *Quæ hactenus vobis scripsi, ad ea pertinent quæ vobis interim dum contētiones exercentur, irrepsere ac dissimulata vel permissa fuêre, cùm tamen grauissima sint & incommodissima, & quæ cum salutis vestræ ratione valde pugnant. Iam verò deinceps alia explicabo, quæ a vobis, isto scientiæ & facundiæ studio, in disputationem excitata, atque variis sententiis agitata sunt, adeò vt de illis me consulendum esse statueritis. Primum verò caput de coniugij ac cœlibatus comparatione, & de vtriusque obseruantia est: quo in genere illud in primis respondeo, pulchrum honestumque esse homini feminam non tangere, atque id vtpote pulchrum & bonum optandum cum primis: quòd si tangenda sit mulier, à scortatione omnino est abstinendum; sed coniugia ineunda legitima; eaque summa fide, puritate atque simplicitate sunt colenda; ita vt vir intelligat se vxori amorem purum & legitimum cum officio maritali debere, atque adeo tanquam debitum reddat; eademque vxori erga virum sit lex: ita enim alter alterius est, vt neuter liber sit à iure & potestate alterius in se; quamobrē nemo alterum debito officio fraudare potest: igitur ne subducatis vobis inuicem debitum, nisi ex consensu & certo communique consilio vacandi ieiunio & precationibus, rursusque ad idem officium coniugale redite ad eundem etiam consensum, ne vos aduersarius ille Dei & noster tentet propter impotentiam cōcupiscentiæ carnis vestræ. id autem de iis dicitur in quibus hæc concupiscentia viget coniugibus, quanquam enim in altero non vigeat, tamen ille interim dum coniugium durat, sui iuris non ita est quin*
6 *alteri officium debeat. itaque habenda ratio est infirmitudinis cui indulgendum est; non enim commune & necessarium omnibus hoc esse præceptum aio.*

7 Volo autem.] *Illud quidem ego vellem, vt omnes puri atque ab coniugij vsu isto abstinētes essent, perinde atque ipse ego sum, verùm singulis propria dona gratis à Deo donata sunt, quibus purè sancteque vti expediat & conueniat.*

templum *sunt Spiritus sancti *cft 4 MS. Amb.
qui in vobis est, quem habe-
tis à Deo, & non estis vestri?
20 Empti enim estis pretio ma- Infr. 7,23. 1 Pet. 1,18.
gno. Glorificate & portate
Deum in corpore vestro.

CAP. VII.

DE 1 quibus autem scripsi- A
stis mihi: Bonū est ho-
mini mulierem non tangere.
2 propter fornicationē autem
vnusquisque suam vxorē ha-
beat, & vnaquæq. suū virum 1 Tm. 3,7.
habeat. 3 Vxori vir debitum
reddat: similiter autē & vxor
viro. 4 Mulier sui corporis po-
testatem non habeat: sed vir.
Similiter autem & vir, sui cor-
poris potestatem non habet:
sed mulier. 5 Nolite fraudare
inuicem, nisi fortè ex consen-
su ad tempus, vt vacetis *ora- *ieiunio & R.C.4.
tioni: & iterum reuertimini in
idipsum, ne tentet vos Satanas
propter incōtinentiam vestrā.
6 Hoc autem dico secundū in-
dulgentiam, non secundū im-
perium. 7 Volo autem omnes
homines esse sicut meipsum:
sed vnusquisq. proprium do-
num

8 Dico

num habet ex Deo: alius qui-
B dem sic, alius verò sic. 8 Dico
autem non nuptis & viduis:
bonum est illis si sic "perma- ("manceant 12 MS. G.)
neant sicut & ego. 9 Quòd si
non se cõtinent: nubant. Me-
lius est enim nubere, quàm
vri. 10 Iis autem qui matrimo-
nio iuncti sunt, præcipio non
ego, sed Dominus, vxorem à (Matt. 5,32. 19,9. Marc. 10,9. 10,11. Luca 16,18.)
viro non discedere: 11 quòd si
discesserit, manere innuptam,
aut viro suo recõciliari. Et vir
vxorem non dimittat. 12 Nam
cæteris, ego dico, non Domi-
nus. Si quis frater vxorem ha-
bet infidelem, & hæc consen-
tit habitare cum illo: non di-
C mittat illam. 13 Et si qua mu-
lier habet virum infidelem, &
hic consentit habitare cum il-
la: non dimittat virum. 14 san-
ctificatus est enim vir infide-
lis

8 Dico autem] *Atque de coniugum officio hæc dicta sint, ad cœlibes autem, siue ad eos qui cõiugio soluti sunt, nostra se vertat oratio. Igitur viris qui vxorem non duxerunt, & viduis illud primùm dico, pulchrum illis esse atque honestum, si permanserint à coniugio immunes, sicut & ego permansi antè etiam quàm hoc Dei dono auctus essem, verùm oportet appetitionibus imperare, minimeq́; indulgere: quod si se cognouerint succubituros, & vel parum continentes fore, cõiugium ineunto: satius enim tutiusq́;, & optabilius est coniugium inire, quàm vri cupiditate.*

10 Iis autem.] *Vt verò ad coniugiorum obseruantiam redeam, iis qui coniugij conditione tenentur, præcipio, idq́; non ex meo vel consilio vel iudicio singulari, sed ex Dei præcepto; primùm, ne vxor quæ non potest repudiare virum, tamen vel ex vestro more antiquo, cùm Gentes essetis, vel ex aliorum populorum imitatione, cùm libebat discedere, licere putabat, ne iã deinceps cùm Christiana sit, à marito discedat, sed viri mores leniter & modestè ferat: quòd si propter grauem aliquam animi perturbationem discesserit, aut omnino ab alterius nuptiis abstineat; quippe quæ coniugij legibus absoluta non est; aut omni modestia, honestate, & studio probatoq́; vitæ exemplo curet, vt cũ marito in gratiã redeat. Viro etiã edico ex eodẽ Domini præcepto, nõ licere vxorẽ dimittere vlla ex causa, dimißione illa solutionis quæ propter duritiã cordis hominum à Mose in lege permittebatur.*

12 Nam cęteris.] *Quæ hactenus dixit Paulus ad eos potißimùm spectãt, qui in Christianæ Ecclesiæ veritatẽ nomẽ dederãt: hæc verò ad eos pertinent, qui cùm matrimonio iũcti fuerint, aut alia publici iuris lege obligati, tamẽ dispari essent cultu: ideò ait* Cæteris, *quibus ipse suã sententiã sapienter exponit, eamq́; diuini præcepti loco haberi nõ vult, vtilẽ tamẽ & expedientẽ esse censet ex euetus plerunq́; optimi obseruatione.*

Et hæc cõsentit.] *Si illa nõ grauiter & iniquo sed placido animo fert illũ ex nostræ Ecclesiæ disciplina esse, nihilq́; minus amat eũ, imò libẽter, cũ ipso esse vult, neq́; reprehẽdit aut accusat & improbat Christianæ disciplinæ consuetudinẽ, omninoq́; vxoris officiũ facit, quãuis infidelitatẽ adhuc retineat.* 14 Sãctificatus est] *Quod ad matrimonij ius & puritatẽ pertinet, cùm alter sit fidelis, nõ solùm ciuilis illa coniunctio, societasq́; habetur, sed etiam sancta, nulloq́; pacto prophana censenda est, alioqui filij vestri, qui vobis nati sunt antequam essetis Christiani, impuri, prophaniq́; censerentur, nunc autem iidem illi vobis Christianis puri, legitimi, mundiq́; sunt.*

 15 Quòd

15 Quòd ſi infidelis.] *Si verò alter ex coniugibus diſcedere vult, atque legibus vti ſuis, vtatur, neque cogatur frater aut ſoror alterum ſequi tanquã ſeruus: quia his qui legibus huiuſmodi vtuntur, nullam ſeruitutem diſciplina noſtra imponit, vt cogantur alios neceſſariò ſequi. ea verò quæ dixi, concordiam non diſsidium ſpectant; hoc eſt. vt volenti & conſentienti infideli coniugi cohabitandum ſit; ad pacem enim & ad concordiam vocauit nos Deus. Itaque nullam ad diſsidium, nullam ad diſcordiam per nos anſam præberi cuiquam hominum volo, ſed hoc ſtudioſè curari, vt fideles, exemplo conſuetudinis noſtræ, eos ad ſalutis viam traducant qui infideles fuerint, inter quos & magna ratio habenda eſt familiarium & neceſſariorum.*

17 Niſi vnicuique.] *Itaque nemo ſuam conditionem ſtudioſè aut contentioſè mutare curet, ſed pietatis Chriſtianæ (quæ omnibus in rebus & ordinibus lucere poteſt) obſeruata ratione ſuam perſonam, quam cum vocaretur obtinebat, modeſtiſsimè retineat, & ſimpliciſsimè agat.*

19 Circunciſio.] *Nuda illa externa circunciſio, etiam quamdiu Moſaica lex viget, nihil eſt ad pietatem veram, nihil ad gratiam Dei conciliandam, ſi eo tantùm conſilio ſubitur, vt in ea conſiſtatur ſine obſeruatione præceptorum Dei: namque in eum ſcopum circunciſionis inſtitutio tendebat. idem etiam de præputio dicendum, quod ad ſalutem ſua natura nihil eſt; obſeruatio autem mandatorum Dei, hæc vtiliſsima eſt ad ſalutem.*

21 Magis vtere.] *Potius delige velle vti ſeruitute ad tuam exercitationem, & domini cui ſeruis ſalutem, cùm illa ſeruitute rectè à te adminiſtrata libertas tua apud Chriſtum magis illuſtretur: eſt enim liber & ingenuus apud Chriſtum, qui probè apud homines ſeruitutis conditione vtitur.*

23 Nolite

lis per mulierem fidelem, &
ſanctificata eſt mulier infide-
lis per virum fidelem. alioquin
filij veſtri immũdi eſſent: nũc
autem ſancti ſunt. [15]Quòd ſi
infidelis diſcedit; diſcedat. nõ
enim ſeruituti ſubiectus eſt
frater aut ſoror in huiuſmodi.
in pace autem vocauit nos
Deus. [16]Vnde enim ſcis mu-
lier, ſi virum ſaluum facies? aut
vnde ſcis vir, ſi mulierem ſal-
uam facies? [17]niſi vnicuique
ſicut diuiſit Dominus, vnum-
quemque ſicut vocauit Deus,
ita ambulet, & ſicut in omni-
bus Eccleſiis doceo. [18]Circũ- D
ciſus aliquis vocatus eſt? non
adducat præputium. In præ-
putio aliquis vocatus eſt? non
circumcidatur. [19]Circunciſio
nihil eſt, & præputium nihil
eſt: ſed obſeruatio mandato-
rũm Dei. [20]Vnuſquiſq. in qua Ephes.4,1.
vocatione vocatus eſt: in ea
permaneat. [21]Seruus vocatus
es? non ſit tibi curæ. ſed & ſi
potes fieri liber: magis vtere.
[22]Qui enim in Domino vo-
catus eſt ſeruus, libertus eſt
Domini: ſimiliter qui liber
vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.
[23]Pre-

Sup. 6, 20. 1 Pet. 1, 18. 23 Pretio empti estis, nolite fie-
E ri serui hominũ. 24 Vnusquis-
*fratres 3 MS. R. G. S. que in quo vocatus est, "frater'
*maneant O. *maneat MS. Amb. G S. in hoc "permaneat' apud Deũ.
25 De virginibus autem præce-
ptum Domini non habeo: cõ-
silium autem do, tanquã mi-
sericordiam cõsecutus à Do-
mino vt sim fidelis. 26 Existi-
*enim MS. *autẽ MS Q. mo "ergo' hoc bonũ esse pro-
pter instantem necessitatem,
quoniam bonum est homini
sic esse. 27 Alligatus es vxori?
noli quærere solutionem. So-
lutus es ab vxore? noli quære-
re vxorem. 28 Si autem accepe-
ris vxorem: non peccasti. Et si
nupserit virgo, non peccauit.
tribulationem tamen carnis
habebũt huiusmodi. Ego au-
tem vobis parco. 29 Hoc itaq.
dico fratres, tempus breue est,
reliquum est, vt & qui habent
vxores, tanquam non haben-
tes sint: 30 & qui flent, tãquam
non flentes: & qui gaudent,
tanquam non gaudentes: &
qui emunt, tãquam non pos-
sidentes: 31 & qui vtuntur hoc
mundo,

23 Nolite fieri serui hominum.] *Nullo genere seruitutis vos alligetis hominibus, quod possit impedire seruitutem illi debitam, qui vos pretio redemptos sibi addixit.*

25 De virginibus.] *Quod ad virginitatis studium, curam & obseruantiam, de qua etiam ad me scripseratis, attinet; non habeo præceptũ Dei quod vobis referam, habeo tamen quod exponam vobis consilium, idq; fidelissimum, ex nulla priuata meæ rei ratione, sed ex officij mihi impositi candida simplicitate & fidelitate profectum, iuxta gratiam mihi concessam à Domino Deo, vt sim fidelis minister.*

26 Existimo.] *Cùm huius temporis necessitas hoc postulet, vt vnusquisque cursum ad salutem suam quàm expeditissimè, & sine vlla offensione conficere studeat; existimo totum genus hoc sic esse distribuendum in partes, Alligatus es vxori, &c.*

28 Tribulationem tamen carnis.] *Quãquam nec vir vxorem ducens, nec virgo nubẽs, peccat, neque quisquam ex his hoc nomine offendit Deum, vel à salutis via deducitur, si modò in ea conditione est vt coniugium inire possit, tamen denuntio illis laborem & corporis molestias non leues, quibus multum temporis impenditur, quod in illo expedito ad salutem cursu poni poterat. verùm ego vobis pro singulorum ratione & vsu consultum esse volo, vel quàm expeditissimè vel quàm tutissimè.*

29 Tempus breue est.] *Cursus negotiumq; ad salutẽ magnitudine dignitateq; sua totum hominem sibi postulat, & opportunitas qua hoc agi possit est contracta, quandoquidem & vita summa breuis est, & præterea nescitis qua hora Dominus veniet: igitur oportunitate vti, & tempus redimere oportuerit. id fiet si ita rebus vtamini, vt vel nulla parte vel quàm minima retardemini. res autem voco, coniugia, paupertatem, gaudia, mœstitias & labores; quarum expedito vsu, nulla verò cura vos teneri cupio, maximè cùm hæc fluxa caducaq; sint quæ ad mundi huius speciem referuntur. linquenda sunt necessariò vel inuitis hominibus, ergo non curanda aut admiranda piis, & ad cælorum regnum iter facientibus.*

34 Et mulier innupta.] *Et mulieris etiam nuptæ atque innuptæ ac virginis discrimen est manifestum : nam quæ innupta est, curam suam omnem confert vt placeat Domino, cùm illi rei tãtùm vacare possit; id quod non ita facilè nuptis cõtingere possit, quas oportet ea etiã curare quæ viri sunt, atque ei rei intẽtas mundana quoque curare consequitur, studio placendi viris, quos à mundanis rebus alienos nancisci non ita sæpè contigit.*

35 Porrò hoc.] *Atque hoc vobis refero, vt consulã tam iis qui matrimonio coniuncti sunt, quàm aliis; non autem vt vos ad laqueũ, id est, ad consilij inopiam, atque adeò ad desperatas angustias adigam, imò potius vt moneam quid vobis agendum sit, etiam iis qui coniugio vtimini; illud videlicet curandum quod honestum sit, & illud arripiendum quod facultatem præbeat sine impedimento mundano Dominum obseruandi.*

36 Si quis autem.] *Si quis verò tum honestatis, tum honestæ vtilitatis rationibus subductis, existimat non posse iam præteriri filiæ suæ adultæ maturitatem absque dedecoris nota sibi inurenda, atque ideo filiam suam nuptum dare vult, faciat id quod sic vult, non errat, non peccat, nubat virgo eiusmodi parentis consilio & iussu.*

37 Nam qui statuit.] *Nam qui nullo neque dedecoris neque mali incommodi impedimento detinetur, & certo ac deliberato consilio cognouit expedire sibi virginem suam conseruari, suaq; omnino spontis est, ita vt nemo suæ voluntati iure aduersetur, is pulchrè facit si virginem suam conseruet. itaque vtrumque bonum est, & virginem nuptum dare, & non dare, cùm retinere licet; sed hoc posterius pulchrius præstantiusq; est.*

39 Mulier

mundo, tanquam non vtatur.
præterit enim figura huius
mũdi. [32] Volo autem vos sine
solicitudine esse. Qui sine
vxore est, solicitus est quę Domini
sunt, quomodo placeat
Deo. [33] Qui autem cum vxore
est, solicitus est quæ sunt
mũdi, quomodo placeat vxori:
" & diuisus est. [34] Et mulier "q. n.
innupta & virgo, cogitat quæ
Domini sunt: vt sit sancta &
corpore & spiritu. Quæ autẽ
nupta est, cogitat quæ sunt
mundi: quomodo placeat viro.
[35] Porrò hoc ad vtilitatem
vestram dico: non vt laqueum
vobis iniiciam, sed ad id quod
honestum est, & quod facultatem
præbeat sine impedimento
Dominum "obseruandi. "obsecrandi MS. R.
[36] Si quis autem turpem se
videri existimat super virgine
sua, quòd sit superadulta, & G
ita oporteat fieri: quod vult faciat.
non peccat, ⁻ si nubat. ⁻ 1 MS. G. S.
[37] Nã qui statuit in corde suo
firmus, non habens necessitatem,
potestatem autem habẽs
suæ voluntatis, & hoc iudicauit
in corde suo, seruare virginem suam: bene facit. [38] Igitur
& qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit: & qui
non

Rom. 7, 2. non iūgit, melius facit. 39 Mulier alligata est legi quanto tēpore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata *a lege M s q. est*: cui vult nubat: tantùm in Domino. 40 Beatior autē erit, si sic permanserit, secundùm meum consilium. puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

A DE iis autem quæ idólis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat. 2 Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodū oporteat eum scire. 3 Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. 4 De escis autem quæ idólis immolantur, scimus quia nihil est idôlum
B in mundo, & quòd nullus est Deus,

39 Mulier dum viuit.] *Nulla mulier sibi aliquo modo persuadeat aut promittat libertatem, quippe quæ lege diuina alligata est quandiu maritus viuit: illo vita functo, libera est, ita vt cui voluerit nubere possit, modò legitimè id faciat, vt Christianam feminam decet piè ac religiosè.*

40 Beatior.] *Quod si permanere potest ita libera & in Domino etiam, mea quidem sententia beatior erit, vtpote quæ minus molestiarum, minus impedimenti habitura sit, vt spiritu & corpore sese totā in pietatis exercitationem tradat. Scio alias de hac re sententias aliis atq; aliis esse: verum ego meam expono, qui tamen existimo me habere spiritum Dei, quo & verum à falso, & vtile ab honesto distinguere, & honesta, vtiliaq; simul conferre, comparare, diiudicareq; possim.*

IN CAP. VIII.

1 De iis autem.] *Est aliud etiam argumētum in vestris ad me literis propositum de communicatione cum iis qui Gentium ritibus & sacrificiis intersunt, quam nonnulli ex vobis scientiæ rationibus inducti Christiano homini permissam esse docere videntur. Atque de re ipsa & nos & vos scientiam habemus, verùm aliud scientia, aliud scientiæ vsus est. Scientia quà scientia est, neque pium facit hominem, neque optimum; facit quidē doctum & scientem, sed si rectus desit vsus, scientia ipsa tantùm inflat: quóque maior scientia est, eo magis & scientes inflat, & eos etiam contra quos cōtendit, ex huiusmodi tumoribus & inflationibus, tremores, impulsiones, rumores, strepitusq; exoriri necesse est. rectus autem scientiæ vsus à charitate petendus est: Nam charitas ædificat.* 2 Si quis autem.] *Quod si quis scientia tantùm præditus, existimat se aliquid scire, neque charitate tamen instructus est, is nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire, & in quem vsum scientia sit comparata.*

3 Si quis autem.] *At verò qui diligit Deum, hic ab eo cognitus est, & sibi conscius, quemadmodum debeat sua scientia vti, nempe ex eiusdem Dei præscripto omnia instituentis ad gloriam suam, hominumq; ædificationem in ipsorum salutem. atque hic cognitionem hanc habet à Deo à quo veritatem veritatisq; vsum est edoctus.* 4 Scimus quia.] *Scimus nullam esse virtutem simulacrorum ex natura sua, neque posse aut sanctificare aut contaminare cibos sibi sacratos, neque eum deum cuius hoc idolum est, quia nullus Deus nisi vnus.*

5 Nam etsi ſunt.] *Quanquam enim vel hominum errore,qui inuexerũt varia deorum nomina in cælum & in terram , & numinum atque dominorum , vel etiam linguarum vſu dij vocentur ſuperiores ſpiritus , & iudices ac domini;tamen,quod ad diuinam naturam attinet,vnus eſt Deus: ille omnium rerum principium,perſonarum etiam in diuinis principiũ, ex quo omnia,& ipſe etiam Chriſtus vt filius, qui idem Deus eſt cum Patre vnicus,idem autem vnicus Dominus,per quem omnia facta ſunt,& nos regenerati ſumus per ipſum.*

7 Sed non in omnibus.] *At verò illa ſciẽtia ita aperta & expedita non eſt in omnibus: conſulendum eſt autem magis omnium ædificationi , quàm priuatæ cognitioni obſequẽdum: Nam quidam cùm exiſtiment hactenus idolo vim aliquam eſſe quæ communicetur cibis idolo libatis,demum non carere aliqua efficientia & diuinitatis parte, vel ſaltem dæmonio aliquid in hac parte tribuant,comedunt cibos idolo dicatos ſub ea perſuaſione quòd idolo conſecratum ſit, atque aliquid ſacri vel plus quàm communis cibi ſit. hæc conſcientia, etiam ſi vano fundamento fulta,tamen comedentem polluit,quandoquidẽ ille cibos hos immũdos putat.*

8 Eſca.] *Non adducit cibus nos ad Deũ,cùm ſua natura indifferens ſit;ita vt ſi comedamus, non poſſimus nos dicere ditiores rebus ſpiritualibus,atque aditum ad Deum patefacientibus, neque ſi non comedamus poſſimus exiſtimare illud nobis deeſſe,vt ad Deum aditus patefiat. hoc de cibo ipſo quatenus cibus eſt,etiã ſi adſit ſciẽtia inefficacitatis idoli cui cõſecratus fuerat.*

9 Licentia veſtra] *Poteſtas iſta quæ vobis aliàs eſt comedẽdi ex iis quæ vetita nõ ſunt lege Chriſtiana, niſi offenſio infirmorũ metuatur.*

10 In idólio.] *In tẽplo aut atrio idolorum.*

Ædificabitur.] *Stabilietur, conſtruetur, & confirmabitur iſta tua ſciẽtia,cùm deberet ædificari potius ad abominandam & deteſtandam communionem totius impietatis & idololatriæ.*

12 Percutientes.] *Vulnerantes eos qui aliàs infirmi ſunt, dupliciter læditis,& peccatis grauiùs in Chriſtum, cuius membra illi ſunt, quamuis infirmiora.*

Deus,niſi vnus. 5 Nã etſi ſunt
qui dicantur dij,ſiue in cælo,
ſiue in terra(ſiquidem ſunt dij
multi,& domini multi) 6 no-
bis tamen vnus Deus, Pater,
ex quo omnia & nos in "illũ': "illo MS. Amb. 2.
& vnus Dominus,Ieſus Chri-
ſtus per quem omnia , & nos
per ipſum. 7 Sed non in omni-
bus eſt ſcientia.Quidam autẽ
*conſcientia vſque nunc idó- *cum MS. q.
li,quaſi idolothytum mandu- C
cant: & conſcientia ipſorum
cùm ſit infirma , polluitur.
8 Eſca autem nos non com-
mendat Deo. Neque enim ſi
manducauerimus,abundabi-
mus:neque ſi non manduca-
uerimus,deficiemus. 9 Videte
autem ne fortè hæc licẽtia ve-
ſtra offendiculũ fiat infirmis.
10 Si enim quis viderit eũ qui
habet ſcientiam, in idólio re-
cumbentem:nónne conſcien- D
tia eius,cùm ſit infirma,ædifi-
cabitur,ad manducandũ ido-
lothyta? 11 Et peribit infirmus Rom 14,15.
in tua "ſcientia' frater, propter "conſcientia MS. q.
quem Chriſtus mortuus eſt?
12 Sic autem peccantes in fra-
tres,& percutientes conſcien-
tiam eorũ infirmam : in Chri-
ſtum

Rom.14,21. ſtum peccatis. [13]Quapropter
ſi eſca ſcandalizat fratrem
meum: non manducabo car-
nem in æternum, ne fratrem
meum ſcandalizem.

CAP. IX.

NOn[1] ſum liber? Nõ ſum
Apoſtolus? Nónne Chri-
ſtum Ieſum Dominum no-
ſtrum vidi? Nónne opus meũ
* 1 MS. Amb. c. vos eſtis in Domino? [2] *Et ſi
aliis non ſum Apoſtolus: ſed
tamen vobis ſum. nam ſigna-
culum apoſtolatus mei vos e-
ſtis in Domino. [3] mea defen-
ſio apud eos qui me interro-
gant, hæc eſt: [4] Nunquid non
habemus poteſtatem mandu-
candi & bibendi? [5]Nunquid
nõ habemus poteſtatem mu-
lierem ſororem circunducen-
di, ſicut & cæteri Apoſtoli &
fratres Domini, & Cephas?
[6]Aut ego ſolus & Barnabas,
non habemus poteſtatem hoc
operandi? [7]Quis militat ſuis
ſtipendiis vnquã? Quis plan-
tat vineam: & de fructu eius
non edit? Quis paſcit gregẽ: &
de lacte gregis nõ manducat?
[8]Nun-

13 Scandalizat.] *Si cibus idolothyeorum fratri meo offenſionem parat, non ſolùm ex illis carnibus, ſed neque vllas alias comederem perpetuò, ne in aliquam vnquam ſuſpicionem incideret frater, qua offenderetur, exiſtimans carnes illas aliquo modo immundas eſſe.*

IN CAP. IX.

1 Non ſum liber?] *Non ſolùm aliis ego probiberem eſum carniũ idolis immolatarum cum offenſione fratrum, ſed omnium carnium eſu ipſe perpetuò abſtinerem: id quod & vos, qui ſcientiam iactatis, & miniſterio atque magiſterio cæteros anteire vultis, obſeruare deberetis; niſi me vnum, vt aliàs multis laboribus expoſitum; ita etiam vt vobis fortaſſe videtur, maioribus & arctioribus vinculis adſtrictum, aut minori facultate authoritateq́; præditum putatis. cùm tamen vt authoritate Apoſtolatus certiſſima fungor, ita etiam facultate & poteſtate omnium rerum quæ aliis tribuuntur. An non ſum liber ego à lege ceremoniali etiam, & ab illa ſeruitute antiqua redemptus? nõ ſum mei iuris, vt alij omnes qui liberi vocantur? non ſum Apoſtolus miſſus à Domino Ieſu, quem ego vidi, & vidi vt Chriſtũ, & vidi vt Dominum? & vtroque nomine prædicandum in Apoſtolatu ſuſcepi? nónne Apoſtolatus mei opus vos eſtis, veſtraq́; Eccleſiæ homines, qui Euangelij virtutem à me annunciati experti in ſe fuere? Si alij negarent me eſſe Apoſtolum, quòd non viderint Apoſtoli munere functum, at vos non poteſtis negare, qui ſignaculum habetis ſpiritus, ex Euangelij per me allati virtute acceptum: ita vt hoc ſigillo Deus teſtetur, egoq́; probem munus meum apud eos qui de me inquirunt. Nunquid non licet & nobis edere & bibere Eccleſiæ ſumptu, aut ex fratrum liberalitate? nónne etiam licet fidelem ex noſtratibus mulierem nobiſcum circumducere, vt Apoſtoli cæteri faciunt; exempli cauſa fratres Domini, & Cephas?*

6 Aut ego ſolus.] *An cæteris licet vti ſumptu publico & miniſterio alio, mihi autem & Barnabæ ſolis non licet non operari manibus, victus comparandi cauſa?*

8 Nunquid

8 Nunquid secundum hominem.] *Nũ ex humano affectu & proprio sensu atq; adeò ex consuetudine hominum hæc assero, an non legitima prorsus hæc sunt, cùm in lege Mosis scriptum sit, Non alligabis os boui trituranti. intelligitis ad boum laborem & ministerium tantùm pertinere præceptum illud: an cura est Deo boum, non autem hominum operam ponentium ad aliorum vtilitatem? nullus enim vtilis labor insumitur citra spem fructus, ingratiq; est agri non pascere eum qui se coluerit. quod si carnalia seminantes iure summo fructus colligunt, sibiq; in vsus vendicant; licet etiam & nobis ea quæ ad corpus nutriendum & alendum honestè pertinent, repetere à vobis, quos spiritualibus instruimus alimentis. & cùm multo plus operæ & operis, maiore cum vtilitate vestri, maiori cum labore nostro, in vobis posuerimus, non debemus minoris conditionis apud vos esse, quàm alij qui iuris sui in vos participes sunt, & fiunt. itaque constat nobis ius & potestas apud vos, qua tamen nunquam sumus vsi, ne vel minima parte Euangelij Christi cursus, cui toti intenti eramus, apud vos retardaretur.*

13 Nescitis.] *An ignoratis ius esse iis qui sacris ministeriis vel addicti sunt vel operam dant, viuẽdi ex iis quæ sacra sunt, Deoq; oblata, vt decimis, primitiis, sacrificiis, muneribusq; aliis? & qui altari assident, neque alij prophano muneri vacare permittũtur, participant cum altari, diuiduntq; sibi victimarum portiones constitutas.*

16 Nam & si euangelizauero.] *Cùm ego non sim author Euangelij, neque munus hoc vsurparim, sed impositum à Deo susceperim, non est mihi gloriatio quasi aliquid meum in medium attulerim mea authoritate: gloriatio est Dei, qui vobis Euãgeliũ misit. cumq; ego seruus emptus & ad hoc delectus & missus, necessitati huic diuinæ iussionis parere debeã, graue iudiciũ sim subiturus, si non euãgelizauero.*

8 Nunquid secundum ho-
minem hæc dico? An & lex
hæc non dicit? 9 Scriptum est B
enim in lege Moysi, Non alli- *D.e.25,4.*
gabis os boui triturãti. Nun- *1 Tim.5,18.*
quid de bobus cura est Deo?
10 An propter nos vtique *di- *hoc Ms. c. q. 5.
cit? Nam propter nos scripta
sunt: quoniã debet in spe qui
arat, arare: & qui triturat, in spe
fructus percipiendi. 11 Si nos *Rom.15,27.*
vobis spiritualia seminaui-
mus: magnum est si nos car-
nalia vestra metamus? 12 Si alij
potestatis vestræ participes
sunt: quare non potius nos?
Sed non vsi sumus hac pote-
state: sed omnia sustinemus,
ne quod offendiculum demus
Euangelio Christi. 13 Nescitis *Deut.18,1.*
quoniam qui in sacrario ope-
rantur: quæ de sacrario sunt
edũt: ⁻& qui altari deseruiũt, ⁻8 Ms. c.
cum altari participãt? 14 Ita &
Dñs ordinauit iis qui Euãge-
liũ annuntiãt, de Euãgelio vi-
uere. 15 Ego autẽ nullo horum C
vsus sum. Nõ autẽ scripsi hęc,
vt ita fiant in me: bonum est
enim mihi magis mori, quàm
vt gloriam meã quis euacuet.
16 Nam & si euangelizauero,
non

17 *Necesse*

non est mihi gloria: necessitas
enim mihi incumbit: vę enim
mihi est si non euangelizauero.
17 Si enim volens hoc ago:
mercedem habeo. si autem
inuitus: dispensatio mihi credita
est. 18 Quæ est ergo merces
mea? Vt Euangelium prædicans,
sine sumptu ponam
Euangelium, vt nō abutar potestate
mea in Euangelio.
19 Nā cùm liber essem ex omnibus,
omnium me seruū feci:
vt plures lucrifacerem. 20 Et
factus sum Iudæis tanquam
Iudæus: vt Iudæos lucrarer.
21 iis qui sub lege sunt: quasi
D sub lege essem (cùm ipse non
essem sub lege) vt eos qui sub
lege erāt, lucrifacerem. iis qui
sine lege erant, tanquam sine
lege essem (cùm sine lege Dei
non essem: sed in lege essem
Christi) vt lucrifacerē eos qui
sine lege erant. 22 Factus sum
infirmis infirmus: vt infirmos
lucrifacerem. Omnibus omnia
factus sum: vt omnes facerem
saluos. 23 Omnia autem
facio propter Euangelium: vt
particeps eius efficiar. 24 Nescitis
quòd ij qui in stadio
currunt,

17 *Necesse est itaque vt muneri meo vacem: quòd si id quod mihi impositum est ita suscipio, ac si ipse volens vltroq; suscipiā, illa animi mei promptitudo & hilaritas mercedē habet: quòd si inuitus facio, tamen facere debeo, quia creditam mihi dispensationem in meam fidem suscepi, quam fideliter exercere debeo.*

18 Quæ est ergo merces mea?] *Huius autem voluntatis meæ merces mihi proposita illa est, vt gratis, sine vllo Ecclesiarum sumptu, Euangelium communicem omnibus, atque ita nunquam abuti possim authoritate iureq; meo in Euangelio, vt qui ne vti quidem velim: adeò vt cùm liber sim ex omnibus legibus & exceptionibus, quibus liberi sunt cæteri Apostoli, neque vllius iudicium in huiusmodi rebus metus subire debeam, dūmodo rectè munus meum exequar; tamen me omnibus tanquam seruum subiecerim, vt omnium infirmitati morem gerendo, in iis quibus mihi integrum erat morem gerere, plures lucrifaciam.*

20 Et factus sum.] *Iudæis me professus sum Iudæum, ex eodem genere, ex eodem populo, ex eisdem studiis Iudaicæ amplitudinis commendandæ & prædicandæ, quibusdam ceremoniis mediis communicandi, vt Iudæos lucrarer, & his qui sub lege adhuc erant, & nondū Christū receperant, factus sum tāquam sub lege essem, vt eos ad Christum à lege deducerem. exlegibus verò tanquam exlex, abalienatus apud illos ab illis ceremoniis & ritibus, quæ eos tantùm spectabant qui sub lege essent, non tamen ita vt nullam legem obseruarem, sed obseruādo illam legem Christi, quam Deus obseruari maximè vult. Atque ita curabam & studebam exleges in hanc legem inducere.*

23 Omnia autem facio.] *Hoc omne quod exposui, Euangelij causa facio, quod commune omnibus mecum esse & cupio & peropto, atque diligenter curo.*

24 Nescitis.] *Familiari vobis & celebri in vestris Gētibus exemplo doceri potestis quid intersit inter eos qui quidquid possunt; & eos qui ab iis etiam continent quæ iure possunt, impedi-*

mento tamen aliquo fore suspicantur ad propositi sui liberrimam expeditionem. In stadio certaminum apud Græcos institutorum multi certant, sed non omnes palmam referunt, multi currunt, sed vnus accipit brauium. Sic vos igitur currite, vt non solùm cucurrisse, sed legitimè cucurrisse & præmium propositum tulisse iudicemini. curretis autem quàm expeditissimè, si vos nec vllis impedieritis oneribus, neque vllis subieceritis rebus, quæ vel vires agilitatemq; minuant, vel corpus emolliant aut grauent.

25 Omnis autem qui in agone.] *Eãdem rationem secuti illi qui in certamen sese parãt, siue pugiles siue luctatores illi sint, magno se studio exercent ad robur comparandum, lassitudinemq; vitandam, atque valetudinem firmandam; quamobrem multa faciunt & ferũt, sudant & algent, vino & nimio cibo libidineq; continent. & hæc illi curant adeò studiosè, vt coronam accipiant corruptibilem, nimirum oleastrinam vel piceam, vel ex apio. quid verò oportet nos facere, quibus incorruptibilis proposita est corona?*

26 Ego igitur.] *Quamobrem ego ipse qui vos hortor sic currere vt comprehendatis, hoc in me exemplum statuo, qui cùm hunc Euangelij cursum, hoc certamẽ susceptum subierim, vt quàm expeditissimè decurram, magnũ mihi laborem & propono & impero, nõ currẽs quasi incerto fine, sed cognosco quò mihi quaque sit currendum, quàm cõtento impetu, quàm alieno atq; libero ab iis rebus quæ propositum morari meum possent. sic pugno non quasi aërem verberans, sed meipsum contundo, exerceo, roboro, atque seruitium subire facio, ne cùm prædicatione mea alios fuerim ad legitimum certamẽ hortatus, ipse à præmio recipiẽdo reiiciar.*

IN CAP. X.

1 Nolo enim vos ignorare.] *Vt verò intelligatis non satis esse incepisse cursum, nisi summa constantia & cura persequamini, & perseueretis vsque in finem, ad antiqua signa & exempla agnoscenda vos reuocabo. Patres nostri omnes fuerunt ex voluntate, gratia, & misericordia Dei sub nube, simul fuerunt sub illa, inquam, nube partim lucida partim obscura, cuius magnum significationis arcanum est: omnes per mare transierunt, illæsi viuiq; euaserunt, liberatosq; sese viderunt à Pharaonis nõ solùm tyrannide, sed & metu: omnes in Mosen baptizati sunt in nube & mari: omnes eandem escam cælitus missam, illum, inquam, cibum manna spiritualis significationis mysterio admirabilẽ comederunt; omnes eundem potum, spiritualis refectionis signum, biberunt: erat autẽ potus ille aqua ex petra defluens, quæ spiritualis significatione insignis, eorum iter consequebatur. erat autem petra illa Christus, certissima scilicet significatione.*

currunt, omnes quidem cur-
runt: sed vnus accipit brauiũ?
Sic currite vt comprehẽdatis.
25 Omnis autem qui in agone
contendit ab omnibus se ab-
stinet, & illi quidem vt corru-
ptibilem coronam accipiant:
nos autem incorruptã. 26 Ego
igitur sic curro, nõ quasi in in-
certum: sic pugno, non quasi
aërem verberans: 27 sed casti-
go corpus meum, & in serui-
tutem redigo, ne fortè cùm
aliis prędicauerim, ipse repro-
bus efficiar.

CAP. X.

NOlo 1 enim vos ignorare A
fratres quoniam patres
nostri omnes sub nube fue- Exod. 13,21. Num. 9,18.
runt, & omnes mare transie- Exod. 14,22.
runt,

6 Hæc

Exod.16,15. Exod.17,6. runt, 2 & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in ma-
Num.20,10. 11. ri: 3 & omnes eandem escam spiritalem manducauerũt, 4 &
omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant au-
B tem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat
Christus.) 5 sed nõ in pluribus eorum beneplacitum est Deo.
Num.26,65 nam prostrati sunt in deserto.
Num.11,4,5. 6 Hæc autem in figura facta
sunt nostri, vt non simus con-
Psal.105,14. cupiscentes malorum, sicut &
*idolorum cultores 2 ms. s. illi concupierunt. 7 Neq. "ido-
lolatræ' efficiamini, sicut qui-
dam ex ipsis: quemadmodum
Exod.32,6. scriptum est: Sedit populus
manducare & bibere, & sur-
rexerunt ludere. 8 Neque for-
Num.25,1. nicemur, sicut quidã ex ipsis
fornicati sunt. & ceciderunt
vna die viginti tria millia.
C 9 Neque tentemus Christum:
sicut quidam eorum tentaue-
Num.21,5,6 runt, & à serpentibus perierũt.
Num.11,33. 14,37. 10 Neque murmuraueritis: si-
cut quidam eorum murmu-
rauerunt, & perierunt ab ex-
terminatore. 11 Hæc autẽ om-
nia in figura cõtingebant illis:
scripta sunt autẽ ad correptio-
nem nostram, in quos, fines
seculorum deuenerũt. 12 Itaq.
qui se existimat stare, videat
ne cadat. 13 Tentatio vos non
*apprehẽdit R.o.s. "apprehendat', nisi humana.
fidelis

6 Hæc autem.] *Atque omnia hæc illis verè contigere, & proposita sunt nobis ad nostram instructionem tanquam typi & exempla atque figura eorum quæ nobis cõtingere possunt, tam in approbationem, quàm in reprobationem nostri, si sequamur quæ ij secuti sunt qui tunc probati fuerunt, & fugiamus ea quæ illi sequebantur qui fuerunt reiecti.*

12 Itaque qui se existimat.] *Si quis propter præcedentia Dei dona videtur sibi stare, non sit adeò securus vt sese sinat impelli huiusmodi cupiditatibus & affectibus quibus illi fuere impulsi, ex quorum historia exempla petiuimus, atque huiusmodi impulsionibus spontè admissis labefactatus cadat.*

13 Tentatio.] *Atqui ad huiusmodi agenda quæ vobis minimè agenda esse censeo, cuius generis sunt idolothytorum communicatio, non vos externa tentatio apprehendit, neque enim Deus huiusmodi periculum nunc facit fidei vestræ, vt vos iubeat cum idololatris in idolorum cultu aut frequentia esse, neque Satan etiam vos nunc tentat, nisi vos illum tentatorem vestris consiliis & cogitationibus prouocare velitis; vna tantùm ex parte vos potest inuadere tentatio, hominum videlicet, vel principum, vel potentiorum, vel etiam amicorum, qui commodi propositi, vel incommodi etiam denuntiati causa vos eò adigere experiantur. Sed hæc, cùm non ex vobis oriatur, sed externis viribus, ex viribus iisq. humanis, facilè superabitur à vobis, præsente Deo fidelissimo, qui vos nolentes vltrò admittere scelus, sed pugnantes & luctantes, non patietur tentari vltra id quod potestis. cùm ille permiserit vos tentari, ipse aditum vobis aperiet ad euadendum, atque vires præbebit quibus tentationem sufferre possitis.*

14 Pro-

fidelis autem Deus est, qui nõ
patietur vos tentari supra id
quod potestis: sed faciet etiam D
cum tentatione prouẽtum, vt
possitis sustinere. 14 Propter
quod charissimi mihi, fugite
ab idolorũ cultura. 15 Vt pru-
dentibus loquor: vos ipsi iu-
dicate quod dico. 16 Calix be-
nedictionis cui benedicimus,
nónne cõmunicatio sangui-
nis Christi est? & panis quem
frangimus, nónne participatio
corporis Domini est? 17 Quo-
niam vnus panis, vnũ corpus E
multi sumus, "omnes qui' de
vno pane* participamus. 18 Vi-
dete Israël secundum carnem.
nónne

"namomnes 6 MS. Amb. c. s.
*& de vno calice MS.

14 Propter quod.] *Summa igitur omniũ quæ hactenus in hoc argumẽto vos monui, est, vt omnino ab idololatria fugiatis, vel vobis admittenda, qui scientia præditi estis, vel aliis infirmioribus & rudioribus exemplo vestro docenda. neque verò hæc res periculosa solùm est imperitis & ineruditis, sed peritioribus etiam, quippe cùm huiusmodi frequentationes & consuetudines cum idololatris eorumq́; ritibus, vel communionem absolutam, vel certè communionis suspicionem, atque adeò professionem & significationem arguãt; id quod omnium communicationum exemplis, maximè verò eius quæ nobis celeberrima est, ostenditur.*

16 Calix benedictionis.] *Calix ille sanguinis Christi, quem cùm gratiarum actione sumimus benedictum & consecratum, non datur nobis ad communionem sanguinis Christi? maximè verò. atque etiam panis ille quem ex eiusdem Christi præcepto & institutione frangimus diuidimusq́; inter nos, non est communio corporis Christi? qua se ipse nobis cõmunicandum exhibet, & nos etiam vt inter nos cõmunicemus, atque mutua charitate amemus & coniuncti simus, docet & instruit: vt sicut ille caput nostrum est, & nos illius mẽbra; ita nos mutuò amemus, vtpote vnius eiusdemq́; corporis vniusq́; capitis membra: vt sicut vnus panis ex multis frumenti granis, ita omnes qui de vno pane illo sacramentali participamus, vnum corpus simus, cuius caput Christus ipse est. itaque hac communione & nos Christo coniungi, & inter nos etiam in Christo coniunctos declaramus. hoc nostrum exemplum satis declarat coniunctionem & professionem coniunctionis in huiusmodi communionibus.*

18 Videte Israël.] *Aliud exemplum vobis statuam in Israëlitis qui nondum Christum receperunt, sed adhuc in vmbra illa legis versantur, qui cùm suis sacrificiis communicent, manifestè profitentur & ostendunt se illius religionis cultu teneri; idq́; vobis adeò perspicuum est, vt si cum illis communicaretis, Iudaizare apertè argueremini. Sed dicetis, Aliud est communicatio Christianorum, quæ reuera eam virtutem habet quam docet; alia etiam Israëlitarum, quæ, quanquam vmbra tantùm fuerit futurorum, & nunc otiosa vmbra sit, tamen & aliquando vtilis fuit, & Deum habet institutorem vsque ad tempus: verùm idolorum communicatio nihil prorsus est, nihil virtutis habet, neq́; Deum habet authorem aut institutorem. verùm enimverò nõ affirmo ego in re ipsa aliquid virtutis esse, hoc est, vel in idolo vel in immolatis idolo cibis; sed tamen affirmo illa sacrificia dæmoniis authoribus esse cõstituta inter Gentes, vt illæ à Deo auersæ societatẽ inirent inter se alienam à vera Dei religione, atque ex consequenti dæmoniis coniunctam, qui illarum institutionũ authores fuêre. ex quo apparet eos qui iis societatibus intersunt, societatibus à dæmonio institutis interesse atque adeò communicare: nolo autem vos fieri socios dæmoniorum.*

25 Nihil

nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? [19] Quid er-
go? dico quòd idolis immolatum, ſit aliquid? aut quòd idô-
lum ſit aliquid? [20] Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis im-
molant, & non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmonio-
rum. [21] Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicẽ dæ-
moniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, &
F menſæ dæmoniorum. [22] An æmulamur Dominum? Nun-
Eccl. 37, 31. Supr. 6, 12. quid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licẽt, ſed non omnia
expediunt. [23] Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.
[24] Nemo quod ſuum eſt quæ-
rat: ſed quod alterius. [25] Omne
quòd in macello vænit, man-
ducate: nihil interrogantes
propter conſcientiam. [26] Do-
Pſal. 23, 1. 49, 12. mini * eſt terra, & plenitudo
*enim 1 MS. Amb G.S. eius. [27] Si quis vocat vos infi-
ad cœnam MS q. delium, & vultis ire: omne
quod vobis apponitur man-
ducate, nihil interrogãtes pro-
G pter conſcientiam. [28] Si quis
*immolatitium 7 MS. Amb. autem dixerit, Hoc "immola-
tum' eſt idólis: nolite mandu-
care propter illum qui indica-
uit, & propter conſcientiam:
[29] conſcientiam autem dico
nõ tuam, ſed alterius. Vt quid
enim libertas mea iudicatur
*alia 3 MS. Amb. G.S. ab "aliena' conſcientia? [30] Si
ego cum gratia participo: quid
blaſphemor pro eo quòd gra-
Col 3. 17. tias ago? [31] Siue ergo mandu-
*2 MS. Amb. G.S. catis, ſiue bibitis, ſiue "aliud'
quid

25 Nihil interrogantes.] *Ne interrogetis an ſit ex ſacrificio an non: quia cùm conſcientia veſtra certa ſit, id quod non pertinet ad cõmunionem improbrandi cultus, poſſe vobis eſſe vſui; debetis eiuſmodi cibos ducere tanquam publicos ex donis Dei, qui terram impleuit fructibus, & rebus commodis ad animantum genera alenda. itaque veſtram conſcientiam in huiuſmodi locis liberam retinete & pacatam, quam non oportet perturbari; ſed neque conſciẽtiam etiam alterius mouere: mouebitis autem ſi interrogetis aut inquiratis. quòd ſi vobis quis vel imprudenter vel callidè indicarit eſſe illud ex idolorum cultu, relinquite, non propter veſtram conſcientiam, ſed aliorum, qui non rectam, certam firmamq; habent.*

29 Vt quid enim libertas mea.] *Cur nam exponam ego meam libertatem iudicio & condemnationi alienæ conſcientiæ, ita vt me poſtea pœniteat vſus libertatis meæ, quæ impietatis nomine damnabitur ab infirmiori aliquo, cui offendiculum paro; quis me in huiuſmodi difficultates delabi ſuadeat? eſto itaque actionum omnium veſtrarum ſcopus Dei gloria, quam omni ſtudio curare debetis, veſtriſq; omnibus rebus & commodis præponere. hæc gloria celebratur multis hominibus ad illius cognitionem & laudẽ adducendis; quam quidem ad rem charitas præcipuè viam munit, apprimeq; confert: nam quamquam via à ſcientia oſtendatur, à charitate aptiſſimè munitur.*

quid facitis: omnia in gloriam
Dei facite. [32] Sine offensione
estote Iudæis & Gentibus, &
Ecclesiæ Dei: [33] sicut & ego
per omnia omnibus placeo,
non quærens quod mihi vtile
est, sed quod multis: vt salui
fiant.

CAP. XI.

IMitatores[1] mei estote, sicut A
& ego Christi. [2] Laudo au-
tem vos fratres, quòd per om-
nia mei memores estis: & sicut
tradidi vobis, præcepta mea
tenetis. [3] Volo autem vos sci-
re, quòd omnis viri caput, *Ephes. 5. a. 23.*
Christus est: caput autem mu-
lieris, vir: caput verò Christi,
Deus. [4] Omnis vir orans aut
prophetans velato capite, de-
turpat caput suum. [5] Omnis
autem mulier orans aut pro-
phetans non velato capite; de-
turpat caput suum: vnũ enim
est ac si decaluetur. [6] Nam si
non velatur mulier, *tondea- *& 21 Ms. c. 5.*
tur. Si verò turpe est mulie-
ri tonderi aut decaluari: ve-
let

IN CAP. XI.

1 Imitatores mei estote.] *Cùm ego sciam Christum ob maximam charitatem qua dilexit homines, non sua curasse, sed exinaniisse semetipsum, obedisseq; per omnia patri vsque ad mortem, quam pro hominibus subiit & grauissimam & ignominiosissimam, illum omnibus in rebus, quantum possum imitari, studeo: sic & vos à me in Euangelio Christi genitos mei imitatores esse oportet iis in rebus quibus ipse Christum imitor.*

2 Laudo autem.] *Illud verò mihi magnopere probatur in vobis, fratres, quòd quamquam multa acceperitis ab iis qui magistri volunt in vobis esse nouè inducta, tamen ea memoria retinueritis & obseruaueritis quæ ego initio vobis tradidi ad Ecclesiæ vestræ decorem pertinentia, etiamsi nonnulli exstiterint, qui hæc vel mutari vel aboleri voluerint.*

3 Volo autem.] *Vt autem quarundam ex illis traditionibus meis rationem cognoscatis, volo vos scire, cùm primis ea quæ de habitu ac gestu virorum & feminarum in Ecclesia tradidi, ex diuinæ legis disciplina profecta esse. Principio illud cōstat, singulorum virorum caput esse Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam, per quem & vir conditus est & redemptus; mulieris autem caput esse virum, quoniam femina à Deo formata est ex viri costa, & os facta ex ossibus viri, & caro ex carne viri; caput autem Christi Deum Patrem, ipsius æternum secundum diuinitatem Patrem, ipsius etiam secundum humanitatem, atque authorem omnis dignitatis gloriæq; ipsius.*

4 Omnis vir.] *Quicunque vir qui dum publicè & communiter oratur in Ecclesia præcipuè, aut prophetici muneris pars aliqua exercetur, caput velamine aliquo tegit, probro afficit caput suum, Christiq; gloriã videtur celare; cùm capitis sui ornamentum Christus ipse sit, atque hoc profiteri debeat capite aperto; qui habitus apud vos honoris & decoris est: contrà verò mulier quæ huiusmodi cœtubus & actionibus interest aperto capite, suum caput dedecorat, perinde ac si rasum palàm haberet.*

7 Imago

let caput ſuum. 7 Vir quidem
-ſ MS. Amb. G. nõ debet velare caput ſuum:
quoniam imago & gloria Dei
eſt, mulier autem gloria viri
eſt. 8 Non enim vir ex muliere
Gen. 2, 21, 22 eſt, ſed mulier ex viro. 9 Etenim
C nõ eſt creatus vir propter mu-
lierem, ſed mulier propter vi-
*velamẽ MS. rum. 10 (Ideo debet mulier po-
ſuum MS. S. teſtatem habere ſupra caput
propter angelos.) 11 Verunta-
men neque vir ſine muliere:
neque mulier ſine viro, in Do-
mino. 12 Nam ſicut mulier de
viro, ita & vir per mulierem.
omnia autem ex Deo. 13 Voſ
ipſi iudicate: decet mulierem
nõ velatam orare Deũ? 14 Nec
ipſa natura docet vos, quòd
vir

7 Imago & gloria.] *Vir imago eſt Dei, in quo maieſtas & poteſtas Dei refertur; quippe qui primus creatus eſt à Deo ad imaginem & ſimilitudinem, vt praeeſſet animantibus, &c. atque ita hoc imperio dignitatiſq; munere inſtructus, laudis Dei argumentum eſſet. Secundo loco creata eſt mulier in adiutorium ſimile viro, vt dignitatem quidẽ humanæ naturæ & ipſa obtineret, per virum tamen, quem ſe præſtantiorem digniorem q; agnoſceret. itaq. oportet ſignum eſſe aliquod in publicis cœtibus, quo ratio omnis hæc recto ſignificetur ordine. atque vt vir ſine vllo medio à Deo effectus eſt, omniáque à Deo accepit, quæ nulli antea naturæ erãt propria, ſicq; accepta omnia vni Deo ſine vllo medio referre debet; ſic mulier quidquid habet, à Deo accepit; ſed tanquam membrum caro & os viri poſterius factum, quidquid illa habet dignitatis, iam vir habuerat antea quàm illa facta eſſet in mundo: quamobrem vt vir quidquid laudis habet, ad Deum omnino vndequaq; refert; ſic quidquid in muliere eſt dignitatis, id in laudibus viri ponitur, qui prius obtinuerat, atq. ex ipſo mulier obtinuit Deo authore, quẽadmodum membrorum virtus ad caput refertur. habet igitur mulier cùm in Eccleſia eſt, caput ſuum præſens & conſpicuũ, hoc eſt, virum præſentem; quamobrem non decet vt illa proferat alterum caput, hoc eſt, corporis ſui, cùm naturæ dignitatiſq; caput ibidem ſit apertum & conſpiciendum.*

10 Poteſtatem habere.] *Velamen poteſtatis viri erga ſe inſigne, idq; profiteri coram Angelis, qui præſentes ſunt in Eccleſia, teſtes decori, ordinis, atque officij ſingulorum.*

11 Neque vir ſine muliere.] *Neque hoc expoſitum eſt aliam ob cauſam, niſi vt iuxta diuinæ doctrinæ rationem decorum vtrinque ſeruetur, non vt altera pars arroganter inſoleſcat, altera nimium deijciatur, cùm vtraque pars & idem in Domino ſint, hoc eſt, vnius corporis Chriſti membra, neutráque alteram poſſit reijcere aut non obſeruare pro officij ſui ratione. deinde cùm vtraque pars in Domino ſit tanquam ſeruus, & Domino placere debeat, obſeruata loci decoriſq; ſui forma, quam pro conditionis ſibi impoſitæ ratione ſortita fuerit. Sicut enim mulier ex viro tanquam ex principio materiæ ſuæ originem ducit, authore Deo; ita per mulierem ſoboles propagatur viri, atque omnia hæc ad Deum, tanquam ad efficientem, referẽda ſunt.*

14 Nec ipſa natura] *Ipſa profectò rerum ſpecies ob oculos poſita, & indicio adhibito collata docet turpitudinem magnam in viro comam nutriente in femina formam, & contra impudicitiam in femina viri ſpeciem mentita comis præciſis; atqui capillorum illa prolixitas & denſitas, quæ valde mulierem decet, oſtendit ipſam velamine indigere, ideò & capillis.*

16 Si

vir quidem si comam nutriat,
ignominia est illi: 15 Mulier
verò si comam nutriat, gloria
est illi, quoniam capilli prove-
lamine ei dati sunt? 16 Si quis D
autem videtur contentiosus
esse: nos talem cõsuetudinem
non habemus, neq. *Ecclesia* Dei. *Ecclesiæ 2 MS.C.
Dei. 17 Hoc autem præcipio:
non laudans quòd non in me-
lius, sed in deterius cõuenitis.
18 Primùm quidem cõuenien-
tibus vobis in Ecclesiã, audio
scissuras esse inter vos, & ex
parte credo. 19 Nam oportet &
hæreses esse: vt & qui probati
sunt, manifesti fiant in vobis.
20 Conuenientibus ergo vobis
in vnũ, iam nõ est dominicam
cænam manducare. 21 Vnus-
quisque enim suam cænam
præ-

16 Si quis autem.] *Si quis verò his omnino obsistere voluerit, armatusq; nugis & argumentis, argutisq; orationibus contenderit aduersus hãc simplicitatẽ doctrinæ his in rebus per nos traditæ: nos cum huiusmodi non valde laborabimus, vtpote qui, re semel pro iure atque honesto explicata, non soleamus rixas mouere aut sustinere, sed neque vllas contentiones subire: alienissimum enim hoc genus actionum est ab apostolico officio, atque adeò ab Ecclesiis Dei, quæ non ædificantur, sed euerti possunt dissidiis & contentionibus. laudo tamẽ vos qui præscriptas a nobis formulas retinere volueritis.*

17 Hoc autem præcipio.] *Verùm enimverò quædam denuntiare atque mandare nunc vobis volo, quorum occasio in vobis comprehensa non probatur mihi, hoc est, quod qui aliàs in cæteris rebus à me traditis alij constantes estis, alij dissentitis quamquam pauci, at verò in hoc conuenitis omnes quòd non proficitis, sed deterius indies regredimini.*

18 Primùm quidem.] *illud principio vobis denuntio ad me allatum esse, vestros in Ecclesia conuentus illos celebres & sacros, qui ad cõcordiam confirmandam, charitatemq; fraternam fouendã sunt vobis à Christo instituti & commendati, dissensionibus & contentionibus atque discordiis, denique scissuris variis dehiscere; id quod si non de omnibus vobis, tamen de parte aliqua vestrum. Proximum autem est huiusmodi schismatibus & scissuris, vt hæreses etiam accedant, quæ consequi solent; quod si fiat (quod minimè optabile est) eueniet vt innotescat publicè, omni iam periculo facto, qui nam sint constantes in charitatis & veræ doctrinæ rationibus, & perspicua sit istius vestræ scientiæ a[illegible]tationis ratio.* 20 Conuenientibus.] *Itaque vt rem ipsam agam, cuius notitia impulsus hæc vobis scribo; intelligo vobis in Ecclesiam conuenientibus non contingere vt edatis cœnam Domini nostri Iesu Christi decreto institutam, sed vt vnusquisque cœnam à se allatam, pro facultatis suæ ratione paratam, cæteris posthabitis præoccupet; hoc est vnum crimen aduersus institutionem illam quam Dominus nobis reliquit: alterum quòd in conuentibus istis, dum ita cœnatur, alius qui non habet quid sibi paret, esurit; alius autem qui abundè sibi pararit, ebrius est. Si cœnã si tantùm siue edendi & bibendi causa eò conuenistis, non est ille locus ad eam rem constitutus; sunt vobis domus, in quibus id & liberius & minus malo exemplo facere potestis: si tamen facere omnino vultis, & non potius impertiri ea quibus abundatis iis qui carent aut etiã egent; an non satis est hoc vobis, vt cùm aliis non habentibus cibos vestros minimè communicetis, sed vt eos etiam pudore & fame vobis præsentibus laborare patiamini, imò & vt id fiat curetis? Hoc profectò*

profectò Ecclesiam Dei contemnere ac despicere est, in qua Ecclesia & diues & pauper fratres sunt, & membra corporis Christi, est ne hoc laude dignum apud vos? est ne aliqua in hoc diuitiarum præstantia? est quod laudabile nomen sumat, vel ex dignitate vel ex facultate aliquorū? atqui ego, quanquam in aliis quæ laude digna iudicauerim, vos laudaui & probaui, in hoc nihil habeo quod laudem, vtpote qui illam Dominicæ cænæ institutionem & rationem probè teneo, quam & vobis tradens exposui, cùm de eius etiam celebratione ageretur, eamq́ rationem tanquam à Domino institutam, mihiq́ ab eodem expositam, constantem, certam & perpetuam affirmo, quam nullius hominis vel voluntate mutari, vel vsu & consuetudine inuerti oporteat.

præsumit ad manducandum.
Et alius quidē esurit: alius au-
E tem ebrius est. 22 Nūquid do-
mos non habetis ad mandu-
candum & bibendum? aut Ec-
clesiam Dei contemnitis: &
confunditis eos qui non ha-
bent? Quid dicā vobis? "Lau-
do "vos in in hoc? non' laudo.
23 Ego enim accepi à Domino
quod & tradidi vobis, quoniā
Dominus Iesus in qua nocte
tradebatur, accepit panem:
24 & gratias agens fregit, & di-
xit: Accipite & manducate,
hoc est corpus meum, quod
pro vobis "tradetur': hoc facite
in meam cōmemorationem.
25 Similiter & calicem, post-
F quam cænauit, dicens, Hic ca-
lix, nouum testamentum est
in meo sanguine. hoc facite,
quotiescunq. bibetis, in meam
commemorationem. 26 Quo-
tiescun-

*Laudabo G.S.
*vos? in hoc non MS.G.Q.
Matt. 26, 26. Marc. 14, 22. Lucæ 22, 19.
*frangitur. Amb. e.s.

23 Ego enim accepi à Domino.] *Vt autem id quod à Domino acceptum vobis tradideram, repetam; sic res habet, videlicet, quod Dominus ille omnium nostrū, qui nos suo sanguine emit, cuiusq́ omnes esse debemus, & voluntatem, mandatum, præceptaq́ sequi tanquā serui; ille, inquam, Dominus Iesus qui nos à morte & diaboli potestate emptos & liberatos seruauit, atque huius redemptionis, huiusq́ salutis rationem in huius cænæ Sacramento nobis conseruatam repetitamq́ esse voluit, ea nocte qua tradebatur, accepit panem, & totum illum panem à se acceptum gratiarum actione ac benedictione arcana cōsecratum, fregit in multas partes, vt omnibus qui aderant communicandum præberet, idq́ fecit: dedit enim & dixit: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum: in quo ego tanquam caput vestrum verum sum, & vos tanquam membra corporis mei mystici estis, ideoq́ hoc pro vobis tradetur; hoc est, ex parte vestra, ita vt ipse pro vobis moriar, & vos in me atque mecum moriamini. hoc autem facite, sic, inquam, vt ego facio, qui meipsum vobis impertitus communico, & vos omnes in me vnum coniungo vt membra corporis mei; hoc ipsum facite in meam cōmemorationem, perinde atque ego facio nunc, vt neutrum sine altero faciatis; hoc est, vt me vobis & pro vobis fractum & datum sumatis, & vos vnà in me coniungamini summa charitate & fraterno amore imitati me, charitateq́ illa, qua ego vos omnes amo, mihiq́ iungo & apto tanquam membra. Similiter & calicem, postquam cænauit, accepit & porrexit omnibus, dicens: Hic calix, &c. hoc facite quotiescunque biberitis, vt omnes bibatis & communicetis sanguinis mei poculo in meam commemorationem.*

S 27 Itaque

27 Itaque quicunque.] *Quisquis professus se id facere quod Dominus instituit, illa institutione Domini indignè manducabit, neque reueritus dignitatem Sacramenti illius, in quo Domini sanguis & corpus est, neque complexus fratres suos omnes summa æquitate & modestia, atque adeò vera communione & societate tamquam membra vnius corporis, cuius caput Christus est, is indignè comedit & bibit, isq; tenebitur crimine violati corporis & sanguinis Domini, & damnationem sibi edet & bibet, tanquam qui non discreuerit & agnouerit quid sit corpus Domini tum verum tum etiam mysticum, cùm hoc diiudicatum & obseruatum oportuerit, sed existimans propriam cœnam posse illic præsumi, vbi cõmunionis Christianæ conuentus celebratur, corporis Domini mysterium repetitur & commemoratur.*

30 Ideò inter vos.] *Quia non probamini, neque agnoscitis vestra vitia, eaq; corrigere in vestrã salutem, & in aliorum exẽplum nõ curatis, multi inter vos, etiam ex iis qui ad communionem conuenitis, sunt infirmi fide & imbecilles virtutibus, atque dormiũt, moriunturq; non pauci, nec hoc tantùm, sed etiam, Deo vos corripiente, afficimini infirmitatibus, morbis & imbecillitatibus, atque adeò morte multamini, quod vobis signum esse oportuerat correptionis & iudicij Domini: nam si nos discerneremus & diiudicaremus vt par erat, non his modis puniti iudicaremur. Verùm hoc vtilitatis habent istæ Dei punitiones, quòd quãdo illis afficimur, corripimur à Domino, vt nos agnoscentes per pœnitentiam ad eum conuertamur, & non damnemur cum hoc mundo. oportet itaque hæc obseruare & curare, atque huiusmodi correptionibus Dei in nostram salutem vti.*

IN CAP. XII.

1 De spiritualibus.] *Porrò fratres, cùm intelligam non satis vobis cognitam esse spiritualium rerum rationem, eam vobis eiúsque vsum explicabo, vt non ignoretis.*

2 Scitis.] *Primùm quidem illud cõpertum manifestumq; vobis est discrimẽ, quod est inter*

eos

tiescunque enim manducabi-
tis panem hunc, & calicem bi-
betis: mortem Domini annũ-
tiabitis, donec veniat. 27 Itaq.
quicunque manducauerit pa- Iohan.6,59.
nem hunc, vel biberit calicem
Domini indignè: reus erit cor-
poris & sanguinis Domini.
28 Probet autem seipsum ho- 2.Cor.13,5.
mo: & sic, de pane illo edat, &
de calice bibat. 29 Qui enim G
manducat & bibit indignè:
iudicium sibi manducat & bi-
bit, nõ diiudicans corpus Do-
mini. 30 Ideò inter vos multi
infirmi & imbecilles, & dor-
miunt multi. 31 Quòd si nos-
metipsos diiudicaremus: non
vtique iudicaremur. 32 Dum
iudicamur autem, à Domino
corripimur: vt non cum hoc
mundo damnemur. 33 Itaque
fratres mei, cùm cõuenitis ad
manducandum, inuicem ex-
spectate. 34 Si quis esurit, domi
manducet: vt nõ in iudicium
conueniatis. Cætera autem,
cùm venero, disponam.

CAP. XII.

DE 1 spiritualibus autem, A
nolo vos ignorare fra-
tres. 2 Scitis quoniã cùm Gẽtes
essetis,

eos qui Christianæ veritatis nomen & virtutem acceperunt, & eos qui Gentium tantùm doctrinis vel potius fabulis imbuti cultibus etiam vanis tenentur: idq; vestro ipsorum exemplo nostis, quippe qui cum essetis Gentes, laborabatis in colendis simulachris surdis & mutis, à quibus neque inuocantes audiebamini, neq. quicquam docebamini aut referebatis veri vsus in vestram salutem & beatitudinem; qua in re magno, perpetuo, atque omnino inutili labore vos frangebatis, alia atque alia simulachra petentes ac colentes; omnia verò prorsus surda & muta & inutilia: ducebamini autem ad hæc errore & impetu quodam vano, fabulosa superstitione excitato; ea autem simulachra diuinitatis & potestatis authoritatisq; nominibus falsò attributis deos & numina appellabatis. Hoc vos vestro experimẽto certissimũ exploratissimumq; habetis.

essetis, ad simulachra muta
prout ducebamini euntes.
3 Ideò notũ vobis facio, quòd
Marc.9,39. nemo in Spiritu Dei loquens,
dicit anáthema [a]Iesu'. Et nemo
a Iesum t MS.C.6.
potest dicere, Dominus Ie-
Rom.12,6. 1Pet.4,10. sus: nisi in Spiritu sancto. 4 Di-
uisiones verò gratiarum sunt:
idem autem spiritus. 5 Et diui-
siones ministrationum sunt:
idem autem Dominus. 6 Et di-
uisiones operationum sunt:
idem verò Deus, qui operatur
omnia

3 Ideò notũ vobis facio.] *Igitur cùm nihil in illis efficacitatis & virtutis inesse exploratũ, nihil omnino diuinitatis comprobatum sit, hoc vobis notũ facio de Christiana doctrina, Christiq; Iesu virtute & natura, illum esse Deum, illum esse hominum seruatorem: neque hoc doctas fabulas sequuti aut hominum tãtum traditione & authoritate instructi asserimus, sed Spiritus sancti testimonio, qui hoc tempore in complures homines illapsus & insinuatus, naturam, virtutem & efficacitatem Iesu Christi frequentibus exemplis probauit, accipiens de ipsius Iesu Christi virtute, & donans iis in quos illapsus est, eosdemq; testes constituens veritatis & dignitatis Iesu: nemo autem ex his qui huiusmodi Spiritus sancti virtute imbuti eloquuntur, dicit Iesum esse anáthema & prophanum, alienumq; à diuina natura, imò cõfitetur eum esse Deum verum de Deo vero; Filium, inquam, vnicum Dei. atque hoc vnum testimonium est quod de Iesu redditur ab iis qui Spiritum sanctum acceperunt, quod eloquuntur & palam affirmant, & magna virtute cõprobant, vtpote illius Spiritus efficientia renouati, & in alios viros mutati. Est & aliud testimonium spirituale quo Iesus affirmatur & declaratur Dominus, id est, is cui Deus Pater dederit potestatem omnem in cælo & in terra, vt possit ex peccatoribus iustos reddere, ex filiis Adæ veteris regenerare & filios Dei efficere, atque cælestis regni sibi cohæredes constituere, pignusq; huius hæreditatis illis tradere ipsum Spiritum sanctum, quẽ dextera Dei exaltatus ille & promissione à Patre accepta in multos effudit & effundit: huiusmodi testimonium nemo potest dicere, hoc est, Iesum esse Dominum omnium, nisi in Spiritu sancto, quem ex Iesu acceperit, ita vt dicat, Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur de verbo vitæ, &c. Atque ita constat, & Christi veritas ex Spiritus sancti testimonio declaratur, & Spiritum sanctum homines sanctificantem à Deo per Iesum Christum dari manifestum est, quando frequentia hoc tempore huiusmodi testimonia sunt. & hæc de spiritu qui hominibus ad ipsorum sanctificationem donatur, nota facio vobis.* Diuisiones.] *Præter hanc inhabitationem Spiritus sanctificationis in illis quibus illabitur ad testimonium Christi, sunt varia dona ab eodem Spiritu sancto profecta, quæ ad Ecclesiæ ædificationem & aliorum instructionem faciunt & conferunt, atque hæc quanquam varia*

 sunt

sunt ad varias efficientias donata, ab eodem tamen Spiritu sancto proficiscuntur. hæc autem triplici genere discernuntur, singulorum verò generum varia discrimina, siue differentiæ variæ dignoscuntur. Primum genus Dona vocamus; secundum Ministeria siue authoritates ministrationum; tertium Operationes siue efficacitates siue facultates. Dona omnia vnus idemq; Spiritus donat gratis; Ministeria vnus idemq; Dominus sua authoritate diuina impertitur; Efficacitates singulas vnus idemq; Deus, creator & author omnium, efficit in singulis. Itaq; omnia spiritualia sunt, & à Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto profecta.

omnia in omnibus. [7]Vnicui-
que autem datur manifestatio
Spiritus ad vtilitatem. [8]Alij
quidem per Spiritū datur ser- B
mo sapientiæ: alij autem ser-
mo scientiæ secundum eun-
dem Spiritum: [9]alteri fides in
eodem Spiritu: alij gratia sa-
nitatum, in vno Spiritu: [10]alij
operatio virtutum, alij pro-
phetia, alij discretio spiri-
tuum, alij genera linguarum,
alij interpretatio[v]sermonum'. [v]linguarum c.s.
[11] Hæc autem omnia opera-
tur vnus atque idem Spiri-
tus, diuidens singulis prout
vult. [12]Sicut enim corpus vnū Rom 12,5. Ephes.4,7.
est, & membra habet multa, Rom. 12,4.
omnia autem membra cor-
poris cùm sint multa, vnum
tamē corpus sunt: ita & Chri-
stus.

7 Vnicuique.] *Atque huiusmodi dona, de quibus nunc agimus, manifesta sunt; & cū excedant naturæ cōsuetudinem & cursum, à Spiritu sancto data esse comprobant, & ipsius Spiritus virtutem manifestant: hoc autem propterea euenit, quòd hæc non tam ad eum qui accipit perficiendū, quàm ad alios per ipsum instruendos donantur; ideoq; oportet manifesta esse, vtpote quæ ad vtilitatē publicam sunt donata, & ex consequenti eum qui his præditus est, non superbire, non insolescere, sed ad vtilitatem publicam his vti oportet.*

8 Sermo sapientiæ.] *Quo possit sapientiam alios docere. item etiam sermo scientiæ siue cognitionis.*

9 Fides] *ad miracula facienda & signa edenda, quibus veritas pronuntiata prout expedierit, confirmetur.*

10 Operatio virtutum.] *Efficacitates potestatum, vt possit suscitare mortuos, damnare & excōmunicare improbos & peruersos, eosq; morti addicere, tradere Satanæ dignos, à dæmonibus vexatos liberare.*

10 Discretio Spirituum.] *Cognitio vt dignoscant qui spiritus ex Deo, qui ex diabolo, qui ex mundo sint; denique facultas cognoscendi etiam quid inter absentes agatur, quid cogitent alij. manifestum donum Dei est hoc, quippe Deus solus nouit abscondita cordis, quamobrem nemo alius agnoscet nisi ij quibus ipse donarit.*

11 Sicut vult.] *Ipse Spiritus non sequitur hominum optiones, sed suum ipsius consilium, quod ad publicam vtilitatem his in generibus manifestat.*

12 Ita & Christus] *qui caput est nostrum, membra multa sibi cōpingit in corpore suo quod est Ecclesia, quæ vno Spiritu viuunt, vna virtute capitis: exercentur autem singula pro ratione vsus partium, atque ad eam exercitationem virtutes varias à capite accipiunt.*

22 Infir-

ſtus. [13]Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati
ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: &
omnes [a] in vno Spiritu potati ſumus. [14]Nam & corpus non
eſt vnum membrum ſed multa. [15]Si dixerit pes, Quoniam
non ſum manus, non ſum de corpore: num ideò non eſt de
C corpore? [16]Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus, non
ſum de corpore: num ideò non eſt de corpore? [17]Si totum
corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus?
[18]Nunc autem poſuit Deus membra, vnũquodque eorum
in corpore ſicut voluit. [19]Quòd ſi eſſent omnia vnum mem-
brum, vbi corpus? [20]Nunc autem multa quidem membra:
vnum autem corpus. [21]Non poteſt autem oculus dicere ma-
nui: Opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus, Non
eſtis mihi neceſſarij. [22]Sed
multò magis quæ videntur
membra corporis infirmiora
eſſe, neceſſariora ſunt: [23]&
quæ putamus ignobiliora
membra eſſe corporis, his ho-
norem abundátiorem circun-
damus: & quæ inhoneſta ſunt
noſtra, abundantiorem hone-
ſtatẽ habẽt. [24]Honeſta autem
noſtra, nullius egent: ſed Deus
temperauit corpus, ei cui de-
erat abundantiorem tribuẽdo
honorem, [25]vt non ſit ſchiſma
in corpore, ſed idipſum pro
inuicem ſolicita ſint mẽbra.
D [26]Et ſi quid patitur vnũ mem-
brum: compatiuntur omnia membra. ſiue gloriatur vnum
Rom. 12, 15. membrum: congaudent omnia membra. [27]Vos autẽ eſtis

[a] vnum ſpiritum potauimus 1 ms. Amb. 5.

22 Infirmiora.] *Imbecilliora minimeq; fortia, minoriſq; motus, vt pulmo, renes, lien, iecur, & inteſtina.*

23 Ignobiliora.] *Inhoneſtiora: hæc maiori ſtudio tegimus, maiori cura operimus.*

Inhoneſta.] *Indecora maiori decore curamus affici.*

24 Honeſta autem noſtra,] *Vt oculi, frons, os, & tota facies.*

25 Sed idipſum pro inuicem.] *In idem ſtudium intendant totius corporis conſeruandi ſingula iuxta officium ſuum, idemq; omnia cupiant commune bonum, aliaq; aliis conſulant & proſint.*

26 Compatiuntur.] *Condolent & collaborant.*

Gloriatur vnum.] *Honore afficitur, gaudet, aut virtute aliqua præſtanti augetur.*

28 Virtu-

corpus Christi, & membra [a] de
membro [b]. 28 Et quosdam qui-
dem posuit Deus in Ecclesia,
primùm Apostolos, secundò
Prophetas, tertiò Doctores,
deinde virtutes, exinde gra-
tias curationum, opitulatio-
nes, gubernationes, genera
linguarum*. 29 Nunquid om-
nes Apostoli? nunquid omnes
Prophetæ? nunquid omnes
Doctores? 30 nunquid omnes
virtutes? nunquid omnes gra-
tiam habent curationū? nun-
quid omnes linguis loquun-
tur? nūquid omnes interpre-
tantur? 31 Æmulamini autem
charismata meliora. Et adhuc
excellentiorem viam vobis
demonstro.

[a] ex parte o. [b] in loco vestro s. Ephes. 4, 11.

* interpretationes sermonum M. Amb.

CAP. XIII.

SI 1 linguis hominum lo- A
quar & Angelorum, cha-
ritatem autem non habeam,
factus sum [c] velut æs so-
nans, aut cymbalum tinniens.
2 Et

[c] c.

28 Virtutes.] *Habentes facultatē signorum & miraculorum, atque adeò efficientiarum erga probos & improbos manifestam.* Opitulationes,] *ad auxilium & operā conferendam aliis ministris, vt diaconos & viduas.* Gubernationes] *Episcoporum, Presbyterorum, &c. qui disciplinam Ecclesiasticam & politiam obseruandam curent.*

31 Æmulamini.] *Quòd si ex spiritualibus charismatibus ambitis vos & cupitis singuli vobis meliora charismata dari, cùm hoc minimè fas sit optare, & vestro studio quærere, quippe cùm totum hoc genus pendeat ex Spiritus sancti consilio, distribuentis vnicuique prout vult, tamen præstantissimam quandam rationem doni cuiusdam vobis ostēdam, quod liceat ambire, optare, expetere, petere, atque cum æmulatione etiam quadam Deo gratissima exercere; ita vt alij cum aliis de huius doni exercitatione & vsu contendatis sine vllo detrimento, imò cum magno Ecclesiæ emolumento.*

IN CAP. XIII.

1 Si linguis.] *Atqui excellentior illa via quam vobis demonstro, charitatis copia & vsus est, cuius quanta sit præstantia, ex collatione charismatum aliorū omnium cognoscetis: hæc enim si adsit, charismata omnia illustrat, atque ad rectum vsum accommodat, & vtilis est ipsi habenti, & iis quorum causa charismata exercentur: sin verò desit charitas, charismata quidem vsui possunt esse aliis aliquo modo, ei verò qui exercet absque charitate, ad salutem non conferunt, vel superuacanea sunt; imò etiam, si illis abutatur, incommoda sunt. atque hoc quod exponimus, enumeratione singulorū generum explicabimus. imprimis, si omnium hominum totius terrarum orbis linguas teneam, & rectissimè pronuntiem: imò si Angelorum quoque linguas imitatus dicar, admirabiliq; facilitate & expeditione sim in linguis omnibus, neque tamen charitatem habeam, quæ linguarum vsum mihi doceat & dirigat, factus sum mihi ipsi æs sonans, aut cymbalum tinniens, quæ aliis quidem personant, sibi ipsis nihil prosunt.*

2 Pro-

2 Et si habuero prophetiam, &
nouerim mysteria omnia, &
omnem scientiã, & si habue-
ro omnem fidem ita vt mon-
tes transferam, charitatem au-
tem non habuero: nihil sum.
B 3 Et si distribuero in cibos pau-
perũ omnes facultates meas,
& si tradidero corpus meum
*3 MS. Amb. c. s. *ita vt ardeam, charitatem au-
tem non habuero: nihil mihi
prodest. 4 Charitas patiens est,
benigna est: Charitas nõ æmu-
latur, non agit perperàm: non
inflatur, 5 non est ambitiosa,
non quærit quæ sua sunt, non
irritatur, non cogitat malum:
6 non gaudet super iniquitate:
congaudet autẽ veritati: 7 om-
nia suffert, omnia credit, om-
nia sperat, omnia sustinet.
8 Charitas nunquam éxcidit:
siue prophetiæ euacuabũtur,
siue linguæ cessabunt, siue
scientia

2 Prophetiam,] *Donum vaticinandi omnibus modis quibus id exerceri cõtingit: & nouerim arcana omnia, quæ vel in sacrorum librorum orationibus obscurioribus, vel in ceremoniis & ritibus latent, vel in generibus rerum quas credimus comprehenduntur, in specie autem celata sunt, & omnem scientiam sacrarum scripturarũ à principio ad finem vsq; magna methodo comprehẽsam, magnaq; perspicuitate deductam, ita vt possim ex tempore singula argumenta à principio persequi. atque adeò si habuero omnem fidem illam mirabilem & mirificam concreditam mihi authoritate edendorum signorum ad confirmandam doctrinam Dei, atq; adeò huius fidei experimenta proferam omnia, etiam quæ minimè necessaria; ideoq; magis difficilia minusq; expectanda videntur, cuiusmodi sunt montes transferre: hæc si habuero, & charitate caruero, nihil sum eorum quæ esse me oportebat apud Deum, & meæ salutis causa: neque enim his aut sanctus aut bonus, aut Dei filius, sed neque rectus Ecclesiæ minister dici possum.*

3 Distribuero.] *Magna cura & diligentia diuisero, vt multis sufficiam cibum, ipseq; illis porrigam.* Vt ardeam.] *Omnibus laboribus exercear, atque adeò me igni comburẽdum exponam, etiam prætextu nominis Christiani, vel me mortificandi causa, & tamen charitatem non habeam.*

4 Patiens est.] *Iram longissimè ponit.*
Non agit perperam.] *Simplicissima candidissimaq; est.*

5 Non est ambitiosa.] *Quæuis quamuis vilia ministeria & officia gratè suscipit aliorum causa, Christi exemplo: nihil dedignatur.*
Non cogitat malum.] *Non insidiatur, non calumniatur, atque adeò non accipit in malam partem id quod in bonam accipi potest, aut accipi etiam oportet.*

6 Congaudet autem veritati.] *Quidquid bonum, rectum, verum, & iustum nouit, gratè excipit, congratulaturq; de eo; tantum abest vt inuideat, aut in calumniam accipiat.*

8 Nunquam excidit.] *Illa charitas de qua agimus, hic nunquam excidit, neq; imminuitur, sed ex Spiritus sancti virtute consistit & firmatur, perpetuaq; est, & iustis æternùm permanet.*
Sed & prophetiæ.] *Si prophetandi vsus aliquando non erit hic vt non erit in cælo, item & linguarum vsus si hic non esse eueniat vt non erit in cælo, & eius etiam exiguæ scientiæ quam hic habemus antequam cognoscamus Deum verum, & quem misit Iesum Christum.*

ſcientia deſtruetur. [9] Ex parte C
enim cognoſcimus, & ex par-
te prophetamus. [10] Cùm autē
venerit quod perfectum eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt.
[11] Cùm eſſem paruulus, lo-
quebar vt paruulus, ſapiebam
vt paruulus, cogitabā vt par-
uulus. Quando autem factus
ſum vir: euacuaui quæ erant
paruuli. [12] Videmus nunc per
ſpeculum in ænigmate: tunc
autem facie ad faciem. Nunc D
cognoſco ex parte: tunc autem
cognoſcam ſicut & cognitus
ſum. [13] Nunc autem [a]manent, [a]manet 3 M.S.G.
fides, ſpes, charitas, tria hæc:
maior autē horū eſt charitas.

CAP. XIIII.

SEctamini [1] charitatem, A
æmulamini ſpiritalia: ma-
gis autē vt prophetetis. [2] Qui
enim loquitur lingua, non ho-
minibus loquitur, ſed Deo:
nemo enim audit. [a]Spiritu au- [a]Spiritus o.
tem

9 Ex parte enim cognoſcimus,] *antequam deducamur à Deo in illam admirabilem cognitionem ſui.*

10 Cùm autem venerit quod perfectū eſt.] *Illa admirabilis Dei veri & Filij ab illo miſſi Ieſu Chriſti cognitio, quæ vita æterna eſt. Myſterium magnum ſanctū Dei apertum.*

11 Cùm eſſem paruulus.] *Antequam illa admiranda Dei cognitione inſtruerer, atque charitate illius perfunderer, quanquam multa viderer ſcire & cogitare, & ratiocinari, tamen omnia erant veluti elemēta: quod cognoui cùm iam factus vir, rationem modumq́ue virilis vitæ aſſecutus fui. transferantur hæc ad argumentum de quo Apoſtolus agit, & agnoſcantur hominum conditiones.*

12 Videmus nunc,] *interim dum puerili conditione vtimur. Apoſtolus perſonam ſuam inter eos connumerat, quos inſtruit ex more Prophetarum & miniſtrorum omnium verbi Dei in ſacris libris obſeruato.*

13 Nunc autem.] *Superſunt itaque ex omnibus donis & chariſmatibus numeratis tria hæc quæ illis vtiliſſima ſunt quibus inſunt, ſed charitas excellit; cætera non ſunt neceſſaria ad vtilitatem propriam ſingulorum; hæc verò neceſſaria ſunt & exiguntur in iis qui Chriſtianam veritatem profitentur, & qui illius virtutem cognoſcunt admirabilem.*

IN CAP. XIIII.

1 Sectamini.] *Me authore & monitore cōſultiſſimum vobis erit, tum omnibus tum ſingulis, charitatem perſequi omni ſtudio, atque omni officio eandem probare, neque verò dedecet vos ſpiritualia dona cupere à Deo vobis donari, ad vtilitatem Eccleſiæ ex charitatis rationibus & vſibus exercenda atque excolēda: quo in genere ea præoptanda ſunt & exercēda, quæ ad ædificationem propriùs & commodiùs faciunt. huiuſmodi propheticum munus eſt, hoc eſt, doctrinæ & diuinæ voluntatis hominibus exponendæ ſtudium.*

2 Qui enim loquitur lingua] *Qui lingua peregrina loquitur, quam cæteri non tenent aut capiunt, Deo loquitur non hominibus; & cùm myſteria à Deo communicata pronuntiet, tamen ſurdos habet auditores.*

3 Nam

tem loquitur mysteria. 3 nam
qui prophetat: hominibus lo-
quitur *ad ædificationem, &
exhortationē, & consolationē.
4 Qui loquitur lingua, semet-
ipsum ædificat: qui autē pro-
phetat, Ecclesiam ædificat.
5 Volo autem omnes vos lo-
qui linguis: magis autem pro-
phetare. Nam maior est qui
prophetat, quàm qui loquitur
linguis: nisi fortè interprete-
tur vt Ecclesia ædificationem
B accipiat. 6 Nūc autem fratres,
si venero ad vos linguis lo-
quens: quid vobis prodero,
nisi vobis loquar aut in reue-
latione, aut in scientia, aut in
prophetia, aut in doctrina?
7 Tamen quæ sine anima sunt
vocem dantia, siue tibia, siue
cithara: nisi distinctionem so-
nituum dederint, quomodo
scietur id quod canitur, aut
quod citharizatur? 8 Etenim si
incertam vocem det tuba, quis
parabit se ad bellum? 9 Ita &
vos per linguam nisi manife-
stum sermonē dederitis: quo-
modo scietur id quod dicitur?
eritis enim in aëra loquentes.
10 Tam multa, vtputa, genera
lingua-

*3 ua.a. 5.

3 Nam qui prophetat.] *Qui propheticum exercet munus, officium operamq; ponit ad hominum vtilitatem, quos docendo ædificat, instruendo exhortatur, & in rebus temporibusq; aduersis cōsolatur, atq. adeò ipsa cōmemoratione beneficiorū ac donorū Dei reficit.*

4 Ecclesiam ædificat.] *Fidelium cœtum & societatem ad pietatem instruit.*

5 Maior est qui prophetat] *Vtilior Ecclesiæ, maior appellatur ex maiori fructu.*

Nisi fortè interpretetur.] *Si idem ipse linguam teneat, qua Ecclesia communiter vtitur, vtq; aliena lingua mysteria pronuntiat, ad ædificationem exponat; nam hic & Prophetæ munus ex parte exercet.*

6 In reuelatione,] *Explicans vobis aliquid mihi reuelatum à Domino, quod mysterium appellari solet, vel in scientia sacrarum Scripturarū, vel Prophetarum in oraculis exponendis, & exprimendo Prophetarum officio, vel in doctrina morum & pietatis, atq. politia Christiana: quibus partibus omnis cognitionis Christiano vtilis continetur summa.*

7 Tamen quæ sine anima sunt.] *Nihil ingratius esse potest, quàm perpetuus & indiscretus sonus eorum instrumentorum, quæ ad aures mouendas inuenta & cōptata sunt, cùm tamen sciamus illa anima carere, neque sua natura cognoscere quid sonent, neque ex se debere aliis significare aliquid, nihilominus si nihil significent, nihil aliud quàm ineptè sonent, tædium pariant magis quàm voluptatem, nedum hominis lingua & vox quæ à Deo data est ad eum vsum enuntiandi & exponendi.*

10 Tam multa.] *Sunt tot voces in mūdo, vt si incidat cupere audire voces, nō desit quid audias, quia nullum linguæ genus absq; voce est: ergo non opus est in Ecclesiis eas voces audiri, quæ iis qui audiunt nulli sunt vsui, & possunt audiri, alias nihil tamē efficere ex iis quæ homines inter se cōmunicando efficiūt: nā si me alloquatur quispiā cuius vocū significationes nō intelligā, ero illi barbarus, & ille mihi erit etiam barbarus, alterq; alterum ridebimus aut fastidiemus.*

T

11 Æmu-

12 Æmulatores estis spirituum.] *Spiritualia dona cupitis & ambitis.*

14 Nam si orem lingua.] *Si preces publicè altaq; voce pronuntiem lingua aliis ignota; spiritus quidem meus, qui rectè illam linguam tenet, orat, & nouit quid precetur: at mẽs cognitioq; mea non fert fructum erga cæteros, qui nesciunt quid intelligam aut petam.*

15 Orabo spiritu.] *Vt ipse ædificer orabo & psallam, & mente intelligentiaq; mea orabo & psallam in aliorum ædificationem: quandoquidem linguæ non sunt inuentæ ad informandum animum eius qui loquitur, sed eius qui audit; prius enim est informatus audientis animus, quàm ipse eloquatur.*

19 Volo quinque verba.] *Malim paucissima verba eloqui cum fructu in ædificationẽ aliorum, quàm decem mille imò innumera in lingua aliis ignota, neque per interpretationem explicata.*

19 Vt & alios instruam.] *Non solùm vt cum maioribus, doctioribus, &c. sed cum minoribus & rudissimis agam, quibus & pauca & clara conueniunt. Reprimit fastum Corinthiorum ministrorum, simulq; indicat quod mox declarabit, linguas signa esse infidelibus non fidelibus.*

20 Pueri effici sensibus.] *Cognitione & iudicio puerilibus ne ducamini: sunt ista nihil sapientium, sed puerorum, qui nouas res sibiq; non cognitas neque adeò vtiles mirantur, & tempus ponunt in istis spectandis quibus carere bene possent: verùm iudicium maturum & virile vobis parate: cæterùm puerilis simplicitas ea parte vobis quæratur & conseruetur quæ Deo maximè probatur; hoc est, affectibus ab omni malitia & prauitate alienis.*

21 In lege scriptum est,] *In doctrina Testamenti veteris, in qua Prophetæ sunt legis interpretes, apud Prophetas ipsos qui hoc oraculum Dei nomine ex legis comminationum sententia pronuntiarunt.*

Et

linguarum sunt in hoc mun- a 1 Ms. c. 2.
do: & nihil sine voce est. [11] Si C
ergo nesciero virtutem vocis,
ero ei cui loquor barbarus: &
qui loquitur, mihi barbarus.
[12] Sic & vos, quoniam æmula-
tores estis spirituum: ad ædifi-
cationem Ecclesiæ quærite vt
abũdetis. [13] Et ideò qui loqui-
tur lingua: oret vt interprete-
tur. [14] Nã si orem lingua, spi-
ritus meus orat, mens autem
mea sine fructu est. [15] Quid
ergo est? Orabo spiritu, orabo
& mente: psallam spiritu, psal-
lam & mente. [16] Cæterùm si
benedixeris spiritu: *qui sup- *quis supplet locum id.ó-
plet locum idiótæ, quomodo 12 / o. D
dicet: Amen, super tuam bene-
dictionem? quoniam quid di-
cas, nescit. [17] nã tu quidẽ bene
gratias agis: sed alter nõ ædifi-
catur. [18] Gratias ago Deo meo,
quòd omniũ vestrum lingua
loquor. [19] Sed in Ecclesia volo
quinque verba sensu meo lo-
qui vt & alios instruam: quàm
decem millia verborũ in lin-
gua. [20] Fratres, nolite pueri effi-
ci sensibus, sed malitia paruu-
li estote: sensibus autẽ perfecti
estote. [21] In lege *scriptum est, *enim ms 9. Amb.
Quoniam

Esai. 28,11. Quoniã in aliis linguis & la-
biis aliis loquar populo huic:
& nec sic exaudient me, dicit
Dominus. 22 Itaque linguæ in
signum sunt nõ fidelibus, sed
*prophetia i MS Amb. & a. infidelibus: *prophetiæ autẽ,
non infidelibus, sed fidelibus.
E 23 Si ergo conueniat vniuersa
Ecclesia in vnũ, & omnes lin-
guis loquantur, intrent autem
idiótę aut infideles, nónne di-
*quid MS. cent, *quòd insanitis? 24 Si au-
tem omnes prophetent, intret
autem quis infidelis vel idió-
ta: conuincitur ab omnibus,
diiudicatur ab omnibus. 25 oc-
culta cordis eius manifesta
fiũt: & ita cadẽs in faciẽ adora-
bit Deũ, pronuntiãs quòd ve-
rè Deus in vobis sit. 26 Quid
ergo est fratres? cũ conuenitis,
vnusquisq. vestrũ psalmũ ha-
bet, doctrinã habet, apocalyp-
sin habet, linguã habet, inter-
pretationẽ habet: omnia ad ę-
F dificationẽ fiãt. 27 Siue lingua
quis loquitur: secundũ duos,
aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. 28 Si
autem non fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem lo-
quatur & Deo. 29 Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæ-
teri diiudicent. 30 Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior
taceat. 31 Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt

Et nec sic exaudient me.] *Hoc modo augebitur ipsorum ignorantia.*

22 Linguæ in signum sunt.] *Ex signis quæ Apostolis & Ecclesiæ ministris conceduntur ad veritatem Euangelij ostendendam & confirmandam, lingua & prophetia sunt; sed linguæ pertinent ad infideles, quos, cùm ex variis linguis vocare ad fidem Deus constituerit, suis ipsorum linguis instruit ministros Euangelij: & etiam tãquam miraculum, aut vnum ex miraculorum generibus est hoc, vt quis non doctus linguam tamen ex tempore pronuntiet: vtroque modo infideles vocantur ad cognoscendam Dei virtutem, & agnoscendam doctrinam illam tanquam diuinam atque ideò audiendam: sed ij qui credunt, nõ indigent miraculo ad confirmationem, aliàs nondum credere dicendi sunt vt oportet credere; indigent autem ij qui credunt instructione, exhortatione, consolatione: hæc contingunt prophetiæ ministerium.*

26 Vnusquisque vestrum.] *Quisquis ex vobis attulerit aliquid huiusmodi ex donis Dei spiritualibus profectum, psalmum ex prophetiæ munere, vel doctrinam, &c.*

27 Vt multum.] *Ad plurimum tres, id est, non vltra binos vel ternos loquantur.*

Per partes.] *Bini vel terni vicissim distributis argumentis vel orationum partibus eloquantur, ne multorum voces incognitæ simul confundantur, & ne ipsi qui loquuntur sic se percipiant, vt accidere plerunque solet.*

32 Et

32 Et ſpiritus Prophetarum.] *Quod dixi poſſe vos per ſingulos prophetare, ita eſt, ne quis putet Prophetas tanquã inſanos, ſimulatq; contingit corripi illo afflatu diuino, non poſſe continere ſuum ſpiritum, ſed vel inuitos vaticinari, & non poſſe aliter agere, imò nec iudicare & cognoſcere quæ dicant: imò ſunt illis ſui ſpiritus ſubiecti, poſſunt tacere ſi velint, & oportunè loqui, volentes agunt quod iubentur agere, & integro ſenſu ſunt cùm agunt, quamuis magno feruore correpti ſint, ita vt poßint diiudicare etiam quæ alij dicunt, & probare ſpiritus an ex Deo ſint.*

37 Aut ſpiritualis,] *qui ſpiritu ſanctificante, vel etiam ſpiritu ſapientiæ & cognitionis præditus ſit, & poßit diſcernere ſpiritus & ſpiritualia à carnalibus, & ſapientiam Dei à prudentia mundi.*

40 Honeſtè,] *decenter & iuxta rectam Eccleſiaſticamq; rationem.*

IN CAP. XV.

1 Notum facio.] *Non quod nunquam audieratis primùm indico, ſed quod ſemper fueratis edocti declaro, vt cõfirmem vos in fide reſurrectionis, quam intelligo nõnullorum diſputationibus in dubium reuocari: atque vt ad rem commodiùs veniam, Euangelij mei ſummam vobis repetam, quod vos accepiſtis & acceptum credidiſtis, credentes etiam illius virtutem experti eſtis multis exemplis & teſtimoniis Spiritus ſancti, qui ſpirituali inſinuatione vos docuit, atq; ita per hoc Euangeliũ ſaluamini quicunque ſaluamini: ſi autem & ſtetiſtis & ſaluamini per hoc Euangelium; manifeſtum eſt illud his teſtimoniis à Deo comprobari & cõfirmari: aio autem vos ſeruari hoc Euangelio, ſi verum eſt vos ſeruari; hoc eſt, in veſtra Eccleſia eſſe multos qui ſalutem obtinuerint, vt verum eſt, niſi fruſtra crediditis, quod non ita eſſe res ipſa demonſtrauit. eodem itaque ſermone, quo euangelizaui vobis, in ſummam breuem redacto nunc vtar, vt nihil nouum vobis afferam, nec quicquam ad hoc argumentum in vobis hactenus deſideratum fuiſſe oſtendam.*

3 Quod

omnes diſcant, & omnes ex-
hortentur. 32 & ſpiritus Pro-
phetarum, Prophetis "ſubiecti "ſubiectus eſt MS. Amb. 5.
ſunt'. 33 Nõ enim eſt diſſenſio-
nis Deus, ſed pacis: ſicut & in
omnibus Eccleſiis ſanctorum
⁻doceo'. 34 Mulieres in Eccle- ⁻2 MS. C. 5. Q. n.
ſiis taceant, non enim permit- G
titur eis loqui, ſed ſubditas eſ- 1 Tim. 2, 12. Geneſ. 3, 16.
ſe, ſicut & lex dicit. 35 Si quid
autem volunt diſcere, domi
viros ſuos interrogent. Turpe
eſt enim mulieri loqui in Ec-
cleſia. 36 An à vobis verbum
Dei proceſſit? aut in vos ſolos
peruẽnit? 37 Si quis videtur
Propheta eſſe, aut ſpiritualis,
cognoſcat quæ ſcribo vobis,
quia Domini ſunt mandata.
38 Si quis autẽ ignorat, "igno- "ignoret C. 5. Q. n.
rabitur'. 39 Itaq. fratres ęmula-
mini prophetare: & loqui lin-
guis nolite prohibere. 40 Om-
nia autem honeſtè & ſecundũ
ordinem fiant⁻ in vobis'. ⁻1 MS. Amb. C. 5.

CAP. XV.

NOtum 'autem vobis fa- Gal. 1, 11.
cio, fratres, Euãgelium A
quod prædicaui vobis, quod
& accepiſtis, in quo & ſtatis,
2 per quod & ſaluamini, qua
ratione prędicauerim vobis ſi
tenetis,

tenetis, nisi frustra credidistis.
3 Tradidi enim vobis in pri-
mis quod & accepi: quoniam
1 Pet.2,14. Christus mortuus est pro pec-
Isaie 53,5,8. Ion.2,2. catis nostris secundùm scri-
Matt.12,40. pturas: 4 & quia sepultus est,
Matt.28,6. Marc.16,6. & quia resurrexit tertia die,
secundùm scripturas 5 & quia
Luc.24,6,34 visus est Cephæ: & post hoc
Ioh.20,19. vndecim. 6 Deinde visus est
plus quàm quingentis fratri-
bus simul: ex quibus multi
manent vsque adhuc, quidam
autem dormierunt. 7 Deinde
visus est Iacobo, deinde Apo-
Act.9,5. stolis omnibus. 8 Nouissimè
B autem omnium tanquam ab-
Ephes.3,8. ortiuo, visus est & mihi. 9 Ego
enim sum minimus Aposto-
lorum: qui non sum dignus
vocari Apostolus, quoniam
persecutus sum Ecclesiã Dei.
10 Gratia autẽ Dei sum id quod
sum: & gratia eius in me va-
cua non fuit, sed abundantius
illis omnibus laboraui: non
D ego autem, sed gratia Dei me-
cum. 11 Siue enim ego, siue il-
li: sic

3 Quod & accepi,] *à Christo per Spiritũ sanctum.* Pro peccatis nostris] *Non suo debito, sed nostro, quod susceperat exsoluendo: itaque illius mortis vtilitas & fructus ad nos pertinuit, qui cum illo commortui sumus quod ad peccatum attinet: ille enim nihil contraxerat vitij, nihil omnino debebat quamobrẽ moriendum illi esset, nisi disciplinam pacis nostræ super se suscepisse placuisset, idq́ ita antea scriptum fuisset. quod si mortis illius vtilitas ad nos pertinuit, & resurrectionis illius vtilitas ad nos pertineat necesse est: non enim ille moreretur ad nostram salutem, nisi eam salutem nobis rediuiuus & resurgens afferret & communicaret: atque hoc Euangelium resurrectionis illius, quod salus ipsa vobis allata confirmauit, cùm primum prædicaremus, testes indicauimus & grauissimos & copiosissimos.*

6 Simul:] *Semel. ex quibus multi adhuc testari possunt, quippe viuunt.*

9 Minimus Apostolorũ:] *Nolo vt meum testimoniũ tanquam Apostoli in hac parte accipiatis; quia cùm primum vidi Christum, ego non eram Apostolus, neque dignus sum vt illius temporis testimonium Apostolica authoritate commendem; at verò hoc non possum non fateri, me illo tempore fuisse persecutorem Ecclesiæ Dei, & alienum à fide Christi, qui illius resurrectionem non crederem, imò eos qui crederent vexarem & affligerem contento studio, & tamen illo eodem tempore ipsum vidi, ita vt ego qui oppugnabam testimoniũ illud, veritate ipsa coactus fuerim verissimum esse testari: atque ita testimonium meum, quod dignitate mea illius temporis niti non poterat, personæ tamen quam agebam ratione est grauissimum, etiam si non essem Apostolus, vt tunc non eram: atque hoc pacto testimonium meum tanquam minimi & postremi ex Apostolis, verùm tanquam maximi ex oppugnatoribus Christi accipi volo.*

10 Gratia autem] *Quod ad testimoniũ spectat, satis erat me testari tãquam persecutorem, neque opus erat esse Apostolũ vt testarer; sed quod vt Apostolus etiã tester, & Apostolus sim, gratia Dei effectu, quæ mihi ex illius benignitate concessa est, vt idem qui persecutus fueram Ecclesiam, essem Ecclesiæ Apostolus; & hæc gratia in me non fuit vacua, inanis, aut otiosa.*

li: sic prædicamus, & sic cre-
didiſtis. 11 Si autem Chriſtus
prædicatur quòd reſurrexit
à mortuis: quomodo qui-
dam dicunt in vobis, quo-
niam reſurrectio mortuorum
non eſt? 13 Si autem reſur-
rectio mortuorũ non eſt: ne-
que Chriſtus reſurrexit. 14 Si
autem Chriſtus non reſurre-
xit, inanis eſt ergo prædica-
tio noſtra, inanis eſt & fides
veſtra. 15 inuenimur autem &
& falſi teſtes Dei: quoniam te- C
ſtimonium diximus aduerſus
Deũ, quòd ſuſcitauerit Chri-
ſtum, quem non ſuſcitauit, ſi
mortui nõ reſurgunt. 16 Nam
ſi mortui non reſurgunt, neq.
Chriſtus reſurrexit. 17 Quòd ſi
Chriſtus non reſurrexit: vana
eſt fides veſtra, adhuc enim
eſtis in peccatis veſtris. 18 Er-
go & qui dormierunt in Chri-
ſto, perierunt. 19 Si in hac vi-
ta tantum, in Chriſto ſperan-
tes ſumus: miſerabiliores ſu-
mus omnibus hominibus.
20 Nunc

13 Neque Chriſtus reſurrexit.] *Qui reſurrectionem negat, ex eo arguere videtur quòd humana naturæ impoßibilem exiſtimat: ſed cũ Chriſtus ſecundum alteram naturã Deus, ſecũdum alteram homo ſit verus, id quod humanæ naturæ impoßibile eſt, & Chriſto eſt impoßibile: reſurrexiſſe autẽ dicitur Chriſtus ſecundum humanam naturam, ſecundum quam & mortuus fuerat. ſed conſequẽtis falſitas probata eſt tot teſtimoniis, non ſolum diſcipulorum, ſed perſecutorum etiam: ergo Chriſtus reſurrexit; ſi reſurrexit, non ergo pugnat reſurrectio cum humana natura.*

14 Inanis eſt ergo prædicatio.] *Nos clamamus & præconio denuntiamus hominibus mortem à peccatis ex efficientia mortis Chriſti, & reſurrectionem ad iuſtitiam ex virtute reſurrectionis Chriſti; & vos vtrunque creditis & ex Dei gratia accipitis: vtrunque eſſet inane, & noſtra prædicatio & veſtra fides: id enim quod non eſt, nihil efficere poteſt. nos inaniter promitteremus aliquid efficiẽdum ab eo quod non eſt, vos etiam inaniter crederetis efficiendum, quod nunquam efficeretur. vtrunque autem & ſolidum & certum atque verum eſſe res ipſa oſtendit.*

15 Falſi teſtes Dei.] *Cùm nos protulerit Deus teſtes virtutis & veritatis ſuæ, atque teſtimonium noſtrum ſignorum authoritate firmauerit; aut verum eſt teſtimonium aut falſum: ſi verum, Chriſtum reſurrexiſſe, verum quoque eſt: ſi falſum, ergo & mendacium de ſe teſtari vult Deus, & illud ſignis confirmat: quo quid magis impium dici poteſt? eſt enim Deus verax, & omnis homo mendax.*

17 Adhuc enim eſtis.] *Adhuc enim omnes vos manetis cum veteri homine ſubiecti circũſtantis peccati põderi, nec vllus veſtrũ expertus eſt Euangelij virtutem quàm teſtari poßit.*

19 Si in hac vita tantùm.] *Si ſpes noſtra quæ in Chriſto à nobis collocatur, huius mortalis vitæ vſum & commoditatem ſpectaret, longè iucundius & ſuauius impiæ & prophanæ Gentes agerent, quæ ſi ſpem fallendi nactæ fuerint, ſacra prophanis miſcebunt; longè facilius Iſraëlitæ ſecundum carnem, quibus temporalia promiſſa & facta & præſtita ſunt.*

20 Nunc autem Christus resur-
Apoc. 1, 5. rexit à mortuis primitiæ dor-
Col. 1, 18. *enim 3 MS. G. mientium, 21 quoniam ″qui-
dem' per hominem mors: &
Genes. 3, 6. Rom. 5, 12. 6, 23. per hominẽ resurrectio mor-
tuorum. 22 Et sicut in Adam
omnes moriuntur: ita & in
Christo omnes viuificabun-
1 Th. 4, 15. tur. 23 Vnusquisque autem in
suo ordine, primitię Christus:
deinde ij qui sunt Christi,
-2 MS. G. S. *aduentu 1 MS. Amb. G. S. ⁻qui' in ″aduentum' eius ⁻cre-
diderũt'. 24 Deinde finis: cùm
-2 MS. Amb. G. S. tradiderit regnum Deo & Pa-
D tri, cùm euacuauerit omnem
principatum & potestatem &
virtutem. 25 Oportet autem il-
Psal. 109, 2. Heb. 1, 13. 10, 13. lum regnare: donec ponat
omnes inimicos sub pedibus
*Nouissimè MS. q. eius. 26 ″Nouissima' autem ini-
mica

20 Primitiæ:] *qui omnibus dormientibus suæ resurrectionis virtutem communicauit. Vt primitiarum sanctificatio reliquos fructus sanctificat ad vsum legitimum, sic Christus qui nostram naturam assumpsit, & sua communicatione homines dignatus est.*

21 Per hominem mors.] *Mors spiritualis in homines inuecta est per hominem, cùm alias homines ab illa morte alieni fuissent in prima mundi constitutione: deinde mors corporis per hominem inuecta est in omnem posteritatem eiectam ab illo horto in quo lignum vitæ etiam corporalis erat, quo cõseruari poterat vita perpetua, cuius perpetuitas cum natura non pugnabat tanquam impoßibilis: ergo oportuit vitam spiritualem per hominem adferri hominibus; per hominem, inquam, moriẽtem morti, & resurgentem viuentemq́; Deo, resurrectionisq́; suæ virtutem aliis cõmunicantem; per hominem, inquam, in quo vita esset, & qui arbor vitæ esset, & non solùm spiritualem sed corporalem vitam, quam ipse recepisset, sua virtute aliis communicasset certo ordine ac tempore. Atque hæc nostri Euangelij ratio est.*

23 Primitiæ Christus:] *Christus primitiæ vitæ, vt in quo vita est; primitiæ resurrectionis, vt qui sua virtute resurgens, omnes credentes & obedientes sibi conresuscitauit; quam tamen virtutem effectu ipso communicabit vnicuique suo ordine. Maiora sunt hæc mysteria, quàm vt breui oratione comprehendi poßint.*

24 Deinde finis.] *Perfectio & consummatio rerum omnium à Christo gerendarum erit, cùm tradiderit regnum Deo, qui idem Pater eius est: hoc est, cùm ereptis & liberatis suis, & quos regnum Deo & Patri suo in proprio sanguine fecit. id autem fiet cùm aboleuerit omnem principatum & potestatem & efficacitatem inimicam sibi & suis, ita vt nihil iuris, nihil virium sit inimicis omnibus, tam visibilibus quàm inuisibilibus, quod exerceri poßit aduersus filios regni. Namque in Psalmis scriptum est, illum oportere regnare, regnumq́; conseruare, tueri atq́; defendere, donec ponat omnes hostes suos sub pedibus suis, eosq́; subiiciat & conterat. Inter hostes autem nouißima omnium hostium abolebitur mors; tum illa spiritualis, quæ tandem abolebitur ab imperio ex omnibus his qui in Christũ crediderint, Deumq́; rectè inuocauerint; & mors corporalis, quæ illam spiritualem mortem primùm consecuta est, hæc ita abolebitur, vt nunquam amplius corporis mors in mundo sit. Atque ita omnia erunt subiecta pedibus Christi, præter eum qui subiecit illi omnia; hoc est, præter Deũ qui caput Christi est, semperq́; manebit caput Christi. id quod Filius ipse agnoscens Patri acceptum referet, & tradet regnum plenum Patri suo in veritate & posseßione æterna eaq́; plenißima: atque ita Filius ipse, qui semel in consummationem*

nem sæculorum vnam oblaturus hostiam, pro omnibus factus est obediens Patri, formam serui accipiēs, & omnes homines sibi adiunxit illo admirabili Sacramento, quo omnibus suam carnem suumq; sanguinem communicauit, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium: Idem ipse bibet iterum illud genimē vitis nouum nouo & admirabili modo in regno Patris sui; & totum illud corpus mysticum quod ipsi aptauerat Deus, ipsiusq; vero corpori arcano modo compegerat, illud iam ab omnibus hostibus liberatū, in æternam pacem & gloriam tradet Filius Patri suo sibi associatum tanquam sponsam sponso, atque hoc modo subiectum, vt viro subiecta est sponsa coniunctione magna & admirabili coniunctum; non subiectum vt inimicos subiecerat, sed subiectum vt fratres primogenito fratri in participationem regni, imperij & gloriæ, quam ipse cum omnibus communicabit in gloriam & laudem Dei; & tunc sic ipse Filius cum toto suo mystico corpore Deo tanquam Patri & capiti subiectus erit, illa subiectione Filij charissimi vnigeniti; atque ita Deus, qui est Christi caput, & Christi Pater, & Christi glorificator, erit per Christum ipsum Pater, caput, glorificator, denique omnia in omnibus.

mica destruetur mors. Om- Psal. 8, 8. Heb. 2, 8.
nia enim subiecit sub pedi-
bus eius. Cùm autem dicat,
27 Omnia subiecta sunt ei:
sine dubio, præter eum qui
subiecit ei omnia. 28 Cùm
autem subiecta fuerint illi
omnia: tunc & ipse Filius
subiectus erit ei qui subie-
cit sibi omnia, vt sit Deus
omnia in omnibus. 29 Alio-
quin quid facient qui bapti-
zātur pro mortuis, si omnino
mortui

29 Quid facient qui baptizantur pro mortuis.] *Cùm solebat aliquando contingere vt ij qui crediderint accipiant Spiritū sanctum antea quàm baptizentur, atque Spiritus sanctus illos mortificarit & renouarit ad nouitatem vitæ, vt in Cornelio illiusq; familia cōpertum est: tamē hi, qui iam peccato mortui sunt, & virtute Spiritus sancti in illis viuente viuūt, baptismū suscipiunt aquæ, non iam denuò morituri peccato, cùm mortui tum sint peccato; sed vt mortui peccato, atque tāquam mortuos peccato se baptizari postulant: quid ergo profitentur in illo baptismo? profitentur baptisma spirituale Christi, hoc est, rem Sacramenti sibi iam contigisse antequā Sacramētum subirent, atq; ita se mortuos testantur peccato, & id habere à Deo quod Sacramento illo conferri & significari solet: sed cū baptisma ipsum speciem gerat submersionis in mortem & emersionis è morte. si illis nulla manet mors euadēda, cur pro mortuis baptizantur & cōfitentur se esse mortuos, & tamen subeunt imaginē mortis quā euasuros se credunt & profitentur? illa ipsa eorum actio maximè probat aliā etiam euasionem, aliā mortem resurrectionemq; significari baptismo vltra mortem peccatis. & resurrectionem à peccatis, nimirum mortem etiam corporis, & resurrectionem ex morte corporis. quæ illorum professio tanto grauior est, quanto doctiores & instructiores illi sunt, vtpote à Spiritu sancto docti, cuius virtute mortificati sunt peccato, & cuius doctrina cognouerunt etiam aliā illis superesse mortem corporis, quam resurrectione futura ex Christi virtute superaturos se profiteantur. atque ita dum effectum in se editum confitentur baptizati aqua, dum baptizantur profitentur etiam effectum alterum in se edendum; vtrunque verò eodem baptismi Sacramento significari affirmant, dicentes: Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & exspecto resurrectionem mortuorum.*

30 Vt quid

mortui non resurgũt? vt quid
& baptizantur pro illis? 30 vt
quid & nos periclitamur om-
ni hora? 31 Quotidie morior
"per vestram gloriam fratres; [propter MS. Q. R.]
quam habeo in Christo Iesu
Domino nostro. 32 Si (secun-
dũ hominem) ad bestias pu-
gnaui Ephesi, quid mihi pro-
dest, si mortui non resurgunt?
[Esaie 22, 13. 56, 12. Sap. 2, 6.] mãducemus & bibamus, cras
enim moriemur. 33 Nolite se-
duci, Corrumpunt mores bo-
E nos colloquia mala. 34 Euigi-
[iustè 4 MS. O. S.] late "iusti", & nolite peccare.
ignorantiã enim Dei quidam
habent, ad reuerentiam vobis
[dicet 4 MS. O. S.] loquor. 35 Sed "dicit" aliquis,
Quomodo resurgũt mortui?
quali

30 Vt quid & nos periclitamur.] *Si nulla amplius est corporũ vita, cur nos hanc nostrã breuem tamen omni momento amittendi periculo exponimus, qui in Apostolatu laboramus, atque ego præcipuè & qui mecum sunt? namque ego fratres quotidie mihi persuadeo mortem instantem capiti, & eodem die subeundam, adeò in multis periculis versor. atque hoc vobis affirmo & iuro per veritatem Apostolatus mei, cuius testes vos mihi estis, ita vt apud Christum Iesum hanc laudem & commendationem habeam.*

32 Si (secundum hominem)] *Si tantùm humano aliquo consilio & studio me conîicere audeo in hæc pericula, nulla certa fide instructus melioris vitæ & resurrectionis, nullo Dei responso edoctus, sed vel ex cogitatione & opinione mea, vel nihil altius sapiens aut existimãs aut mihi proponens, quàm homo vt homo est, neque maiore luce accepta sapere existimareq; soles, & tamen existimans non esse resurrectionem tot pericula subeo, quæ vtilitas mihi est?* Ad bestias pugnaui.] *Totis tribus mensibus quibus cum immanissima turma Iudæorum & exorcistarum filiorum Scenæ decertaui Ephesi de veritate Euãgelij Christi, quo tempore cum feris, quibus obiectus fueram, pugnaui: si nihil aliud est homo neque futurus est quàm quod nunc est, quid hæc à nobis subeuntur pericula? equidem non esset hominis humano consilio agentis hæc agere, sed & vt vulgus hominũ eorum qui ita sentiunt, etiam sapientum in ipsis philosophorum: Lude, bibas, comedas, post mortẽ nulla voluptas. Sed ô fratres mei, cauete omnino in huiusmodi sermones incidere, qui in errorem primùm, deinde in vitæ corruptelam deuios deducunt homines.* 34 Euigilate iusti:] *Ne vos huius vitæ commendatione & vsu inebriari patiamini, sed si quid huiusmodi doctrinæ hausistis, euomite & euigilate recta ratione & iudicio iusto, atque ad iustitiam efformato, & omnino insistite rectam viam, ne incipiatis errare. hoc autem ideò vobis prædico, neque id sine pudore vestro (quibus tamen quàm rectissimè consultum volo) esse nonnullos, qui rectas rationes de Deo minimè tenent, sed tenent ignorantiam circa Dei veritatem, & tamen alios in eandem pertrahere non dubitant: sunt verò eiusmodi qui magis humanæ sapientiæ & scientiæ rationibus instructi esse putantur, quibus cùm ea non attingant quæ ex fide sunt Dei, vana esse arbitrantur.* 35 Sed dicet aliquis.] *Ex his sapientibus humanis quispiam qui rem cuius rationem & modum ipse non tenet, impossibilem existimat, dicet: Quod semel corruptum est, idem redire non potest; corpus in cineres redactum, in carnem verti iterum non potest: nam aut suo corpore aut alieno suscitantur mortui: si alieno, ergo non est resurrectio; si proprio, qualinam?*

36 Nisi prius moriatur.] *nisi prius corrumpatur.*

42 Seminatur in corruptione.] *Seminatur corruptibile corpus, & surgit incorruptibile ex virtute Dei, qui hanc aptitudinem indidit carni hominis, & eandem aptitudinē ipse promouet, corpus homini reddendo longè etiam præstantius quàm fuerat; sicut & in his etiam corporibus quæ nūc videntur, corruptibilibus & incorruptibilibus prastātia gradibus ab eodem authore constituti cernuntur.*

43 In ignobilitate.] *Corpus sine decore resurgit decorum, corpus infirmum resurgit fortissimum & firmissimum, omnis imminutionis expers, nullo indigens cibi, potus, somni, aut eiusmodi præsidio.*

44 Si est corpus animale.] *Ex sacrorum librorum scientia nouimus esse corpus animale, quod anima ipsa foueat, nutriat, contineatq́, viuum, & cùm deserit, mortuū relinquat: multis infirmitatibus, inquam, obnoxiū corpus, quibus omnibus non possit opitulari anima: huiusmodi corpus ab Adamo accepimus. est & corpus quod à Spiritu sancto inhabitante sustentatur, nutritur, fouetur, roboraturq́. illud prius corpus ab Adamo omnes accepimus: hoc verò, hoc est, idem corpus, alii tamē virtutibus & perfectionibus instructum à Spiritu Christi communicato Sancti per Dei donum obtinent: spirituale corpus dictum, quia Spiritus Christi virtutibus & efficientia fulcitur; atq; ita simile corpori quod Christus habet post resurrectionem, quod cùm idem sit quod antè habuit, tamen nunc excipit omnē virtutem & efficaciam à Spiritu, cùm antea esset sicut & nostrū laboribus tentabile, excepto peccato: quippe etiā ille est filius Ada, & omnem laborem Ada subiit, præter peccatum, quod proprium nūquam habuit, quanquam nostra expianda suscepit.*

45 Sicut scriptum est.] *De primo homine apertis verbis scriptum est, Adam illum primū fuisse factum hominem huius generis, videlicet in animam viuentem, cuius anima viueret, & suis actionibus atque viribus corpus in vita teneret,*

quali autem corpore "veniet'? *veniunt 1 MS. G.
[36] Insipiens, tu quod seminas
non viuificatur, nisi prius mo-
riatur. [37] Et quod seminas, nō
corpus quod futurum est, se-
minas, sed nudum granum,
vtputa, tritici aut alicuius cæ-
terorum. [38] Deus autem dat
illi corpus sicut "vult': & vni- *voluit 1. MS. Amb. C.
cuique seminum propriū cor-
pus. [39] Nō omnis caro, eadem
caro: sed alia *hominum, alia *quidem 1 MS. Amb. G.
*pecorum, alia volucrum, alia *verò 1 MS. Amb. G.
piscium. [40] Et corpora cęlestia,
& corpora terrestria: sed alia
quidem cælestium gloria, alia
autem terrestrium. [41] Alia cla-
ritas solis, alia claritas lunæ, &
alia claritas stellarum. Stella
enim à stella differt in clarita-
te: [42] sic & resurrectio mortuo-
rum. Seminatur in corruptio-
ne: "surget' in incorruptione. *surgit 1 MS. G. S.
[43] Seminatur in ignobilitate: F
"surget' in gloria. Seminatur
in infirmitate: "surget' in vir-
tute. [44] Seminatur corpus ani-
male: "surget' corpus spiritale.
Si est corpus animale, est &
spiritale, [45] sicut scriptum est,
Factus est primus homo Adā Genes. 2, 7.
in animam viuentem: nouissi-
mus

mus Adam in ſpiritum viuifi-
cantem. 46 Sed nō prius quod
ſpiritale eſt, ſed quod animale:
deinde quod ſpiritale. 47 Pri-
mus homo de terra, terrenus:
ſecundus homo de cælo, cæle-
ſtis. 48 Qualis terrenus: tales &
terreni. & qualis cæleſtis: tales
& cæleſtes. 49 Igitur ſicut por-
tauimus imaginē terreni: por-
temus & imaginem cæleſtis.
50 Hoc autem dico fratres, quia
caro & ſanguis regnum Dei
poſſidere non poſſunt: neque
corruptio incorruptelā poſſi-
G debit. 51 Ecce myſteriū vobis
*Q. n. dico: "Omnes quidem reſur-
gemus: ſed nō omnes immu-
tabimur". 52 In momento, in
ictu oculi, in nouiſſima tuba
-Bas. e. Q. n (canet enim "tuba") & mortui
reſurgent incorrupti: & nos
immutabimur: 53 Oportet e-
nim corruptibile hoc induere
incorruptionem: & mortale
hoc induere immortalitatem.
*corruptum hoc induerit incorruptionem, & 1 as. e. s. 54 Cùm autem * mortale hoc
induerit immortalitatem: tūc
fiet ſermo qui ſcriptus eſt:
Oſe. 13, 14. Heb. 2, 14. 1 Iohan. 5, 5. Abſorpta eſt mors in victoria.
55 Vbi eſt mors victoria tua?
vbi eſt mors ſtimulus tuus?
56 Stimu-

neret, non autem viuificaret: namq; viuificādi vis propria eſt Spiritus Dei, quo vltimus ille homo hominumq; inſtaurator & perfector plenus eſt, & ſui cōmunicatione ſuos omnes viuificat.

48 Qualis terrenus.] *Vt ille in terris omnino factus, ex terraq; genitus, corruptibilis & mortalis euaſit, in ſuamq; terram reuerſus eſt ex qua aſſumptus fuerat: ſic etiam ij qui nihil habuerint præter ea quæ ab illo acceperunt. at verò ij qui renouati ſunt per cōmunicationem virtutis Chriſti, qui de cælo deſcendit, carnemq; Spiritus ſancti opera & virtute ex matre virgine efformatam habuit & habet, tale corpus habebunt in cælo manſuri & regnaturi, quale cæleſtis ille habet, per quem cæleſtes effecti ſunt: atque hoc modo continget, vt ſicut portauimus imaginem terreni, id eſt, infirmitatē, laborum & corruptionum ſimilitudinem, dum in terris verſati ſumus: ſic cùm in cælis fuerimus, portemus imaginem virtutis Chriſti triūphantis & ab omni infirmitudine alieni; imaginē, inquā, non ſignificatione tātùm, ſed re ipſa expreſſam.*

50 Caro & ſanguis.] *Duo cùm accepetimus ex primo parente, carnem & ſanguinem, & corruptionem etiam hereditariam, neque caro & ſanguis illa impura, interim dū ſic manent, poſſunt obtinere regnum cælorū, niſi mutentur & expurgentur per Chriſtum: neque etiam corruptio corporis noſtri poteſt poßidere incorruptibilem illam gloriam & beatitatē iure poſſeßionis hæreditariæ: opus eſt igitur corruptionem etiam auferri per Chriſtum.*

51 Ecce myſteriū.] *Volo vobis reuelare arcanū vtriuſq; efficientiæ Chriſti in mēbris ſuis.*

53 Corruptibile.] *Hoc corpus corruptibile induet virtutē incorruptionis omnino in nobis, & hoc noſtrū mortale corpus induet immortalitatem. Chriſti corpus mori potuit, quia ſpōtè ſubiit mortem: corrumpi nō potuit, quia puriſſimum erat: cùm ſemel reſurrexit, iam mors illi vltra non dominatur: idem vtrunq; nobis communicaturus eſt.*

54 Tunc fiet ſermo.] *Tunc canetur carmē illud, cùm iam omnia abſoluta fuerint quæ de Chriſto prædicta erant.*

[56] Stimulus autē mortis, pec-
catum eſt: virtus verò peccati,
lex. [57] Deo autem gratias qui
dedit nobis victoriam per Do-
minum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum. [58] Itaq. fratres mei dile-
cti, ſtabiles eſtote & immobi-
les: abundātes in opere Domi-
ni ſemper, ſciētes quòd labor
veſter non eſt inanis in Dño.

CAP. XVI.

DE [1] collectis autem quæ A
fiunt in ſanctos, ſicut
ordinaui Eccleſiis Galátiæ,
ita & vos facite. [2] Per vnam
ſabbathi vnuſquiſq. veſtrum
apud ſe ſeponat, recondens
quod ei bene placuerit: vt non
cùm venero, tūc collectæ fiāt.
[3] Cùm autem præſens fuero:
quos probaueritis per epiſto-
las, hos mittam perferre gratiam veſtram in Ieruſalē. [4] Quòd
ſi dignū fuerit vt & ego eam: mecum ibunt. [5] Veniam autem
ad vos, cùm Macedoniam pertranſiero. nam Macedoniā per-
tranſibo. [6] Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hye- B
mabo: vt vos me deducatis, quocunq. iero. [7] Nolo enim vos
modò in tranſitu videre, ſpero enim me aliquantulum tēpo-
ris manere apud vos, ſi Dominus permiſerit. [8] Permanebo
autem Epheſi vſque ad Pente-
coſten. [9] Oſtium enim mihi
apertum eſt magnum & eui-
dens: & aduerſarij multi. [10] Si
autem

56 Virtus verò peccati, lex] *Vis & ius peccati ad occidendū hominē eſt lex: nā niſi lex poſita eſſet, peccatū nō haberet mortis ius illud: In quacunque die comederis, morte morieris.*

57 Dedit nobis victoriam.] *Miſit nobis Dominum Ieſum Chriſtum, potentem & efficacem, cuius virtute victoriam obtineamus à peccato, à morte, à ſepulchro. itaq. ſumma conſtantia, cura ac diligentia veſtrum opus in Domino ſinguli agite & promouete, cùm ſciatis laborem veſtrum pro Domino poſitum non cariturū ſuo fructu relato in Domino ipſo, in cuius Patris domo manſiones multæ ſunt; & præter illam communem ſanctis omnibus incorruptibilitatem & immortalitatem & gloriam, varia præmia parata ſunt, pro ratione ſuſcepti à ſingulis & exantlati laboris.*

IN CAP. XVI.

1 In ſanctos.] *Extraordinariis collectis quæ ſponte à fratribus reponuntur in ſubſidium ſanctorum qui ſunt Hieroſolymis.*

2 Per vnā ſabbathi.] *Singulis primis hebdomadæ diebus, hoc eſt, Dominicis, ſinguli pro ratione benignitatis ſibi à Domino impertitæ, & propriæ etiam benignitatis.*

3 Quos probaueritis per epiſtolas] *quas dabitis illis Hieroſolymam cum beneficio & ſubſidio perferendas.*

8 Vſque ad Pentecoſten.] *Certum & notum Chriſtianis temporis curriculū ſignificat.*

9 Magnum & euidens.] *Quo propoſiti mihi ſunt euidentes labores, & præterea multi qui aduerſentur conatibus ſtudiisq; meis, cum quibus obſiſtendo mihi tempus ponendum eſt.*

11 Cùm

autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos.
opus enim Domini operatur, sicut & ego. [11] Ne quis ergo illũ
spernat, deducite autem illum in pace; vt veniat ad me: expe-
C ᴄto enim illum cum fratribus. [12] De Apollo autem fratre ˉ vo-
-3 MS c.s. bis notum facio, quoniã multum rogaui eum, vt veniret ad
vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius, vt nunc
veniret. veniet autem cùm ei vacuum fuerit. [13] Vigilate, state
in fide, viriliter agite, & confortamini. [14] omnia vestra in cha-
ritate fiant. [15] Obsecro autem vos fratres, nostis domum Sté-
-c.s. Q.n. *& Achaici o phanę ˉ & Fortunati, *quoniã
sunt primitiæ Achaiæ, & in
ministerium sanctorum ordi-
nauerunt seipsos: [16] vt & vos
subditi sitis eiusmodi, & om-
ni cooperanti & laboranti.
[17] Gaudeo autem in præsentia
D Stéphanæ & Fortunati & A-
chaici, quoniam id quod vo-
bis deerat, ipsi suppleuerunt.
[18] refecerunt enim & meũ spi-
ritum & vestrum. Cognoscite
ergo qui huiusmodi sunt.
*omnes MS. s. [19] Salutant vos *Ecclesiæ Asiæ.
Salutant vos in Domino multum, Aquila & Priscilla cũ do-
*apud quos & hospitor MS. *Amb.* mestica sua Ecclesia*. [20] Salutant vos omnes fratres. Salutate
inuicem in osculo sancto. [21] Salutatio, mea manu Pauli. [22] Si
quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit aná-
-MS q. *Amb.* thema. Maranatha. [23] Gratia Domini nostri Iesu ˉ Christi vo-
biscum. [24] Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu.

A M E N.

11 Cùm ei vacuum fuerit.] *Cùm opportunitatem nactus fuerit.*

15 Domum Stephanæ.] *Viri pientissimi, qui Sacerdotum antiquorũ instar cum familia sua primum se tradidit ministerio sanctorũ.*

17 Quod vobis deerat.] *Qui erga me curarunt id quod vos propter absentiam curare non poteratis, qua in re & meum & vestrum animum refocillarunt, officio vestro nomine facto & rursus accepto à me ad vos referendo.*

19 Cum domestica sua Ecclesia.] *Cum omni cœtu eorum qui pietatis Christianæ causa apud hos conueniunt.*

22 Maranatha.] *Dominus noster venit, vlturus nostram negligentiam, nisi huiusmodi à nobis abiecerimus. formula extrema excommunicationis.*

Romæ, anno Iubilæi 1575.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI
in posteriorem Pauli ad Corinthios Epistolam
ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

QVOS priori Epistola obiurgatos mæstitia affecerat Paulus, posteriori consolatur studij sui declaratione primùm, deinde vtilitatis ex illa reprehensione natæ expositione, quippe cùm effectum fuisse ait, vt vitia illa quę maximo dedecori Corinthiis erant corrigerentur, & diuinæ clementiæ venia erga illos qui sceleris arguti fuissent impetraretur: excusat Euangelicæ prædicationis impedimenta, & oblatos interim labores, quòd nō tam citò atq. proposuerat, ad illos venisset. Deinde hoc ipsis etiam commodius accidisse ait, quibus interea emendatis ipse nullo modo grauis aut successurus, sed gratus gratulabundusq. adesset. Hortatur eos qui Ecclesiæ ministerio fungebantur, ad fidem, diligentiam, simplicitatemque obseruandam, idque suo exemplo, à Christi virtute atq. imitatione profecto. Pollicetur denuò suum in Achaiam aduentum, visitationis fratrum, & collectarū in sanctos accipiendarum causa, quas liberaliter ab illis exhiberi cupit, & hortatur exemplo aliorum Christianorum, qui minus fortassis quàm Corinthij cùm haberent, benignè erogauerant id quod potuerant. Demum modestiam & simplicitatem Christianam omnibus cōmendat, pręcipuè verò ministris, vt ad omnes pietatis & officij partes apprimè vtilem & necessariam; contentionem verò atque arrogantiam omnem vt inutilem, indecoram, Christianæq. disciplinæ indignam, denique perniciosam valde dissuadet. Epistolam demum sanctis precationibus & amantissima salutatione absoluit.

IN CAP. I.

1 Apostolus.] *Authoritatē epistolæ adscribit & cōmendationem, quòd Paulus scribat, cuius fides & diligentia illis nota sit, iam diu expertis cum summa vtilitate, quòd non suam, sed illorum agat rem, vtpote legatus Iesu vncti in salutem omnium credentium & obtemperātium sibi, quòd & ipse per voluntatem Dei Apostolus constitutus sit, & per eiusdem voluntatem illis scribat; ideoq. epistolam & lectu & obseruatu dignam significat, vtpote quæ ab Apostolo Christi per voluntatē Dei ad Ecclesiā Dei scribatur.*

CAP. I.

A PAVLVS [1] Apostolus Iesu Christi per volūtatē Dei, & Timótheus frater: Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. [2] Gra-

In vniuersa Achaia.] *Ad omnes pertinet omne ferè epistolæ huius argumentum, vt qui ad Ecclesiam Corinthiacam ferè referrentur, eundémque morem omnes tenerent: sed eò præcipuè hæc omnis Achaiæ salutatio spectat, quòd bona epistolæ pars in commendatione collectarum, & liberalitatis erga sanctos Ierosolymitanos exercendæ ponitur.*

2 Gratia

2 Gratia vobis & pax à Deo
Patre nostro, & Domino Iesu
Christo. 3 Benedictus Deus &
Pater Dñi nostri Iesu Christi,
pater misericordiarũ, & Deus
totius cõsolationis, 4 qui con-
solatur nos in omni tribula-
tione nostra: vt possimus &
ipsi consolari eos, qui in omni
pressura sunt, per exhortatio-
nem qua exhortamur & ipsi à
Deo. 5 quoniam sicut abun-
dant passiones Christi in no-
bis: ita & per Christum abun-
dat consolatio nostra. 6 Siue
B autem tribulamur, pro vestra
exhortatione & salute: *siue
exhortamur, pro vestra ex-
hortatione & salute, quę ope-
ratur tolerantiam earundem
passionũ quas & nos patimur:
7 & spes nostra firma est pro
vobis: sciẽtes quòd sicut socij
pasionũ estis, sic eritis & cõ-
solationis. 8 Non enim volu-
mus ignorare vos fratres, de
tribulatione nostra, quæ facta
est

Ephes. 1, 3.
1 Pet. 1, 3.

*siue consolamur pro vestra consolatione MS. Q. n.
-15 MS. Amb. 1.
intolerantiam 4 MS. c. Q. n.
*vt spes nostra firma sit MS.

2 Gratia vobis & pax.] *Ex gratia qua sibi Deus homines conciliat, pax oritur, quæ exuperat omnem sensum, non quo modo mũdus dat. vtrumque per Christum datur, in quo omnia & per quem omnia.*

3 Pater Domini nostri:] *Qui cùm Filium nobis donauit salutarem Dominum Vnctum, omnia cum ipso nobis commoda donaturum se recepit, atque ita consolatur nos omni consolatione spirituali in omnibus afflictionibus nostris tã corporalibus quàm spiritualibus; ita vt cùm inter alias curas anxij soliciti q; simus de rebus Ecclesiarum, ille efficiat vt Ecclesiarũ incõmoda corrigantur, & nobis inde consolatio accedat; ita vt nos Dei consolationem sentientes, possimus etiam nostro exemplo Dei q; efficientiæ demonstratione consolari mærentes, aut afflictos in omni pressura cùm corporali tum spirituali.*

5 Sicut abundant passiones Christi.] *Vt sicut labores, quibus Christus in membris suis, maximè verò in ministris afficitur, & frequentes & graues in nobis spectantur, ita consolatio nostra per Christum abundet.*

6 Siue autem tribulamur.] *Quòd si affligimur curis & anxietatibus spiritualibus affecti, curæ afflictiones q; nostræ eò spectãt & pertinent, vt laboribus & curis nostris vera vobis afferatur vtilitas, constanter ferentibus labores & curas easdẽ quas nos pro vobis ferimus; id q; nos eo libentius ferimus, quòd firmissima spe fulciamur futuræ consolationis nostræ & vestræ, vt qui socij fueritis curarum & laborum, consolationum etiam communione fruamini.*

8 Nõ enim volumus ignorare fratres.] *Vt nostræ consolationis accessit ea pars quæ de vestris rebus erat, qua abundãtius etiam sumus refecti; sic volo consolationis partem ex nuntio liberationis nostræ fieri: vt sciatis quibus quantis q; in periculis Ephesi & in Asia versati fuerimus, ex quibus me Deus admirabili illa efficientia liberauit, qua mortuos in vitam restituit. Nam quod ad periculorum magnitudinem, quódque ad conditionis virium q; mearum rationem attinet, ipse profectò me mortuum & occisum iam esse existimabam, nihil q; omnino mihi vlla ex parte salutis vel euasionis promittebam, nisi ex singulari Dei præsidio ac tutela, qui non secus me à morte liberauit iam præsente, iam imminente, iam (vt ita dicam) mihi deuorata, atque suscitare solet mortuos. itaque illius singulare*

[illegible] liberaremur, & ad- [illegible] huiuſmodi alijs periculis [illegible] liberatum iri, [illegible] voluntatem & beneficium [illegible] auxilio, qui nos non nobis [illegible] nobis donari exiſtimantes gra- [illegible] vobis quoque (quorum ſalutem ſtu- [illegible] fieri poſtuletis; itaq; Deus mul- [illegible] perſonis vnico communiq; beneficio collato, [illegible] etiam à multis beneficij illius participi- bus collaudetur.

12 Nam gloria noſtra.] *Quippe omnino hoc prædicare de nobis poſſumus, cõſcientia noſtræ teſtimonio ante Deũ prolato, nos noſtram non priuatis commodis ſed publicis operã dare, idq; ſimpliciſſimo, diligentiſſimo, atque ſynceriſſimo ſtudio, quale Deus nouit & probat; quippe ex illius præſcripto & conſilio agimus, nõ ex rationibus & præceptis atq; obſeruationibus ſapientiæ carnalis, qua multa damnantur Deo probata, & rurſus Deo improbanda probãtur: ſed nos ſolam Dei ſapientiam & voluntatẽ ſequuti egimus quidquid hactenus Apoſtoli officio functi egimus, ſimpliciter & ſyncerè erga omnes, atq; abundantius etiam erga vos; qui ſi rectè obſeruaſtis, comperietis nos veriſſima profiteri; ſiquidem id quod ſcribimus, eandem ſententiam ſignificat quam legitis; & id quod legitis, nihil diſcrepat ab officio noſtro iã vobis agnito & perſpecto, atq; ad extremum vſque perſpiciendo, ſicut hactenus iam agnitum perſpectumq; eſt: huiuſq; rei teſtimonium ſatis euidens eſt prædicatio de nobis veſtra, qui non minus noſtrum erga vos miniſterium probaſtis & probatis, atque nos miniſterij noſtri veritatem & virtutem efficacitatemq; ex veſtro exemplo probamus, apud quos quid quantumq; noſtro Apoſtolatu ſit effectũ, re ipſa oſtẽdi profitemur.*

15 Et hac confidentia.] *Et cùm hoc de me ſentirem ac de vobis mihi perſuaſiſſem, inſtitueram antea venire ad vos, quos bis inuiſendos propoſueram, vt hanc à me gratiam geminatam haberetis, erga quos abundantius agere cœpi.*

eſt in Aſia, quoniã ſupra mo-
dum grauati ſumus ſupra vir-
tutem, ita vt tęderet nos etiam
viuere. 9 Sed ipſi in nobiſmet-
ipſis reſponſum mortis ha-
buimus, vt non ſimus fiden-
tes in nobis, ſed in Deo qui
ſuſcitat mortuos, 10 qui de tan-
tis periculis nos eripuit &
eruit: in quem ſperamus, quo-
niam & adhuc eripiet, 11 adiu-
uantibus & vobis in oratione
pro nobis: vt ex multarũ per-
ſonis facierũ, eius quæ in no-
bis eſt donationis, per multos
gratiæ agantur pro "nobis'. "vobis 1 MS. G.Q.B.
12 Nam gloria noſtra hæc eſt,
teſtimonium conſcientię no- C
ſtræ, quòd in ſimplicitate &
ſynceritate Dei, & non in ſa-
pientia carnali, ſed in gratia
Dei conuerſati ſumus, in "hoc' -2 MS. G.
mundo: abundantius autẽ ad
vos. 13 Nõ enim alia ſcribimus
vobis, quàm quæ "legiſtis' & "legitis 1. MS.G.
"cognoſcitis'. Spero autem "cognouiſtis O Q B.
quòd vſque in finẽ cognoſce-
tis: 14 ſicut & cognouiſtis nos
ex parte, quòd gloria veſtra ſu-
mus, ſicut & vos noſtra in die
Dñi noſtri Ieſu Chriſti. 15 Et
hac confidẽtia volui prius ve-
nire

17 Cùm

nire ad vos, vt secundam gra-
tiam haberetis: 16 & per vos
transire in Macedoniã, & ite-
rum à Macedonia venire ad
vos, & à vobis deduci in Iu-
dæam. 17 Cùm ergo hoc vo-
luissem, nunquid leuitate vsus
D sum? Aut quæ cogito, secun-
dum carnẽ cogito, vt sit apud
me EST, & NON? 18 Fidelis au-
tem Deus, quia sermo noster
ᵃfit 10 MS. qui "fuit' apud vos non est in
illo EST, & NON. 19 Dei enim
filius Iesus Christus, qui in vo-
bis per nos prædicatus est per
me & Syluanum & Timó-
theum, non fuit EST & NON,
sed EST in illo fuit. 20 Quot-
quot enim promissiones Dei
sunt, in illo EST: ideò & per
ipsum, Amen Deo, ad gloriam
ᵃper nos Amb G.S. "nostram'. 21 Qui autem con-
ᵇvos nobiscum 1 MS. G. Q. n. firmat "nos vobiscũ' in "Chri-
ᶜChristum 2 MS. G. Q. D. sto', & qui vnxit nos, Deus:
22 qui & signauit nos, & dedit
pignus Spiritus in cordibus
nostris.

17 Cùm ergo hoc voluissem.] *Sed existimabitne quispiam me hoc temerè cogitasse, & non proposuisse voluntatem consiliumq́ Dei cogitationibus deliberationibusq́ meis? aut soleo ego tantum meo secundum carnem consilio vti, cùm cogito cumue delibero, ita vt cùm ipse aliquid proposuerim & promiserim, debeã præstare omnino & possim, neque quacunq. conditione alia interiecta possim, cùm dixi* ETIAM *dicere* NON, *vel cùm dixi* NON, *dicere* ETIAM. *imò cùm ego illud inprimis mihi proponam, Apostolatus mei munus exsequi iuxta Dei voluntatem, illam eãdem voluntatem omnibus deliberationibus, consiliis, studiisq́ meis propono; atque adeò si quid ego cupio, ad illam voluntatem refero, in qua voluntate mihi iam manifestata & declarata quidquid ipse vnquam affirmauerim vel negauerim, cõstantissimum semper fuit & mansit, sicut vos ipsi certißimis & apertißimis experimentis cognouistis. Siquidem cùm ex voluntate Dei vobis prædicatus fuerit Christus Iesus Dei Filius, eiúsque rei signum fuerit promissum credentibus & obedientibus, nostra prædicatio certißimo exitu & successu fuit cõprobata in iis qui credentes & obedientes salui facti sunt; ita vt nostrum* EST *non fuerit in illo* NON, *sed verè fuerit* EST *in ipso, à quo accepistis id quod per nos promissum vobis fuerat in illo: namq́ promissa omnia quæ Deus fecit per Christum, per eundem efficit & præstat: vt manifestè testamur nos omnes, cùm (gratulantes Deo propter promissa nobis facta & exhibita per Christũ) dicimus Amen Deo, qua voce firmitudinem & constantiam Dei in promissis per Christum præstandis declaramus.*

21 Qui autem confirmat.] *Atqui vt promissorum huiusmodi author, sic etiam confirmator Deus est, qui idem & nobis & vobis præstitit quod pollicitus fuerat; præstitit autem per Christum in quem credidimus: namq́ ipse nos vngit oleo illo exultationis & lætitiæ gratiæ suæ admirabilis, & huius doni promissorumq́ suorum sigillum in nobis imposuit; gratiæ, inquam, iustitiæq́ suæ, & Spiritus promißionis sancti, quem pignus & arrabonem in cordibus nostris dedit.*

23 *Eundem Deum veritatis à me prædicatæ confirmatorem testor, distulisse me iter quod Corinthum me facturum scripseram, eodem consilio quo scripseram me venturum: erat autem consilium vt vos corrigeretis ea quæ correcta esse cupiebam antequam ego venirem, quippe quorum fidem ego probè nossem firmam esse. & non est nobis animus imperium exercendi in fidem vestram, quam firmam stabilemq́; esse constat, sed potius curandi & studendi vt gaudium vestrum nostra ex parte adiuuemus & promoueamus, atque ita distulimus aduentum quoad id quod constitueramus effici commodius possit; videlicet quoad materiam oportunitatemq́; congaudendi & congratulandi paratam haberemus.*

IN CAP. II.

1 Statui.] *Cùm illa vobis scriberem, apud me proposueram non venire ad vos eo tempore quo intelligerem mœrore me afficiendum, & vos etiam mea præsentia grauius dolendum, nisi illa correcta essent quæ ego cupiebam, corrigiq́; oportuerat: nam si ego vos mœrore afficerem, vnde possem lætitiam capere, cùm vestra lætitia meam efficiat; vestra verò tristitia mihi grauissima & magnæ tristitiæ causa sit?*

3 Quia meum gaudium.] *Hoc mihi de vobis persuasum habeo, vos maximè cupere gaudium meum, atque pro vestro omnium communi publico, priuato ac singulari vniuscuiusque ducere.*

5 Non me contristauit.] *Adeò commune vobis existimo esse gaudium, decus, studiumq́; meum, vt si quispiam mœrore me affecerit vel dolore, non me solùm affecerit, sed vos omnes in partem mœroris ac doloris impulerit, ne quid grauius etiam nunc quàm mœrorem aut dolorem nominem: id quod obiurgatio à pluribus ex vobis facta manifestè docet, quam pro alia grauiori censura satis esse nunc volo, vtpote non inutilem & incommodam euentu ipso comprobatam.*

nostris. [23] Ego autem testem
Deum inuoco in animã meã,
quòd parcens vobis, non veni
vltrà Corinthum, [24] non, quia
dominamur fidei vestræ: sed
adiutores sumus gaudij vestri:
nam fide statis.

CAP. II.

STatui [1] autem hoc ipsum A
apud me ne iterum in tristitia
venirem ad vos. [2] Si enim
ego contristo vos: & quis est
qui me lætificet, nisi qui contristatur
ex me? [3] Et hoc ipsum
scripsi vobis, vt non cùm venero,
tristitiã super tristitiam
habeã, de quibus oportuerat
me gaudere: confidens in omnibus
vobis, quia meum gaudium,
omnium vestrum est.
[4] Nam ex multa tribulatione
& angustia cordis scripsi vobis
per multas lachrymas: non
vt contristemini: sed vt sciatis,
[a] quam charitatem [b] habeam [a] charitatem quam habeo Amb. G s. [b] habeo 3 MS.
abundãtiùs in vobis. [5] Si quis
autem contristauit, non me B
cõtristauit, sed ex parte, vt nõ
onerem omnes vos. [6] Sufficit
illi qui eiusmodi est, obiurgatio
hæc quæ fit à pluribus: [7] ita
vt ecõtrario magis donetis, &

 con-

consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui
eiusmodi est. 8 Propter quod obsecro vos vt cõfirmetis in illũ
charitatem. 9 Ideò enim & scripsi, vt cognoscam experimen-
C tum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. 10 Cui autẽ ali-
quid "donastis': & ego. Nam & ego quod donaui, siquid do-
naui, propter vos in persona
Christi, 11 vt nõ circumuenia-
mur à satana. non enim igno-
ramus cogitationes eius. 12 Cũ
venissem autem Troadẽ pro-
pter Euangelium Christi, &
ostium mihi apertum esset in
Domino, 13 non habui requiẽ
spiritui meo, eo quòd non in-
uenerim Titum fratrẽ meum,
sed valefaciens eis, profectus
D sum in Macedoniam. 14 Deo
autem gratias, qui semper tri-
umphat nos in Christo Iesu,
& odorem notitiæ suæ mani-
festat per nos in omni loco.
15 quia Christi bonus odor su-
mus Deo in iis qui salui fiunt,
& in iis qui pereunt. 16 aliis
quidem odor mortis in mor-
tem: aliis autem odor vitæ in
vitam. Et adhęc quis tam ido-
neus? 17 Non enim sumus si-
cut plurimi, adulterantes ver-
bum Dei, sed ex synceritate,
sed sicut ex Deo, coram Deo,
in Christo loquimur.

"donatis 3 MS.G.S.

11 Vt non circumueniamur.] *Ne Satanas hunc grauißimo mærore affectum ad desperationem adactum nobis surripiat, atque hoc pacto nos defraudet; namque astutias & versutias illius inimici nouimus, qui tanquam leo rugit, quærens quem deuoret.*

12 Ostium mihi apertum esset.] *Cùm Dominus mihi aperuisset ostiũ ad inducendum Euangelium illis volentibus audire, non potui quieto animo esse; interim dũ certior factus nõ essem de huius rei exitu apud vos, quẽ me cognitorũ sperabã ex Tito apud Troadẽ inueniendo.*

14. 15. 16 Qui semper triumphat nos.] *Gratulor igitur Deo efficacißimo qui per Christũ semper promoueri facit efficacitatẽ Euãgelij à nobis prædicati, semper enim aliquid in hoc negotio adiicimus in notitiã virtutis & efficiẽtiæ Christi; ita vt oleamus perpetuò illã virtutem Euangelij sanãtis eos qui credere & obedire voluerint, & eos qui perire maluerint nõ credentes nec obediẽtes, tanquã incurabiles vltro morituros sinentis & abiicientis. & hæc quis ingenio, viribus, facultatibus, vel artibus vel studiis adscribat suis, aut sibi arroget, vt cùm velit, poßit pro arbitrio suo vti aut abuti.*

17 Non enim sumus.] *Cur hæc verbi à nobis prædicati efficacitatis exẽpla viua edantur, in causa est simplicitas & synceritas, qua prædicatur à nobis verbum; nulla, inquam, ratione habita nostri vel alicuius præterquam Dei & Christi, cuius verbum syncerum syncerè loquimur, iisdem illis rationibus quibus verbum vt prædicaretur traditum & institutum est; non enim quosdam imitamur qui veluti caupones verbum Dei miscent ac diluunt pro suo ipsorum consilio, commodo, & studio.*

CAP. III.

INcipimus' iterum nosmet- A
ipsos cõmendare? aut nun-
quid egemus (sicut quidam)
commendatitiis epistolis ad
vos, aut ex vobis? [2] Epistola
nostra vos estis, scripta in cor-
dibus nostris, quæ scitur & le-
gitur ab omnibus homini-
bus: [3] manifestati quòd epi-
stola estis Christi, ministrata
à nobis, & scripta nõ atramẽ-
to, sed Spiritu Dei viui: non in
tabulis lapideis, sed in tabulis
cordis carnalibus. [4] Fiduciam
autẽ talem habemus per Chri-
stum

IN CAP. III.

1 Incipimus.] *Quod diximus de efficacitate Euangelij nostro ministerio cognita & probata apud vos, non eo consilio scripsimus vt commendemur denuò apud vos, aut nostra authoritas rursus cõfirmetur: neq; enim nostra commendatione egemus apud eos quibus & charos & commendatos nos esse scimus virtute Christi Iesu, qua nostrum ministerium vobis probatissimum est: ita vt neque apud vos alienis, neque apud alios vestris commendatitiis egeamus epistolis.*

2 Epistola nostra vos.] *Primùm enim vos nobis charißimos & cõmendatißimos esse profitemur, atque in corde inscriptos nostro, ita vt commendatione nulla egeatis apud nos, quibus intimi adeò estis, vt omnes paßim intelligãt & cognoscant, quo in loco vos apud nos sitis, quos ex abundantia cordis eloquentes perpetuò nominamus atque Deo commendamus: & hæc epistola vt aliis sic & vobis cognita est & lecta, ideoq; non indigemus apud vos epistola aliena qua vobis commendemur, & laudetur studium nostrũ erga vos, quod tum aliis tum vobis est perspectißimum. Quod verò ad alios attinet, quos vos certiores facere poteratis studij & officij erga vos nostri, non indigemus epistola vestra qua probemur aliis, cùm iam Christus vos ipsos constituerit publicam epistolam, qua omnibus innotescat quid nostro ministerio vobis contigerit; siquidem Spiritu Dei viuentis in cordibus vestris legem inscripsit Christus ipse nobis ministris: legem viuam, inquam, in tabulis viuis inscripsit, non mortuam aliquam scripturam, qualis atramento fieri solet; nõ inefficacem, qualis in tabulis lapideis lex illa vetus inscripta est.*

4 Fiduciam.] *Atq; hanc authoritatis, voluntatis, & operæ ministrationisq; nostræ persuasionẽ & fiduciã, non solùm apud homines ego mihi induxi, sed apud Deum habeo, non ex me virtuteq; mea profectam, sed ex Christi virtute, per quem & ministerium & ministerij efficientia nobis constat: nõ quòd partem aliquam huiusmodi vel authoritatis vel efficacitatis nobis, virtuti, ingenio, consiliis, studiis aut artibus, & facultatibus nostris vel cogitando arrogemus; quando neque huiusmodi rerum magnitudinem cogitare, nedum præstare ipsi possemus ex nobis tanquam ex nobis, imò omnem sufficientiã, omnẽ virtutem tam cogitandi quàm agẽdi efficiendiq; huiusmodi Deo acceptã referimus, à quo idonei & sufficientes ministri effecti sumus noui huius fœderis, quo homines Deo addicuntur vt verus & gratus populus; Deus verò vt Pater, Dominus, & Rex hominibus conciliatur: idq; fit non scriptura aliqua simili illi, quæ cùm homines argueret, & non mutaret aut perficeret, occidebat magis quàm gratos redderet; sed Spiritu sancto viuificante corda eorum quos imbuit & afficit Deóque obsequentes filiósque adeò gratos efficiente. Hæc ministerij nostri summa est, cuius authoritate & experientia ipsa commendamur, non egentes commendatitiis externis literis.*

7 Quòd

ſtum ad Deum: 5 nõ quòd ſuf-
ficiẽtes ſimus cogitare aliquid
à nobis quaſi ex nobis: ſed ſuf-
ficiẽtia noſtra ex Deo eſt. 6 qui
B & idoneos nos fecit miniſtros
noui Teſtamenti: non "litera,
ſed Spiritu'. litera enim occi-
dit: Spiritus autem viuificat.
7 Quòd ſi miniſtratio mortis,
literis deformata in lapidibus,
fuit in gloria, ita vt non poſ-
ſent intendere filij Iſraël in fa-
ciem Moyſi, propter gloriam
vultus eius, quæ euacuatur:
8 quomodo non magis mini-
ſtratio Spiritus erit in gloria?
9 Nam ſi miniſtratio damna-
tionis, "in' gloria eſt: multò
magis abundat miniſterium
iuſtitiæ in gloria. 10 Nam nec
glorificatum eſt, quod claruit
C in hac parte, propter excellen-
tem gloriam. 11 Si enim quod
euacuatur, per gloriã eſt: mul-
tò magis quod manet, in glo-
ria eſt. 12 Habẽtes igitur talem
ſpem, multa fiducia "vtimur:
13 &

a literæ, ſed Spiritus MS. G.

b in MS. Amb. G. S.

c vtamur 1 MS. Amb.

7 Quòd ſi miniſtratio.] *Quòd ſi is qui miniſter & interpres fuit legis in lapidibus deſcripta, qua animi hominum argui & damnati non viuificabantur, ſed moriebãtur, vtpote quibus ex illa lege timor, & ſeruitutis Spiritus accedebat & augebatur; ille, inquam, miniſter tantùm honoris apud ſuos, quibus legem miniſtrabat, obtinuit, vt filij Iſraël non poſſent faciẽ Moſis intueri propter dignitatis illius amplitudinem; dignitatis, inquam, aliquando abolẽdæ, id eſt, nunc iam abolitæ: cur non erit excellentior etiam gloria & commendatio atque dignitas eorum qui Euangelij interpretes fideliſſimi cùm ſint, Spiritum ſanctum ſuo miniſterio hominibus afferunt, qui in iis in quos illabitur vitã efficit? Si ille amplus, dignus, atque ſuſpiciendus erat qui legem miniſtrauit damnationis hominum indicem: quanto magis digni ſunt qui ſuſpiciantur ij qui Euangelium miniſtrant, cuius virtute & efficientia credentes & obtemperantes iuſti fiunt?*

10 Nam nec.] *Et profectò illud quod ſplendeſcere clareſcereq; viſum eſt in illa parte miniſterij ſcripta legis, ita vt glorioſum & ſuſpiciendum fuerit, ſi cum huius noui miniſterij excellentia cõparetur, obſcurum & inglorium dici poſſit, tãtum eſt inter vtrumq; miniſterium dignitatis diſcrimen, tum efficiẽtia, tum etiam durationis & conſtantia: namque illud abolitum eſt, & tamen miniſtrum ſuum clarũ, glorioſum, ſuſpiciendumq; reddidit: quanto igitur magis ſuſpiciendos commendabilesq; efficiet miniſtros ſuos hoc quod æternum durabit?*

12 Habentes igitur.] *Quapropter cùm hæc nobis firmiſſima conſtet ſpes, fore vt vitæ participes ſint ij qui noſtro Euangelio crediderint & obedierint; nos non indigemus commendatitiis literis, ſed magna fiducia authoritatis noſtræ rationem perſequimur, & loquimur & ſcribimus ea quæ ex eorum apud quos agimus vtilitate eſſe cognouimus. idq; eo liberiùs agimus, quòd noſter hic ſplendor non incutere ſoleat terrorem & turbationem oculis animisq; eorum apud quos agimus, neque etiam obſcuritatem offundat, ſicut in Moſis miniſterio obſeruatum eſt, qui ponebat velamen ſuper faciem ſuam, eo quòd filij Iſraël non poſſent intueri finem & perfectionem illius miniſterij quod ab ipſo exercebatur, quod iam tandem aboletur.*

 14 Sed

13 & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciē ſuam, Exod. 34, 33.
vt non intenderent filij Iſraël
in faciē eius quod euacuatur,
14 ſed obtuſi ſunt ſenſus eorū.
Vſq. in hodiernū enim diem, D
idipſum velamen in lectione
veteris Teſtamēti manet non
reuelatum (quoniā in Chri- *quod 6 mſ. R. C. S.
ſto euacuatur) 15 ſed vſque in
hodiernum diem, cùm legitur
Moyſes, velamen poſitum eſt
ſuper cor eorum. 16 Cùm autem conuerſus fuerit ad Dominum: auferetur velamen.
17 Dominus autē Spiritus eſt. Rom. 4, 24.
Vbi autem Spiritus Domini:
ibi libertas. 18 Nos verò omnes, reuelata facie gloriā Domini ſpeculantes, in eandem
imaginem transformamur à
claritate in claritatem, tanquā
à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

1 IDeò habentes hanc miniſtrationem: iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, A
non deficimus, 2 ſed abdicamus

14 Sed obtuſi ſunt.] *Verùm quòd ille finis, illeq; ſcopus miniſterij Moſaici, quod iam hoc tempore abolitum eſt, nō conſpiciatur à Iudæis, ex eo fit, quòd illorum cogitationes in veteri illa ſua neſcio quali ſapientia vmbra obduruerunt, atque hebeti quodam ſenſu obducuntur; idq; hoc ipſum velamen eſt, quod adhuc ipſis ob ſenſum manet: à facie enim Moſis ad ipſorum cor eſt ita tranſlatum, vt cùm lex legitur ab illis, cuius legis finis & cōſummatio Chriſtus eſt, finis hic ab ipſis nō cognoſcatur, neq; intelligatur hoc ſtatuto fine veteris legis miniſteriū aboleri.*

16 Cùm autem conuerſus.] *Cùm quiſpiā verò ex Iſraëlitis oculos animumq; ab illa nuda legis obſeruatione ad Dominum per fidem conuerterit, & Euangelio credens obedierit, tunc velamen illud vndique ab ipſo auferetur, ita vt planè propeq; intueatur finē ipſum clariſſimū Chriſtum; finem, inquam, legis, quam claram antea ſplendentemq; exiſtimabat, per velamen tamen intuebatur, non penitus cognoſcebat, donec finis ille extitit, cuius claritate omnia illa velata olim intueri licet.*

17 Dominus autem.] *Atq; hic Dominus qui cōuerſis ad ſe velamen aufert, ſpiritus eſt, qui homines quos inhabitat, ſpirituales efficit, & à litera redargutione ac damnatione ad iuſtitiæ vſum trāsfert, à timore in libertatem aſſerit: namq; vbi Spiritus Domini eſt, ibi nō eſt confuſio, non metus ille ſeruitutis antiquæ, ſed libertas filiorū Dei ex volūtate & amore agentium.*

18 Nos verò omnes.] *Nos verò omnes quicunq; Euangelij Chriſti Apoſtoli miniſtriq; ſumus certiſſimi citra perturbationē, citra timorē, citra vllum deniq; velamen Chriſti gloriam ſplendidiſſimam tanquam ſpeculum intuemur, atq; ad eandem Chriſti imaginem transformamur à gloria filiorum Dei ad gloriam miniſterij huius filiationis. vtramq; verò gloriam Spiritus Domini in nobis efficit.*

IN CAP. IIII. 1 Ideò habentes.] *Cùm itaque ex Dei miſericordia ſortiti fuerimus miniſterium hoc quod amplexi ſuſcepimus; quidquid nobis accidat, minimè deficimus tædióue afficimur, nihilq; ſubire recuſamus, præterquam dedecus omne vel apertum vel occultum & diſſimulatum: quidquid enim vllo modo miniſterij ſimplicitatem dedecet, id maximè auerſamur,*

auersamur, in quo genere astutia, dolus, simulatioq; sunt, & fraudes adulteratioq; verbi Dei. hæc omnia execrati abdicamus à nobis professione simplicitatis & veritatis, quā apertè denuntiamus omnibus hominum conscientiis coram Deo, tam proborum quàm improborum, ita vt veritas à nobis prædicata, & probos afficiat & consoletur, & improbos pungat, & nemo possit testari aut arguere quicquam in nobis vel simulationis, vel fictionis, vel astutiæ. ex quo fit vt ministerij nostri actiones magna cum simplicitate apertè professi exponamus, quæ omnes eò tendunt, vt Euangelij veritas patefiat, atque ita omnibus aperta facie exponatur.

mus occulta dedecoris, non
ambulantes in astutia, neque
adulterantes verbum Dei, sed
in manifestatione veritatis cō-
mendantes nosmetipsos ad
omnem conscientiam homi-
num coram Deo. 3 Quòd si
etiam opertum est Euangeliū
nostrum: in iis qui pereunt est
opertum, 4 in quibus Deus
huius seculi excæcauit men-
tes infidelium, vt non fulgeat
*eis 2 MS. R. Amb. G. S. — *illuminatio Euangelij gloriæ
Christi, qui est imago Dei.
B 5 Non enim nosmetipsos præ-
dicamus, sed Iesum Christum
–2 MS. G. — Dominum ˉnostrum': nos au-
tem, seruos vestros per Iesum,
6 quoniam Deus qui dixit de
tenebris lucem splendescere,
–11 MS. Amb. — ˉ\\ipse' illuxit in cordibus no-
*qui 3 MS. G. *ipse qui S. — stris ad illuminationem scien-
tię claritatis Dei, in facie Chri-
sti Iesu. 7 Habemus autem the-
saurum istum in vasis fictili-
*virtutis sit. G. S. — bus: vt sublimitas \\sit virtutis'
Dei, & non ex nobis. 8 In om-
nibus

3 Quòd si etiam opertum.] *Quòd si quibusdam adhuc velamen interpositum est quo Euangelij nostri virtus illa salutaris operitur & non agnoscitur, id tantùm iis accidit qui non credunt Euangelio, atque ideò pereunt; iis, inquam, quorum mentes Deus huius seculi, quod finis omnium seculorum est, author & moderator atq; gubernator excæcauit, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierēt; excæcauit, inquam, ita vt illis non splendeat illuminatio Euangelij virtutis & efficacitatis quam Christi gloria consequitur, qui est imago Dei, atq; talis esse ex Euangelij luce cognoscitur: in quo Euangelio ministrando cùm aliquid de nobis dicimus non prædicamus nosmetipsos, sed vnctum esse Iesum eundemq; Dominum cui data sit omnis potestas in cælo & in terra: nos autem prædicamus seruos vestros propter Iesum, cuius virtutem & efficientiam vobis probare cupimus ex Dei voluntate.*

6 Quoniam Deus.] *Est autem prædicationis nostræ illa summa, quòd Deus, qui initio mundi iubens dixit vt è tenebris lux splēdesceret, & ita vt ille dixit factum est, idem ipse illuxit in cordibus nostris, vt hac illuminatione cognosceremus Dei gloriam lucentem & manifestatam in facie Iesu Christi à se missi in nuntium, pontificem, authorem & legislatorem noui Testamenti. Hanc autem gloriam cordibus nostris cognouimus, Deo illustrante nos interius; ita vt nos veritatis huius testes simus certissimi & ministri fidelissimi.*

7 Habemus autem.] *Sed quòd hunc tantum thesaurum cognitionis gloriæ Christi in hoc corpore laboribus, ærumnis atque vexationibus exposito, atque adeò infirmo habeamus; id etiam ex Dei prouidentia factum est, qui hac ratione*

gulare donum hoc fuit vt liberaremur, & adhuc speramus nos ex huiusmodi aliis periculis propter Euangelium subeundis liberatum iri, accidente ad illius voluntatem & beneficium vestræ precationis auxilio; qui nos non nobis tantùm, sed & vobis donari existimantes gratiam hanc vobis quoque (quorum salutem studiosè curamus) fieri postuletis; itaq; Deus multis personis vnico communiq; beneficio collato, publicè etiam à multis beneficij illius participibus collaudetur.

12 Nam gloria nostra.] *Quippe omnino hoc prædicare de nobis possumus, cõscientia nostra testimonio ante Deũ prolato, nos nostram non priuatis commodis sed publicis operã dare, idq; simplicissimo, diligentissimo, atque syncerissimo studio, quale Deus nouit & probat; quippe ex illius præscripto & consilio agimus, nõ ex rationibus & praeceptis atq; obseruationibus sapientiæ carnalis, qua multa damnantur Deo probata, & rursus Deo improbanda probãtur: sed nos solam Dei sapientiam & voluntatẽ sequuti egimus quidquid hactenus Apostoli officio functi egimus, simpliciter & syncerè erga omnes, atq; abundantius etiam erga vos; qui si rectè obseruastis, comperietis nos verissima profiteri; siquidem id quod scribimus, eandem sententiam significat quam legitis; & id quod legitis, nihil discrepat ab officio nostro iã vobis agnito & perspecto, atq; ad extremum vsque perspiciendo, sicut hactenus iam agnitum perspectumq; est: huiusq; rei testimonium satis euidens est prædicatio de nobis vestra, qui non minus nostrum erga vos ministerium probastis & probatis, atque nos ministerij nostri veritatem & virtutem efficacitatemq; ex vestro exemplo probamus, apud quos quid quantumq; nostro Apostolatu sit effectũ, re ipsa ostẽdi profitemur.*

15 Et hac confidentia.] *Et cùm hoc de me sentirem ac de vobis mihi persuasissem, instituerам antea venire ad vos, quos bis inuisendos proposueram, vt hanc à me gratiam geminatam haberetis, erga quos abundantius agere cœpi.*

est in Asia, quoniã supra mo-
dum grauati sumus supra vir-
tutem, ita vt tęderet nos etiam
viuere. 9 Sed ipsi in nobismet-
ipsis responsum mortis ha-
buimus, vt non simus fiden-
tes in nobis, sed in Deo qui
suscitat mortuos, 10 qui de tan-
tis periculis nos eripuit &
eruit: in quem speramus, quo-
niam & adhuc eripiet, 11 adiu-
uantibus & vobis in oratione
pro nobis: vt ex multarũ per-
sonis facierũ, eius quæ in no-
bis est donationis, per multos
gratiæ agantur pro "nobis'. "vobis 1 MS. C.Q.n.
12 Nam gloria nostra hæc est,
testimonium conscientię no- C
stræ, quòd in simplicitate &
synceritate Dei, & non in sa-
pientia carnali, sed in gratia
Dei conuersati sumus, in "hoc' -2 MS. 6.
mundo: abundantius autẽ ad
vos. 13 Nõ enim alia scribimus
vobis, quàm quæ "legistis' & "legitis 1. MS.C.
"cognoscitis'. Spero autem "cognouistis O Q n.
quòd vsque in finẽ cognosce-
tis: 14 sicut & cognouistis nos
ex parte, quòd gloria vestra su-
mus, sicut & vos nostra in die
Dñi nostri Iesu Christi. 15 Et
hac confidẽtia volui prius ve-
nire

nire ad vos, vt secundam gra-
tiam haberetis: [16] & per vos
transire in Macedoniã, & ite-
rum à Macedonia venire ad
vos, & à vobis deduci in Iu-
dæam. [17] Cùm ergo hoc vo-
luissem, nunquid leuitate vsus
D sum? Aut quæ cogito, secun-
dum carnẽ cogito, vt sit apud
me EST, & NON? [18] Fidelis au-
tem Deus, quia sermo noster
qui "fuit' apud vos non est in
illo EST, & NON. [19] Dei enim
filius Iesus Christus, qui in vo-
bis per nos prædicatus est per
me & Syluanum & Timó-
theum, non fuit EST & NON,
sed EST in illo fuit. [20] Quot-
quot enim promissiones Dei
sunt, in illo EST: ideò & per
ipsum, Amen Deo, ad gloriam
"nostram'. [21] Qui autem con-
firmat "nos vobiscũ' in "Chri-
sto', & qui vnxit nos, Deus:
[22] qui & signauit nos, & dedit
pignus Spiritus in cordibus
nostris.

ᵃfit 10 MS.

ᵃper nos Amb. G. S.
ᵃvos nobiscum 1 MS. G. Q. n.
ᵃChristum 1 MS. G. Q. n.

17 Cùm ergo hoc voluissem.] *Sed existimabitne quispiam me hoc temerè cogitasse, & non praposuisse voluntatem consiliumq; Dei cogitationibus deliberationibusq; meis? aut solo ego tantum meo secundum carnem consilio vti, cùm cogito cumue delibero, ita vt cùm ipse aliquid proposuerim & promiserim, debeã præstare omnino & possim, neque quacunq. conditione alia interiecta possim, cùm dixi* ETIAM *dicere* NON, *vel cum dixi* NON, *dicere* ETIAM. *imò cùm ego illud inprimis mihi proponam, Apostolatus mei munus exsequi iuxta Dei voluntatem, illam eãdem voluntatem omnibus deliberationibus, consiliis, studiisq; meis propono; atque adeò si quid ego cupio, ad illam voluntatem refero, in qua voluntate mihi iam manifestata & declarata quidquid ipse vnquam affirmauerim vel negauerim, cõstantissimum semper fuit & mansit, sicut vos ipsi certissimis & apertissimis experimentis cognouistis. Siquidem cùm ex voluntate Dei vobis prædicatus fuerit Christus Iesus Dei Filius, eiúsque rei signum fuerit promissum credentibus & obedientibus, nostra prædicatio certissimo exitu & successu fuit cõprobata in iis qui credentes & obedientes salui facti sunt; ita vt nostrum* EST *non fuerit in illo* NON, *sed verè fuerit* EST *in ipso, à quo accepistis id quod per nos promissum vobis fuerat in illo: namq; promissa omnia quæ Deus fecit per Christum, per eundem efficit & præstat: vt manifestè testamur nos omnes, cùm (gratulantes Deo propter promissa nobis facta & exhibita per Christũ) dicimus Amen Deo, qua voce firmitudinem & constantiam Dei in promissis per Christum præstandis declaramus.*

21 Qui autem confirmat.] *Atqui vt promissorum huiusmodi author, sic etiam confirmator Deus est, qui idem & nobis & vobis præstitit quod pollicitus fuerat; præstitit autem per Christum in quem credidimus: namq; ipse nos vngit oleo illo exultationis & lætitiæ gratia sua admirabilis, & huius doni promissorumq; suorum sigillum in nobis imposuit; gratiæ, inquam, iustitiæq; suæ, & Spiritus promissionis sancti, quem pignus & arrabonem in cordibus nostris dedit.*

23 *Eundem Deum veritatis à me prædicatæ confirmatorem testor, distulisse me iter quod Corinthum me facturum scripseram, eodem consilio quo scripseram me venturum: erat autem consilium vt vos corrigeretis ea quæ correcta esse cupiebam antequam ego venirem, quippe quorum fidem ego probè nossem firmam esse. & non est nobis animus imperium exercendi in fidem vestram, quam firmam stabilemq́ue esse constat, sed potius curandi & studendi vt gaudium vestrum nostra ex parte adiuuemus & promoueamus, atque ita distulimus aduentum quoad id quod constitueramus effici commodius possit; videlicet quoad materiam oportunitatemq́ue congaudendi & congratulandi paratam haberemus.*

IN CAP. II.

1 Statui.] *Cùm illa vobis scriberem, apud me proposueram non venire ad vos eo tempore quo intelligerem mærore me afficiendum, & vos etiam mea præsentia grauius dolendum, nisi illa correcta essent quæ ego cupiebam, corrigiq́ue oportuerat: nam si ego vos mærore afficerem, vnde possem lætitiam capere, cùm vestra lætitia meam efficiat; vestra verò tristitia mihi grauissima & magnæ tristitiæ causa sit?*

3 Quia meum gaudium.] *Hoc mihi de vobis persuasum habeo, vos maximè cupere gaudium meum, atque pro vestro omnium communi publico, priuato ac singulari vniuscuiusque ducere.*

5 Non me contristauit.] *Adeò commune vobis existimo esse gaudium, decus, studiumq́ue meum, vt si quispiam mærore me affecerit vel dolore, non me solùm affecerit, sed vos omnes in partem mæroris ac doloris impulerit, ne quid grauius etiam nunc quàm mærorem aut dolorem nominem: id quod obiurgatio à pluribus ex vobis facta manifestè docet, quam pro alia grauiori censura satis esse nunc volo, vtpote non inutilem & incommodam euentu ipso comprobatam.*

nostris. 23 Ego autem testem
Deum inuoco in animã meã,
quòd parcens vobis, non veni
vltrà Corinthum, 24 non, quia
dominamur fidei vestræ: sed
adiutores sumus gaudij vestri:
nam fide statis.

CAP. II.

Statui 1 autem hoc ipsum A
apud me ne iterum in tristitia
venirem ad vos. 2 Si enim
ego contristo vos: & quis est
qui me lætificet, nisi qui contristatur
ex me? 3 Et hoc ipsum
scripsi vobis, vt non cùm venero,
tristitiã super tristitiam
habeã, de quibus oportuerat
me gaudere: confidens in omnibus
vobis, quia meum gaudium,
omnium vestrum est.
4 Nam ex multa tribulatione
& angustia cordis scripsi vobis
per multas lachrymas: non
vt contristemini: sed vt sciatis,
"quam charitatem "habeam
abundátiùs in vobis. 5 Si quis
autem contristauit, non me B
cõtristauit, sed ex parte, vt nõ
onerem omnes vos. 6 Sufficit
illi qui eiusmodi est, obiurgatio
hæc quæ fit à pluribus: 7 ita
vt ecõtrario magis donetis, &

" charitatem quam habeo *Amb* G s.
" habeo 3 MS.

consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui
eiusmodi est. [8]Propter quod obsecro vos vt cōfirmetis in illū
charitatem. [9]Ideò enim & scripsi, vt cognoscam experimen-
C tum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. [10]Cui autē ali-
donatis 3 MS.G.I. quid "donastis: & ego. Nam & ego quod donaui, siquid do-
naui, propter vos in persona
Christi, [11]vt nō circumuenia-
mur à satana. non enim igno-
ramus cogitationes eius. [12]Cū
venissem autem Troadē pro-
pter Euangelium Christi, &
ostium mihi apertum esset in
Domino, [13]non habui requiē
spiritui meo, eo quòd non in-
uenerim Titum fratrē meum,
sed valefaciens eis, profectus
D sum in Macedoniam. [14]Deo
autem gratias, qui semper tri-
umphat nos in Christo Iesu,
& odorem notitiæ suæ mani-
festat per nos in omni loco.
[15]quia Christi bonus odor su-
mus Deo in iis qui salui fiunt,
& in iis qui pereunt. [16]aliis
quidem odor mortis in mor-
tem: aliis autem odor vitæ in
vitam. Et adhęc quis tam ido-
neus? [17]Non enim sumus si-
cut plurimi, adulterantes ver-
bum Dei, sed ex synceritate,
sed sicut ex Deo, coram Deo,
in Christo loquimur.

11 Vt non circumueniamur.] *Ne Satanas hunc grauissimo mœrore affectum ad desperationem adactum nobis surripiat, atque hoc pacto nos defraudet; namque astutias & versutias illius inimici nouimus; qui tanquam leo rugit, quærens quem deuoret.*

12 Ostium mihi apertum esset.] *Cùm Dominus mihi aperuisset ostiū ad inducendum Euangelium illis volentibus audire, non potui quieto animo esse; interim dū certior factus nō essem de huius rei exitu apud vos, quē me cogniturū sperabā ex Tito apud Troadē inueniendo.*

14.15.16 Qui semper triumphat nos.] *Gratulor igitur Deo efficacissimo qui per Christū semper promoueri facit efficacitatē Euāgelij à nobis prædicati, semper enim aliquid in hoc negotio adiicimus in notitiā virtutis & efficiētiæ Christi; ita vt oleamus perpetuò illā virtutem Euangelij sanātis eos qui credere & obedire voluerint, & eos qui perire maluerint nō credentes nec obediētes, tanquā incurabiles vltro morituros sinentis & abiicientis. & hæc quis ingenio, viribus, facultatibus, vel artibus vel studiis adscribat suis, aut sibi arroget, vt cùm velit, possit pro arbitrio suo vti aut abuti.*

17 Non enim sumus.] *Cur hæc verbi à nobis prædicati efficacitatis exēpla viua edantur, in causa est simplicitas & synceritas, qua prædicatur à nobis verbum; nulla, inquam, ratione habita nostri vel alicuius præterquam Dei & Christi, cuius verbum syncerum syncerè loquimur, iisdem illis rationibus quibus verbum vt prædicaretur traditum & institutum est; non enim quosdam imitamur qui veluti caupones verbum Dei miscent ac diluunt pro suo ipsorum consilio, commodo, & studio.*

CAP. III.

INcipimus [1] iterum nosmet- A
ipsos cõmendare? aut nun-
quid egemus (sicut quidam)
commendatitiis epistolis ad
vos, aut ex vobis? 2 Epistola
nostra vos estis, scripta in cor-
dibus nostris, quæ scitur & le-
gitur ab omnibus homini-
bus: 3 manifestati quòd epi-
stola estis Christi, ministrata
à nobis, & scripta nõ atramẽ-
to, sed Spiritu Dei viui: non in
tabulis lapideis, sed in tabulis
cordis carnalibus. 4 Fiduciam
autẽ talem habemus per Chri-
stum

IN CAP. III.

1 Incipimus.] *Quod diximus de efficacitate Euangelij nostro ministerio cognita & probata apud vos, non eo consilio scripsimus vt commendemur denuò apud vos, aut nostra authoritas rursus cõfirmetur: neq; enim nostra commendatione egemus apud eos quibus & charos & commendatos nos esse scimus virtute Christi Iesu, qua nostrum ministerium vobis probatissimum est: ita vt neque apud vos alienis, neque apud alios vestris commendatitiis egeamus epistolis.*

2 Epistola nostra vos.] *Primùm enim vos nobis charissimos & cõmendatissimos esse profitemur, atque in corde inscriptos nostro, ita vt commendatione nulla egeatis apud nos, quibus intimi adeò estis, vt omnes passim intelligãt & cognoscant, quo in loco vos apud nos sitis, quos ex abundantia cordis eloquentes perpetuò nominamus atque Deo commendamus: & hæc epistola vt aliis sic & vobis cognita est & lecta, ideoq; non indigemus apud vos epistola aliena qua vobis commendemur, & laudetur studium nostrũ erga vos, quod tum aliis tum vobis est perspectissimum. Quod verò ad alios attinet, quos vos certiores facere poteratis studij & officij erga vos nostri, non indigemus epistola vestra qua probemur aliis, cùm iam Christus vos ipsos constituerit publicam epistolam, qua omnibus innotescat quid nostro ministerio vobis contigerit; siquidem Spiritu Dei viuentis in cordibus vestris legem inscripsit Christus ipse nobis ministris: legem viuam, inquam, in tabulis viuis inscripsit, non mortuam aliquam scripturam, qualis atramento fieri solet; nõ inefficacem, qualis in tabulis lapideis lex illa vetus inscripta est.*

4 Fiduciam.] *Atq; hanc authoritatis, voluntatis, & operæ ministrationisq; nostræ persuasionẽ & fiduciã, non solùm apud homines ego mihi induxi, sed apud Deum habeo, non ex me virtuteq; mea profectam, sed ex Christi virtute, per quem & ministerium & ministerij efficientia nobis constat: nõ quòd partem aliquam huiusmodi vel authoritatis vel efficacitatis nobis, virtuti, ingenio, consiliis, studiis aut artibus, & facultatibus nostris vel cogitando arrogemus; quando neque huiusmodi rerum magnitudinem cogitare, nedum præstare ipsi possemus ex nobis tanquam ex nobis, imò omnem sufficientiã, omnẽ virtutem tam cogitandi quàm agẽdi efficiendiq; huiusmodi Deo acceptã referimus, à quo idonei & sufficientes ministri effecti sumus noui huius fœderis, quo homines Deo addicuntur vt verus & gratus populus; Deus verò vt Pater, Dominus, & Rex hominibus conciliatur: idq; fit non scriptura aliqua simili illi, quæ cùm homines argueret, & non mutaret aut perficeret, occidebat magis quàm gratos redderet; sed Spiritu sancto viuificante corda eorum quos imbuit & afficit Deóque obsequentes filiósque adeò gratos efficiente. Hæc ministerij nostri summa est, cuius authoritate & experientia ipsa commendamur, non egentes commendatitiis externis literis.*

7 Quòd

ſtum ad Deum: 5 nō quòd ſuf-
ficiētes ſimus cogitare aliquid
à nobis quaſi ex nobis: ſed ſuf-
ficiētia noſtra ex Deo eſt. 6 qui
B & idoneos nos fecit miniſtros
noui Teſtamenti: non "litera, (litera, ſed Spiritus MS. G.)
ſed Spiritu'. litera enim occi-
dit: Spiritus autem viuificat.
7 Quòd ſi miniſtratio mortis,
literis deformata in lapidibus,
fuit in gloria, ita vt non poſ-
ſent intendere filij Iſraël in fa-
ciem Moyſi, propter gloriam
vultus eius, quæ euacuatur:
8 quomodo non magis mini-
ſtratio Spiritus erit in gloria?
9 Nam ſi miniſtratio damna-
tionis, "in' gloria eſt: multò (a MS. Amb. G. S.)
magis abundat miniſterium
iuſtitiæ in gloria. 10 Nam nec
glorificatum eſt, quod claruit
C in hac parte, propter excellen-
tem gloriam. 11 Si enim quod
euacuatur, per gloriã eſt: mul-
tò magis quod manet, in glo-
ria eſt. 12 Habētes igitur talem
ſpem, multa fiducia "vtimur': (vtamur 1 MS. Amb.)
13 &

7 Quòd ſi miniſtratio.] *Quòd ſi is qui miniſter & interpres fuit legis in lapidibus deſcriptæ, qua animi hominum argui & damnati non viuificabantur, ſed moriebãtur, vtpote quibus ex illa lege timor, & ſeruitutis Spiritus accedebat & augebatur; ille, inquam, miniſter tantùm honoris apud ſuos, quibus legem miniſtrabat, obtinuit, vt filij Iſraël non poſſent faciẽ Moſis intueri propter dignitatis illius amplitudinem; dignitatis, inquam, aliquando abolẽdæ, id eſt, nunc iam abolitæ: cur non erit excellentior etiam gloria & commendatio atque dignitas eorum qui Euangelij interpretes fideliſſimi cùm ſint, Spiritum ſanctum ſuo miniſterio hominibus afferunt, qui in iis inquos illabitur vitã efficit? Si ille amplus, dignus, atque ſuſpiciendus erat qui legem miniſtrauit damnationis hominum indicem: quanto magis digni ſunt qui ſuſpiciuntur ij qui Euangelium miniſtrant, cuius virtute & efficientia credentes & obtemperantes iuſti fiunt?*

10 Nam nec.] *Et profectò illud quod ſplendeſcere clareſcereq́; viſum eſt in illa parte miniſterij ſcripta legis, ita vt glorioſum & ſuſpiciendum fuerit, ſi cum huius noui miniſterij excellentia cōparetur, obſcurum & inglorium dici poßit, tãtum eſt inter vtrumq; miniſterium dignitatis diſcrimen, tum efficiẽtiæ, tum etiam durationis & conſtantiæ: namque illud abolitum eſt, & tamen miniſtrum ſuum clarũ, glorioſum, ſuſpiciendumq́; reddidit: quanto igitur magis ſuſpiciendos commendabilesq́; efficiet miniſtros ſuos hoc quod æternum durabit?*

12 Habentes igitur.] *Quapropter cùm hæc nobis firmiſſima conſtet ſpes, fore vt vita participes ſint ij qui noſtro Euangelio crediderint & obedierint; nos non indigemus commendatitiis literis, ſed magna fiducia authoritatis noſtræ rationem perſequimur, & loquimur & ſcribimus ea quæ ex eorum apud quos agimus vtilitate eſſe cognouimus. idq́; eo liberiùs agimus, quòd noſter hic ſplendor non incutere ſoleat terrorem & turbationem oculis animisq́; eorum apud quos agimus, neque etiam obſcuritatem offundat, ſicut in Moſis miniſterio obſeruatum eſt, qui ponebat velamen ſuper faciem ſuam, eo quòd filij Iſraël non poſſent intueri finem & perfectionem illius miniſterij quod ab ipſo exercebatur, quod iam tandem aboletur.*

 14 Sed

14 Sed obtusi sunt.] *Verùm quòd ille finis, illeq́ scopus ministerij Mosaici, quod iam hoc tempore abolitum est, nō conspiciatur à Iudæis, ex eo fit, quòd illorum cogitationes in veteri illa sua nescio quali sapientia vmbra obdurverunt, atque hebeti quodam sensu obducuntur; idq́ hoc ipsum velamen est, quod adhuc ipsis obtensum manet: à facie enim Mosis ad ipsorum cor est ita translatum, vt cùm lex legitur ab illis, cuius legis finis & cōsummatio Christus est, finis hic ab ipsis nō cognoscatur, neq́ intelligatur hoc statuto fine veteris legis ministeriū aboleri.*

16 Cùm autem conuersus.] *Cùm quispiā verò ex Israëlitis oculos animumq́ ab illa nuda legis obseruatione ad Dominum per fidem conuerterit, & Euangelio credens obedierit, tunc velamen illud vndique ab ipso auferetur, ita vt planè propeq́ intueatur finē ipsum clarißimū Christum; finem, inquam, legis, quam claram antea splendentemq́ existimabat, per velamen tamen intuebatur, non penitus cognoscebat, donec finis ille extitit, cuius claritate omnia illa velata olim intueri licet.*

17 Dominus autem.] *Atq́ hic Dominus qui cōuersis ad se velamen aufert, spiritus est, qui homines quos inhabitat, spirituales efficit, & à litera redargutione ac damnatione ad iustitiæ vsum trāsfert, à timore in libertatem asserit: namq́ vbi Spiritus Domini est, ibi nō est confusio, non metus ille seruitutis antiqua, sed libertas filiorū Dei ex volūtate & amore agentium.* 18 Nos verò omnes.] *Nos verò omnes quicunq́ Euangelij Christi Apostoli ministriq́ sumus certißimi citra perturbationē, citra timorē, citra vllum deniq́ velamen Christi gloriam splendidißimam tanquam speculum intuemur, atq́ ad eandem Christi imaginem transformamur à gloria filiorum Dei ad gloriam ministerij huius filiationis. vtramq́ verò gloriam Spiritus Domini in nobis efficit.*

13 & non sicut Moyses pone- Exod. 34, 33.
bat velamen super faciē suam,
vt non intenderent filij Israël
in faciē eius quod euacuatur,
14 sed obtusi sunt sensus eorū.
Vsq. in hodiernū enim diem, D
idipsum velamen in lectione
veteris Testamēti manet non
reuelatum ("quoniā in Chri- "quod 6 ms. R.C.S.
sto euacuatur) 15 sed vsque in
hodiernum diem, cùm legitur
Moyses, velamen positum est
super cor eorum. 16 Cùm au-
tem conuersus fuerit ad Do-
minum: auferetur velamen.
17 Dominus autē Spiritus est. Ioan. 4, 24.
Vbi autem Spiritus Domini:
ibi libertas. 18 Nos verò om-
nes, reuelata facie gloriā Do-
mini speculantes, in eandem
imaginem transformamur à
claritate in claritatem, tanquā
à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

IDeò 1 habentes hanc mini- A
strationem: iuxta quod mi-
sericordiam consecuti sumus,
non deficimus, 2 sed abdica-
mus

IN CAP. IIII. 1 Ideò habentes.] *Cùm itaque ex Dei misericordia sortiti fuerimus ministerium hoc quod amplexi suscepimus; quidquid nobis accidat, minimè deficimus tædióue afficimur, nihilq́ subire recusamus, præterquam dedecus omne vel apertum vel occultum & dißimulatum: quidquid enim vllo modo ministerij simplicitatem dedecet, id maximè auersamur,*

auersamur, in quo genere astutia, dolus, simulatioq; sunt, & fraudes adulteratioq; verbi Dei. hæc omnia execrati abdicamus à nobis professione simplicitatis & veritatis, quã apertè denuntiamus omnibus hominum conscientiis coram Deo, tam proborum quàm improborum, ita vt veritas à nobis prædicata & probos afficiat & consoletur, & improbos pungat, & nemo possit testari aut arguere quicquam in nobis vel simulationis, vel fictionis, vel astutiæ. ex quo fit vt ministerij nostri actiones magna cum simplicitate apertè professi exponamus, quæ omnes eò tendunt, vt Euangelij veritas patefiat, atque ita omnibus aperta facie exponatur.

mus occulta dedecoris, non
ambulantes in astutia, neque
adulterantes verbum Dei, sed
in manifestatione veritatis cõ-
mendantes nosmetipsos ad
omnem conscientiam homi-
num coram Deo. 3 Quòd si
etiam opertum est Euangeliũ
nostrum: in iis qui pereunt est
opertum, 4 in quibus Deus
huius seculi excæcauit men-
tes infidelium, vt non fulgeat
ᵃeis 2 MS. 2. Amb. G. 1. ᵃilluminatio Euangelij gloriæ
Christi, qui est imago Dei.
B 5 Non enim nosmetipsos præ-
dicamus, sed Iesum Christum
ᵇ2 MS. 6. Dominum ᵇnostrum: nos au-
tem, seruos vestros per Iesum,
6 quoniam Deus qui dixit de
tenebris lucem splendescere,
ᶜ11 MS. Amb. ᵈqui 3 MS. 6. ᵉipse qui 1. ᶜᵈipse illuxit in cordibus no-
stris ad illuminationem scien-
tiç claritatis Dei, in facie Chri-
sti Iesu. 7 Habemus autem the-
saurum istum in vasis fictili-
ᶠvirtutis sit. G. 1. bus: vt sublimitas ᶠsit virtutis
Dei, & non ex nobis. 8 In om-
nibus

3 Quòd si etiam opertum.] *Quòd si quibusdam adhuc velamen interpositum est quo Euangelij nostri virtus illa salutaris operitur & non agnoscitur, id tantum iis accidit qui non credunt Euangelio, atque ideò pereunt; iis, inquam, quorum mentes Deus huius seculi, quod finis omnium seculorum est, author & moderator atq; gubernator excæcauit, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierẽt; excæcauit, inquãm, ita vt illis non splendeat illuminatio Euangelij virtutis & efficacitatis quam Christi gloria consequitur, qui est imago Dei, atq; talis esse ex Euangelij luce cognoscitur: in quo Euangelio ministrando cùm aliquid de nobis dicimus non prædicamus nosmetipsos, sed vnctum esse Iesum eundemq; Dominum cui data sit omnis potestas in cælo & in terra: nos autem prædicamus seruos vestros propter Iesum, cuius virtutem & efficientiam vobis probare cupimus ex Dei voluntate.*

6 Quoniam Deus.] *Est autem prædicationis nostræ illa summa, quòd Deus, qui initio mundi iubens dixit vt è tenebris lux splẽdesceret, & ita vt ille dixit factum est, idem ipse illuxit in cordibus nostris, vt hac illuminatione cognosceremus Dei gloriam lucentem & manifestatam in facie Iesu Christi à se missi in nuntium, pontificem, authorem & legislatorem noui Testamenti. Hanc autem gloriam cordibus nostris cognouimus, Deo illustrante nos interius; ita vt nos veritatis huius testes simus certissimi & ministri fidelissimi.*

7 Habemus autem.] *Sed quòd hunc tantum thesaurum cognitionis gloriæ Christi in hoc corpore laboribus, ærumnis atque vexationibus exposito, atque adeò infirmo habeamus; id etiam ex Dei prouidentia factum est, qui hac ratione*

ratione oſtendere voluit virtutem ſublimem ſuam, quæ apertiſsimè cognoſcitur obſeruantibus tantam conſtantiam, tantamq́ʒ libertatem, tantam denique perſeuerantiam miniſtrorũ, mundi præſidiis omnino deſtitutorum, & tamen & euadentium, labores difficultatesq́ʒ omnes fortiſsimè tolerantium & ſuperantium: quippe quamuis vndique premamur, non tamen ſuffocamur aut coarctamur, ita vt eloqui & liberè profiteri non poſsimus: quamuis animi pendeamus, non tamen animo deſpondemus.

11 In mortem tradimur.] *Viui vitam quandam ducimus morti ſimilem, animam noſtram in manibus noſtris ſemper habentes; vitam, inquam, quam mundus mortẽ exiſtimaret, laborioſam, vexatam, afflictam, ſed in hac corporis noſtri exercitatione quaſi mortali manifeſtatur vita Ieſu in nobis viuentis.*

12 Ergo mors.] *Ita quidem fit vt in nobis miniſtris mors exercita & quotidie conſpecta efficacitatem vitæ Chriſti probet, vita verò eiuſdem Chriſti vobis communicata efficacitatem eiuſdem in vobis etiam probet, & id quod nos morimur viuentes propter Euangelium vita veſtra feramus: atque hoc pacto fit vt eodem Spiritu & vos viuatis, & nos mortem hanc quotidianam feramus & ſuperemus, eundem enim Spiritum fidei Chriſti & vos & nos habemus. vos qui credidiſtis in Chriſtum, Chriſti vitam accepiſtis, quam teſtamini & confitemini ſicut ſcriptũ eſt, Credidi, propter quod locutus ſum. & nos qui credidimus in Chriſtum, labores ferimus, mortem patimur & ſuperamus, ideo & loquimur & prædicamus virtutem eius qui nos vocauit in admirabile lumen ſuum, & hoc miniſterio idoneos dignosq́ʒ fecit: loquimur autem ſcientes Deũ authorẽ, conſeruatorẽ inſtauratoremq́ʒ vitæ eſſe tã æternæ quã corporalis. eundẽ autẽ ſcimus eſſe qui ſuſcitauit Ieſum ex morte illa corporali, poſſe etiã nos ex his perſecutionibus, laboribus & morte ſuſcitare, & ſiſtere vobiſcũ incolumes & ſaluos, nõ ſolùm animo ſed & corpore, idq́ʒ illum facturũ confidimus: atq́ʒ hæc munera nobis veſtri cauſa à Deo donanda confidimus, quorum cauſa & laboramus, quorum etiam cauſa eripimur, & è tantis laboribus ac difficultatibus emergimus, vt etiam vos nobiſcum gratias Deo agatis propter donum abundantius etiam donatum multorum cauſa.*

16 Pro-

nibus tribulationẽ patimur,
ſed non anguſtiamur: aporia-
mur, ſed nõ deſtituimur: [9] per- C
ſecutionem patimur, ſed non
derelinquimur: * deiicimur, *humiliamur, ſed nõ confundimur ms.
ſed non perimus: [10] ſemper
mortificationem Ieſu in cor-
pore noſtro circumferentes,
vt & vita Ieſu manifeſtetur in
corporibus noſtris. [11] Semper
enim nos qui viuimus, in mor-
tem tradimur propter Ieſum:
vt & vita Ieſu manifeſtetur in
carne noſtra mortali. [12] Ergo
mors in nobis operatur, vita
autem in vobis. [13] Habentes
autem eundem ſpiritum fidei,
ſicut ſcriptũ eſt: Credidi, Pro- Pſal. 115,10
pter quod locutus ſum, & nos
credimus propter quod & lo-
quimur: [14] ſcientes quoniam
qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cũ
Ieſu ſuſcitabit & conſtituet
vobiſcũ. [15] Omnia enim pro-
pter vos: vt gratia abundans,
per multos in gratiarũ actio-
ne, abundet in gloriam Dei.
[16] Propter

16 Propter quod nõ deficimus:
sed licet is qui foris est noster
homo, corrumpitur: tamen is
qui intus est renouatur de die
in diem. 17 Id enim quod in
præsenti est momẽtaneum &
leue tribulationis nostræ, su-
pra modum in sublimitate
æternum gloriæ pondus ope-
1 MS.c.5. ratur in nobis, 18 non cõtem-
plantibus nobis quæ vidẽtur,
sed quæ non videntur. Quæ
enim videntur, temporalia
sunt: quæ autem non viden-
tur, æterna sunt.

CAP. V.

A SCimus 1 enim quoniam si
terrestris domus nostra
huius habitationis dissolua-
tur, quòd ædificationem ex
Deo habemus, domum non
manufactam æternam in cæ-
lis. 2 Nam & in hoc ingemisci-
mus, habitationem nostram
quę de cęlo est, superindui cu-
Apoc.16.13. piẽtes: 3 si tamẽ vestiti, nõ nudi
inue-

16 Propter quod.] *Ideò igitur, id quod antea dicebamus, efficitur vt nullis difficultatibus, nullis incommodis quamuis maximis affecti, tamen deficiamus, tadióve ministerij nostri afficiamur; nam tadium ex animi imbecillitate oritur: sed hoc nobis maximi commodi contingit, quòd si maximè exterior noster homo corrumpatur, ille tamẽ interior renouatur indies.*

17 Id enim quód in præsenti.] *Nã quod nunc patimur, & leue & breue est, & ex virtute Christi adoperatur gloriam solidissimam & ponderosissimam nobis, eamq; aternam; nobis, inquam, qui non intendimus animũ & curam in ea qua videntur his corporeis oculis in hoc mundo, sed in ea qua nec oculus vidit, neq; auris audiuit: nam qua videntur, temporaria sunt, & sua spõtè caduca & fluxa: at verò qua non videntur, in qua & nos intendimus, aterna sunt.*

IN CAP. V.

1 Scimus enim.] *Ex sacra disciplina rationibus nouimus, & procerto competteq; habemus, eos qui pro Deo Deiq; iustitia laborauerint, manere aternum pramium: & si hic eorum qui in Domino moriuntur corpus sua natura infirmum, mortale & breui duraturum, atque mutandum tabernaculorum instar, dissoluatur; tamen constitutum esse admirabile adificium gloria & quietis, idq; non caducum, qualia omnia manufacta adificia sunt, sed aternum, vtpote à Deo factum, cuius habitationis nobis constituta spe fulcimur omnes qui pro Christi nomine premimur, & variis arumnis exercemur.*

2 Quæ de cælo est.] *Nos qui Spiritu sancto renouati sumus interius & regenerati, animoq; sumus magnis Christi donis amplificato, cupimus etiam corpus nostrum hoc, quod nunc mortale est, superindui immortalitate illa & gloria in calis parata, qua non ex natura neque ex virtute nostra, sed ex calo est, indeq; authore Deo nobis communicabitur, adeo vt hoc nomine etiam fortissimè feramus arumnas omnes, & mortem ipsam dissolutionemq; mortalis huius nostri tabernaculi oblatam fortiter subeamus, vtpote qui ab hac migrare cupiamus, illiusq; desiderio gemamus.* 3 Si tamen vestiti.] *Ita tamen vt cùm immortalitatem induerimus ex Dei efficientia & dono, non inueniemur nudi, vt verè non inueniemur, nisi mortalitate & infirmitate hac qua nunc amicimur.*

inueniamur. 4 Nam & qui ſu-
mus in hoc tabernaculo, inge-
miſcimus grauati: eò quòd
nolumus expoliari, ſed ſuper-
ueſtiri, vt abſorbeatur quod
mortale eſt, à vita. 5 Qui autē
efficit nos in hoc ipſum, Deus,
qui dedit nobis pignus ſpiri-
tus. 6 Audentes igitur ſemper,
& ſcientes quoniam dum ſu-
mus in corpore, peregrinamur
à Domino. 7 (per fidem enim
ambulamus, & non per ſpe-
ciem) 8 audemus autem, & bo-
nam voluntatem habemus
magis peregrinari à corpore, B
& præſentes eſſe ad Dominū.
9 Et ideò cōtendimus, ſiue ab-
ſentes, ſiue præſentes placere
illi. 10 Omnes enim nos mani- Rom.14,10.
feſtari oportet ante tribunal
Chriſti, vt referat vnuſquiſq;
propria corporis, prout geſ-
ſit, ſiue bonum ſiue malum.
11 Scientes ergo timorem Do-
mini hominibus ſuademus:
Deo

4 Nam & qui ſumus.] *Interim dum ſumus in hoc tabernaculo, omnes homines cùm ſentimus onus hoc infirmiſsimi corporis humani, ingemiſcimus: vellemus enim leuari onere, ſed non ſpoliari; verùm ſuperueſtiri, ita vt quod mortale eſt, ſine morte noſtra abſorberetur à vita: verùm Deus nobis à ſe iam præparatis ſpē fecit huius doni immortalitatis, quippe qui dedit nobis pignus Spiritus vitæ, qui in animis noſtris habitat, & pollicetur nobis futuram ſuperinduitionem immortalitatis & incorruptionis, etiam ex hoc ipſo quòd mortui & diſſoluti fuerimus ſecūdum hoc tabernaculum.*

6 Audentes igitur.] *Confidēter igitur magnaq; ſpe agimus quidquid agimus, & ferimus incommoda omnia & ærumnas, & pericula ſubimus nobis pro Euangelio oblata, cùm ſciamus non eſſe hîc nobis permanentem manſionem, ſed corpus hoc in quo habitamus, eſſe tabernaculi inſtar nobis. porrò tabernaculum nō eſt patriæ certa, ſed peregrinationis index: itaq; corporis huius infirmi habitatio nos aduenas eſſe arguit, & aliam nobis patriam ſignificat, à qua peregrinamur. eam autem patriam dicimus, in qua Dominus eſt, quem nunc videmus non in ſpecie ipſa, ſed in fide filiorum Dei, qua viuimus nunc in carne.*

8 Audemus autem.] *Hac cognitione inſtructi, confidēter & animoſè ſubimus difficultates huius peregrinationis, & tamen probamus & mallemus, ſi noſtra eſſet optio, migrare à corpore hoc, & ire habitatum apud Dominum.*

9 Et ideò cōtendimus.] *Hoc omnino ſtudemus, vt tam dum hîc agimus quàm dum migrabimus hinc, illi placeamus & probemur. itaque vitæ & mortis noſtræ vſum ad illius voluntatem referre ſatagimus; atque hoc modo corpori etiam noſtro conſulimus; cui id dabitur quod cum ſingulorum ratione & exercitatione conueniat iuxta Dei iudicium. namque omnes ſiſtemur ante tribunal Chriſti, vt ſinguli referāt, non ſolùm in animo, ſed in corpore, ea quæ ex iudicio diuino propria adſcribentur pro ratione factorum in corpore vel bonorum vel malorum.*

11 Scientes ergo timorem.] *Itaque cùm nouerimus terrorem illum Domini qui ex cogitatione huius iudicij oritur, ſuademus hominibus ſimpliciſsimè & ſine vllo fuco aut adulteratione aliqua id quod ex miniſterij noſtri officio eſſe cognouimus: huiusq; officij cauſa quiduis patimur, quiduis ſubimus, quiduis ferimus quod*

nobis

nobis ab hominibus aut inferri aut obiici possit: namque hanc simplicitatem nostram Deo manifestam esse scimus; & speramus etiam vos cōscios esse nostræ huius fidei & simplicitatis quam ipso experimento cognoueritis ac testari possitis ex conscientia.

Deo autem manifesti sumus.
Spero autem & in consciétiis
vestris manifestos nos esse.
[12]Non iterum commēdamus
nos vobis, sed occasionem dā-
mus vobis gloriandi pro no-
bis: vt habeatis ad eos qui in
facie gloriantur, & nō in cor-
C de. [13] Siue enim mente "exce-
dimus', Deo: siue sobrij su-
mus, vobis. [14]Charitas enim
Christi vrget nos: æstimantes
hoc, quoniam si vnus pro om-
nibus mortuus est, ergo om-
nes mortui sunt. [15]& pro om-
nibus mortuus est Christus: vt
& qui viuunt, iam nō sibi vi-
uant, sed ei qui pro ipsis mor-
tuus est & resurrexit. [16]Itaque
nos, ex hoc neminē nouimus
secundū carnem. Et si cogno-
uimus secundùm carnē Chri-
stum: sed nunc iam non noui-
D mus. [17]Si qua ergo in Christo
noua

"excidimus, *Syra transferuntur:* Insanimus, *similiter verti possunt Græca. Textus conformis est Amb.*

12 Non iterum.] *Non fecimus hanc egressionem vestras conscientias appellando, vt denuò vobis commendemur; sed vt vos intelligatis ex vobismetipsis vestroq́; profectu & vsu, quidnā discriminis sit inter ministros qui ministerij iactationem & gloriam in fronte preferunt, cuius virtutem & fidē atque sedulitatem ipsi suis conscientiis probare non possunt; cùm tamen nos non solùm nostris cōscientiis id Deo probemus, sed vestris etiam probare possimus, & vos vestris conscientiis certiora & maiora de nobis proferre testimonia erga vos, quàm illi suis in conscientiis habeant de se.*

13 Siue enim mente excedimus.] *Quidquid in ministerij nostri exercitatione agimus, non nostra agimus causa; sed vel eum respicimus à quo missi & delegati sumus, vel ad vos ad quos sumus legati Apostoli: ergo siue videmur insanire, vel nos valde laudantes, vel vos vel alios valde reprehendentes, nō hoc ex nobis, hoc est, nostra ipsorum persona, sed authoritate Dei facimus, cui laudem nostram & authoritatem etiam ministerij tribuimus: si verò parciùs agimus, id vestri causa agimus, quibus & cōsulere maximè, &, quoad id fieri possit, parcere studemus.*

14 Charitas enim Christi.] *Namq́; amor ille quo Christus nos dilexit, quoq́; nos Christū amamus, nos constringit vt non nostra sed quæ illius & fratrum sunt quæramus, eaq́; studiosè agamus; cùm illud apud nos cogitemus, Christum mortuum esse pro omnibus, hoc est, in persona omnium, ita vt omnes mortui fuerint in ipso: ergo illius morti pro omnibus subitæ hoc inter cætera debetur, vt qui viuit, iam non sibi viuat, neque sua sibi quærat, sed viuat Christo & iis pro quibus Christus mortuus est: namq́; ille non sibi mortuus est; id est, nō pro se, sed pro aliis, pro quibus & resurrexit, vt illos ad nouitatem vitæ mutaret. eos ergo qui cum illo viuūt aut viuere cupiunt, actiones omnes vitæ suæ ex illius voluntate suscipere oportet, atque hoc pacto vitam suam apud illum obtinere, & probare, & constituere.* 16. 17 Itaque nos ex hoc.] *Ex quo in hanc considerationem incidimus (incidimus autem ex quo Dei charitas in cordibus nostris est diffusa) & nos & alios omnes, quo ad prioris vitæ rationem, mortuos reputamus; atq́;*

ita neminem nouimus secundum carnem; non habemus rationem vel corporis externi huius nostri vel aliorum, vel etiam earum rerum quæ carnem aliquo modo sapiunt: habemus autem rationem spirituum & nouitatis vitæ tum nostræ tum aliorum, adeò vt quamuis nouerimus Christum secundùm carnem, quem viderim ipse cùm adhuc secundùm carnem ambularem; viderim inquam, & audierim, & allocutus fuerim; tamen nunc iam illum alio modo nouimus, secũdum spiritum ipsius in nobis habitantem, cuius virtutem experimur, & efficientiam eandem ministerio nostro obeundo referimus: hac igitur ratione & Christum, & nos, & alios omnes nouimus, hac ratione ministerij nostri munere simplicißimo & integerrimo fungimur. Itaque si quis est in Christo, is iam non est ex Adami vetustate, sed noua creatura est: vetera enim transierunt, & omnia facta sunt noua: affectus, cogitationes, actiones, studia, omnia hæc vt ex mortuis resuscitata vt regenerata æstimanda & obseruanda sunt. atque hæc magna mutatio & regeneratio ex virtute Dei est, à quo noua facta sunt omnia; ille enim nos Apostolos recõciliauit sibi per Vnctum suum, quem ad mundi totius reconciliationem & salutem vnxit: & nobis, qui reconciliationis huius testes sumus, dedit reconciliationis ministerium, vt per nos aduocentur homines ad fidem Christi, & per Christum accipiant hoc admirabile Dei donum omnibus hominibus propositum accipere volentibus & legitimè curantibus.

19 Quoniam quidam.] *Nam quidquid Christus egit ac fecit, authoritate, consilio, virtute & efficientia Dei egit ac fecit: Deus enim erat in illo, cùm ille moreretur, mundumq; sibi illius morte reconciliabat, non reputans eorum qui in mundo fuerint peccata, nam pro peccatis totius mundi ille mortuus est ex Dei consilio & voluntate: sed non omnes hoc donum Dei accipiunt, quia non omnes recipiunt hunc Filium Dei in suam salutem: multi sua ipsorum culpa ab hoc diuino bono alienantur; quod tamẽ Deus amat omnibus hominibus largiri, quippe qui homines omnes saluos fieri, & ad veritatis sciẽtiam peruenire omnes vult: ideò idem qui mũdum sibi in Christo reconciliauit, huius reconciliationis verbum sua virtute & efficientia in nobis vt testibus atque etiam vt ministris posuit. non nos nobis posuimus, verùm ille posuit perferendum & communicandum Gentibus; itaque fungimur legatione nõ nostro sed ipsius Christi nomine & munere, vt sicut Christus missus est qui salutem mundo afferret & offerret, ita nos verbis Dei vobis hanc salutem per Christum donandam offerimus, & vt accipiatis non solùm hortamur, sed etiam rogamus nomine Christi vt Deo reconciliemini.*

noua creatura: vetera transie-
runt, ecce facta sunt omnia *Esa. 43,19. Apoc. 21,5.*
noua. 18 Omnia autẽ ex Deo,
qui nos reconciliauit sibi per
Christum: & dedit nobis mi-
nisteriũ recõciliationis. 19 quo-
niam quidem Deus erat in
Christo mundum reconciliãs
sibi, non reputans illis delicta
ipsorum, & posuit in nobis
verbum recõciliationis. 20 Pro
Christo ergo legatione fungi-
mur, tanquam Deo exhortan-
te per nos. Obsecramus pro
Christo, reconciliamini Deo.
21 Eũ qui nõ nouerat peccatũ,
pro nobis peccatũ fecit: vt nos
efficeremur iustitia Dei in ipso.

21 Eum qui non nouerat.] *Est autem huius nostræ legationis illa summa, eum qui nullum suum peccatum nouerat; hoc est, peccati omnis proprij expertem Christum factum & constitu-*

tum esse à Deo peccatum, omniumq́; peccatorum sustinuisse personam, quos suo ille sanguine expiaret & redimeret. Deinde eundem communicasse nobis iustitiam suam, quæ iustitia Dei est; vt nos membra illius effecti, efficeremur iustitia Dei in ipso vt in capite, si modò capiti huic coaptati & coniuncti fuerimus.

CAP. VI.

& 7 MS. Amb.G. ADiuuantes [1] autem ex-
A hortamur, ne in vacuũ
gratiam Dei recipiatis. [2] (Ait
Isaie 49,8. enim,) Tempore accepto ex-
audiui te: & in die salutis adiu-
ui te. Ecce, nunc tempus acce-
ptabile: ecce nunc dies salutis.
1 Cor.10,32. [3] nemini dãtes vllam offensio-
nem, vt nõ vituperetur mini-
sterium nostrum: [4] sed in om-
nibus exhibeamus nosmetip-
1 Cor.4,2. sos sicut Dei ministros, in
multa patientia, in tribulatio-
nibus, in necessitatibus, in an-
gustiis,

IN CAP. VI.

1 Adiuuantes autem.] *Ministerij nostri summam omnibusq́; cõmunem rationem cùm exposuerimus, vobis etiam consilium, operã, adhortationem, non solùm sermone sed exemplo nostro afferimus, agnoscentes gratiam vobis à Deo collatam; hoc est, salutis huius denuntiationem, & in vestrã & in aliorum vtilitatem; quam vt efficacissimam & suo fructu non carentem esse vt curetis & studeatis precamur: est enim certa gratia & manifesta, quam aliquãdo offerendam & vltro à se donandã Deus prædixerat, certum quoddam tempus significãs quo hoc præstaretur. id tempus iam adest; idq́; nos vobis indicamus, & omni studio vt à vobis excipiatur satagimus, vitamusq́; omnẽ offensionem, qua ministerij authoritas, simplicitas, & integritas vituperari possit, idq́; vos vestra ex parte imitari debetis & sequi, vt eodem modo ministerij nostri rationem excipiatis, quo & nos eandem exhibemus.*

4 Sed in omnibus.] *In omni tempore, opportunitate, occasione, loco, euentu, conditione, nihil cogitamus aut curamus quod ad nostra commoda, sed quod ad Dei ministerium promouendum & expediendum faciat. Ferimus omnia incommoda ab aliis allata, nos verò id adhibemus tum corpore tum animo quod fideles ministros Dei gloriæ, hominumq́; vtilitatis studiosos decet, corpore vigilias, ieiunia, puritatẽ; animo scientiam certamq́; sacræ doctrinæ agnitionem, lenitatem ad ferendas contumelias & iniurias, bonitatem ad alios iuuandos, Spiritum sanctum cuius virtute agimur in omni actione nostra, charitatem ardentissimam atque ex animo se effundentem erga omnes homines. hæc autem omnia exhibemus & manifestamus, nẽpe sermone veritatis nulla simulatione, nulla fictione, nulla cõmentatione aut inuẽtione nostra cõmixto; & virtute Dei qua id efficimus quod ad sermonis cõfirmationẽ oportunũ esse cognouimus, nulla personarũ habita ratione, nullo metu deterriti, nulla humana spe vel cupiditate abducti, sed armis iustitiæ vtentes, tã ad dexterã quàm ad læuã, tam in eos quos liberãdos ac protegẽdos, quàm ad eos quos depellẽdos censemus; iustissimo gladio, iustissimo scuto, vtroq́; spirituali: quidquid verò nostrũ officiũ & ministeriũ apud homines vel iudicij vel euẽtus cõsequatur, id ferimus cõstãtissimè, atq́; ad nostræ fidei integritatẽ cõferimus: nã siue honore afficimur, id Deo acceptũ tribuimus; siue opprobriũ patimur, id pro Deo ferimus; idẽ, siue laudemur siue vituperemur; si tanquam seductores traducimur & impostores, tamẽ nos veraces semper exhibemus, & res ipsa veraces probat; siue pro ignotis habeamur & incelebribus, tamen res ipsa nos esse notos, nostrumq́; ministeriũ non latere indicat; siue pro mortuis, viuimus*

 autem

autem perinde ac ſi mortui eſſemus, nihil magis mundana curãtes, quàm qui mortui ſunt; & tamen viuimus, & ſpiritualia vt ſpiritu viuentes curamus. affligimur autem & vexamur tormentis, ita vt pro mortuis ducamur; & tamen nõ occidimur, Deo nos ſeruante: itaque euadimus non mortui, ſed vt caſtigati. vtimur etiam doloribus & anxietatibus ac mœroribus quibus vexamur; ſed eo ipſo gaudemus, quòd hæc pro Chriſto Chriſtiq; Euangelio ferimus: vt pauperrimi & viuimus & exiſtimamur, verùm locupletamus multos veris diuitiis. viuimus tãquam qui nihil habent; & tamen animi æquitate & iucunditate omnium rerum domini ac poſſeſſores ſumus, adeò nihil deſideramus aut cupimus.

11 Os noſtrum.] *Si lõga oratione noſtrum miniſterium vobis probamus, ô Corinthij, id nõ eſt gloriæ affectationi, ſed amori erga vos noſtro adſcribendum: quippe ampliſſimo corde noſtro vos omnes complectimur, cuius affectum oratio indicat. non eſt vobis anguſtus locus in nobis, totum cor noſtrum idq; ampliſſimum vobis patefeci & patefacio, & tamen vos viſcera veſtra arcta anguſtaq; erga me præbetis. verùm ego à vobis tanquam à filiis charitatis meæ erga vos & amoris recompenſationem, & vſuram debitam filiiſq; dignam poſtulo, vt eodem officio mihi auſcultetis, hoc eſt, filiorum, quo ego vobis conſulo, hoc eſt, patris: reſpõdent enim ſibi mutuò pater & filius amoris & officij ratione; debet autem filius patri, vtpote beneficiis obligatus & adſtrictus: atque ideò ſi quid vos à me liberè & grauiter prolatum, ſi reprehenſum audieritis, tanquam à patre profectum & amoris plenum excipite, & ipſi ſummo amore & emẽdate eodem ſtudio quo à me proponitur.*

14 Nolite iugum ducere.] *Cùm adeò diſpares vos & infideles ſitis, diſpariq; conditione vtamini; nolite vitæ neceſſitudinem & ſocietatem cum illis coniungere, & eaſdem actiones obire quas ex æquo obire non poteſtis.*

15 Quæ

guſtiis, 5 in plagis, in carceri-
bus, in ſeditionibus, in labo-
ribus, in vigiliis, in ieiuniis, 6 in
caſtitate, in ſcientia, in longa- B
nimitate, in ſuauitate, in Spiri-
tu ſancto, in charitate non fi-
cta, 7 in verbo veritatis, in vir-
tute Dei, per arma iuſtitiæ à
dextris, & à ſiniſtris, 8 per glo-
riam & ignobilitatem, per in-
famiam & bonam famam: vt
ſeductores & veraces: ſicut
qui ignoti & cogniti: 9 quaſi
morientes, & ecce viuimus: vt
caſtigati, & non mortificati:
10 quaſi triſtes, ſemper autem
gaudentes: ſicut egentes, mul-
tos autem locupletantes: tan-
quam nihil habẽtes, & omnia
poſſidentes. 11 Os noſtrum pa-
tet ad vos ô Corinthij, cor no-
ſtrum dilatatum eſt. 12 Non
anguſtiamini in nobis: an- C
guſtiamini autem in viſceri-
bus veſtris. 13 eandem au-
tem habentes remuneratio-
nem (tanquam filiis dico)
dilatamini & vos. 14 Nolite
iugum ducere cum infideli-
bus. Quæ enim participatio
iuſtitiæ cum iniquitate? Aut
quæ ſocietas luci ad tenebras?

15 Quæ

[15] Quæ autẽ conuentio Chri-
sti ad Belial? Aut quæ pars fi-
D deli cum infideli? [16] Qui autẽ
consensus templo Dei cũ idó-
1 Cor. 3,17. 6,19. lis? Vos enim estis templum
Dei viui: sicut dicit Deus,
Leuit 16,12. Quoniam inhabitabo in illis,
& inambulabo, & ero illorum
Deus: & ipsi erunt mihi popu-
Esaia 52,11. lus. [17] Propter quod exite de
medio eorum, & separamini,
dicit Dominus, & immũdum
ne tetigeritis: & ego recipiam
Iere. 31,1,9. vos. [18] & ero vobis in patrem:
& vos eritis mihi in filios &
filias, dicit Dominus omni-
potens.

CAP. VII.

A HAs[1] ergo habentes pro-
missiones charissimi,
mundemus nos ab omni in-
quinamẽto carnis & spiritus,
perficientes sanctificationem
in timore Dei. [2] Capite nos.
Neminem læsimus, neminem
corrupimus, neminem circũ-
uenimus. [3] Non ad condem-
vestram MS.S. nationem dico. prædixi enim
quòd in cordibus nostris estis
ad commoriendum & ad cõ-
uiuendum. [4] Multa mihi fidu-
cia est apud vos, multa mihi
gloria-

15 Quæ conuentio.] *Christo Vncto Dei in salutem hominum cum illo in quo nulla hominibus vtilitas, nullus est vsus. quid commune habet fidelis cum infideli, cuius vterque particeps esse possit?*

IN CAP. VII.

1 Has ergo.] *Igitur cùm huiusmodi instructi simus promissis maximorum donorum nobis propositorum, in quibus Deus ipse se primum enumerat nobis vltro donandum & inhabitaturum; templi huius ipsi dicandi sanctificationem curemus diligenter, non solum spiritu atque animo rectè informato, sed corpore etiam casto atque ab omni impura & prophana idolorum altarumque immundarum consuetudinum labe purgato, idque fiat & curetur nobis timore ac religione Domini feruentibus.*

2 Capite nos.] *Quandoquidem vos nobis intimi estis atque amplissimo corde nostro confidetis; capite etiam vos vicissim & nos eodem affectu, atque interpretamini ex amore paterno profectum quidquid præterea addiderimus vel admonitionum vel reprehensionum; cùm sciatis nostrum studium aut cõsilium aut opus nunquam fuisse deprehensum incõmodi quicquam homini cuiquam afferre; aut nobis commodi aliquid quærere: nemini vnquã iniuriam fecimus, neminem corrupimus aut exemplo aut sermone, neminem re sua aut commodo aliquo fraudauimus: quòd si idem à vobis exigimus, exemplo nostro exigimus, vt hoc modo Deo placeatis. Neque verò hoc ideò dicimus quòd condẽnare vos velimus, quos cupimus sanctos esse, vasaque fieri purissima in quibus Deus sua reponat dona: siquidem iam dixi antea vobis meum cor esse totum deditum, ita vt si moriamini, & nos moriamur vnà, & mori vnà vobiscum optemus; & si viuatis, vestram vitam nostram ducamus.*

4 Multa mihi fiducia.] *Quòd autem nos vobis noti simus, & hic animus atque hoc studium nostrum vobis nõ solùm probetur, sed excipiatur & magna cura obseruetur, apertè profiteri possim apud vos; quippe qui & hoc apud*

apud alios iactem & mihi gratuler de vobis, quo nomine ego cõsolatione repleor; & quãto maiori cura pro vobis afficior, quo magis angor; eo abundãtiori gaudio fruor, cùm intelligo bonum exitum afflictionum mearum pro vobis. Nam cùm venissem in Macedoniam, nec tamen cognoscerem quemadmodum apud vos ageretur, affligebar vehementer interius & exterius, idq; perpetuò; foris occurrebant multa quæ de vobis cogitandi & agendi materiam præberent: laborabat corpus exercitium variis pugnis, quæ ex internis timoribus oriebantur ac terroribus, quales iis accidũt qui eos quos charissimos habẽt, in labore, tristitia ac dolore, cura ac sollicitudinibus esse existimant. Sed Deus, qui afflictissimos ac valde depressos consolatur, nos est consolatus Titi aduentu, qui non solùm variis illis nostris curis aduenientes modum attulit & imposuit, sed nos omninò liberauit, tum sua ipsius consolatione, quam ille ceperat apud vos; verum etiam expositione animi, studij & affectus amantissimi vestri erga me, quod vos omnibus modis explicuistis & ostendistis illi.

8 Quoniam & si.] *Tametsi enim illa epistola grauior, aliquantoq; durior vobis fuerit, ita vt tristitiam attulerit; & si pœniteret meipsum cùm scriberem adductum in illam occasionem esse, vt contristaturus vos essem etiam ad horam, sed tamen occasione & hora oblata cum illo consilio vti expediret, non me pœnitet facti & consilij, quod breuis illa tristitia magnum bonum vobis erat paritura.*

9 Nunc gaudeo.] *Qui antea de vestra tristitia & dolebam & in cura eram, nunc optimo exitu cognito gaudeo; non quòd tristitia affecti fueritis: id enim ego noluissem si vitare commodè licuisset, aut si nulla causa fuisset quamobrem tristitia afficeremini, sed gaudeo quod tristitia illa, vt ex authoritate Dei vobis allata est, ita & agnita & accepta fuit tanquam ex Deo, atque fructus fecerit in vobis dignos tristitia illa quam Deus iis esse vult quos diligit, eos enim corripit, & ad pœnitentiam reuocat, atque per pœnitentiam ad salutem recipit: itaque nihil incommodi vobis illa tristitia, quam per epistolam nostram accepistis, attulimus, nihil detrimenti inueximus.*

gloriatio pro vobis: repletus
sum cõsolatione: superabũdo
gaudio in omni tribulatione
nostra. 5 Nam & cùm venissemus B
in Macedoniam, nullam
requiem habuit caro nostra,
sed omnem tribulationẽ passi
sumus: foris, pugnæ: intus, timores.
6 Sed qui cõsolatur humiles,
cõsolatus est nos Deus,
in aduentu Titi. 7 Non solùm
autem in aduentu eius, sed
etiam in consolatione, qua cõsolatus
est in vobis, referẽs nobis
vestrum desiderium, vestrum
fletum, vestram æmulationem
pro me, ita magis vt
gauderem: 8 Quoniam & si C
cõtristaui vos in epistola, non
me pœnitet: etsi pœniteret, videns
quòd epistola illa (& si ad
horã) vos cõtristauit. 9 nũc gaudeo:
non quia cõtristati estis,
sed quia cõtristati estis ad pœnitentiã.
Cõtristati enim estis
secũdum Deũ, vt in nullo detrimentũ
patiamini ex nobis.
10 Quæ

10 Quæ

1 Tim 2,19. [10]Quæ enim ſecũdum Deum
triſtitia eſt, pœnitẽtiam in ſa-
lutem ſtabilem operatur: ſe-
culi autem triſtitia mortem
operatur. [11]Ecce enim hoc ip-
ſum, ſecundum Deum cõtri-
ſtari vos, quantam in vobis
operatur ſolicitudinẽ: ſed de-
fenſionem, ſed indignationẽ,
ſed timorem, ſed deſiderium,
ſed æmulationẽ, ſed vindictã.
in omnibus exhibuiſtis vos,
incontaminatos eſſe negotio.
[12]Igitur etſi ſcripſi vobis, non
propter eum qui fecit iniuriã,
nec propter eũ qui paſſus eſt:
ſed ad manifeſtandam ſolici-
tudinem noſtram quã habe-
*ad vos 6 MS.G. mus pro vobis *coram Deo,
[13]ideò cõſolati ſumus. In con-
ſolatione autem noſtra, abun-
D dantiùs magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus
eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis. [14]& ſiquid apud illũ de
vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus: ſed ſicut omnia vo-
bis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit
ad Titũ, veritas facta eſt, [15]&
viſcera eius abundantius in
vobis ſunt: reminiſcentis om-
nium veſtrum obedientiam,
quomodo cum timore & tre-
more excepiſtis illum. [16]Gaudeo quòd in omnibus con-
fido in vobis.

10 Quæ enim ſecundum Deum.] *Namque alius & alius euentus & fructus eſt triſtitiæ, quæ ex Dei timore atque adeò ex eiuſdem authoritate accipitur, ad eumq; animos inducit placandum, & eam quam mundus affert iis qui mundum mundanaq; diligunt & mirantur; illa enim triſtitia operatur pœnitentiam, quæ in ſalutem haud pœnitendam homines deducit: excitat itaque ſpiritum triſtitia illa, & ſibi conſulere atque proſpicere facit eos quos afficit; at verò triſtitia de mundo mundaniſque rebus accepta oſſa exſiccat, homines deiicit, animos deprimit, & in mortem interdum corporis, ſæpè etiam animæ, intrudit, vel non valentes illam abiicere atque expellere, vel ſtudentes ea ſibi reponere & inſtaurare, aut etiam aſſequi, quorum defectu vel deſiderio in mœſtitia ſunt.*

11 In omnibus exhibuiſtis.] *Nullam partem conſilij, iudicij, curæ atque operæ, diligentiæ & obſeruationis prætermiſiſtis, quæ declarari poſſet id quod iam manifeſtum feciſtis, vos ab illo negotio immunes eſſe, quod criminis loco vobis obiiciebamus, de cauſa aduerſus fratrem ad iniquos iudices delata.*

12 Solicitudinem.] *Noſtrum de vobis ſtudium Deo cognitum & probatum.*

15 Et viſcera eius.] *Et amor ille intimus quo vos proſequebatur mirum in modum creuit & creſcit indies dum reminiſcitur, &c.*

IN

Z CAP.

CAP. VIII.

NOtam [1] autem facimus A
vobis fratres gratiam
Dei, quæ data eſt in Eccleſiis
Macedoniæ, [2] quòd in multo
experimẽto tribulationis abũ-
dantia gaudij ipſorum fuit, &
altiſſima paupertas eorũ abũ-
dauit in diuitias ſimplicitatis
eorum, [3] quia ſecũdum virtu-
tem (teſtimonium illis reddo)
& ſupra virtutem voluntarij
fuerunt, [4] cum multa exhorta-
tione obſecrãtes nos gratiam
& communicationem mini-
ſterij quod fit in Sanctos. [5] Et
non ſicut ſperauimus, ſed ſe-
metipſos dederunt, primùm
Domino, deinde nobis per vo-
luntatem Dei: [6] ita vt rogare- B
mus Titum, vt quẽadmodum
cœpit, ita & perficiat in " vo- "vos 2 MS. Amb. c.
bis etiam gratiam iſtam. [7] Sed
ſicut in omnibus abundatis fi-
de & ſermone, & ſcientia, &
omni ſolicitudine, - inſuper & - 6 MS. e. s.
charitate veſtra in nos, vt & in
hac

IN CAP. VIII.

1 Notam autem facimus.] *Exempla Macedonum quæ vobis exponemus, fratres, probabunt magnam Dei gratiam in Eccleſias illas collatam; quippe nõ ex humani ingenij viribus, non ex naturæ efficacitate, neque ex conſuetudine moreq; communi eſt, ſed ex manifeſta Dei gratia, vt ex ærumnis gaudium, ex egeſtate ſumma liberalitas oriatur. atqui Macedonum Eccleſiæ afflictiones multas ſummo cum gaudio & animorum alacritate, proprietatis vero cultu pertulerunt, in quibus & inopia paupertasq; profundiſſima fuit, quæ non ſolùm non impediuit illorum liberalitatem in ſubſidium Sanctorum, ſed benignitatis ſimplicitatem copioſiſſimam edidit. atque ita probauit certiſſimis periculis animos ipſorum, & in malorum tolerantia fortiſſimos, inuictiſſimos, atque adeò triumphatores, & in beneficentia promptiſſimos & ſtudioſiſſimos, atque adeò vtroque nomine charitate pleniſſimos.*

3 Quia ſecundum virtutem.] *Teſtor enim ipſe, illos contuliſſe in ſanctorum ſubſidia quantum pro facultate conferri potuit, & voluiſſe vltro cõferre vltra facultatem ſuam. ſtudiumq; auctiſſimum nobis probaſſe; quippe qui vltro nos fuerint exhortati, vt ſuſciperemus curam gratiæ & communicationis, quæ fit ad miniſtrandum Sanctis vitæ victusq; ſubſidium, & vt nos huic beneficentiæ procurandæ apud alios fratres ſtudium operamq; impenderemus. atque adeò non ſolùm ſuas illi portiones ad hãc rem contulerunt, ſicuti ſperabamus, ſed ſuas etiam operas vltro Deo primùm, & nobis per voluntatem Dei ponendas in hoc negotio pro arbitrio conſilioq; noſtro.*

6 Vt quemadmodum cœpit.] *Cùm ſciamus hoc beneficium vobis fieri, vt ad conferendum huiuſmodi ſubſidium inducamini; beneficium enim hoc piis eſt, qui Deo fœnerant: adhortati ſumus Titum, vt ipſe abſolueret incœptum erga vos à ſe beneficium.*

7 Sed ſicut.] *Sed cupio, vt non ſolùm vos promptos & officioſos in hoc beneficio faciendo, ſed vt in cæteris virtutibus & partibus vltra commune exemplum, & vltra bonam etiam exſpectationem abundatis, ita etiam in hoc genere abundetis.*

8 Non

hac gratia abundetis. [8] Non
quaſi imperans dico: ſed per
aliorum ſolicitudinem, etiam
*ingenuum 1 Ms. G. Pro ingeniū bonū, Amb. tantum legit: Bonū. Syri: Conſtantiā. veſtræ charitatis *ingenium
bonum comprobans. [9] Scitis
enim gratiam Domini noſtri
Ieſu Chriſti, quoniam propter
vos egenus factus eſt, cùm eſ-
ſet diues: vt illius inopia vos
diuites eſſetis. [10] Et conſiliū in
hoc do: hoc enim vobis vtile
eſt, qui non ſolùm facere, ſed
& velle cœpiſtis ab anno prio-
re: [11] nunc verò & facto perfi-
cite: vt queádmodum prom-
ptus eſt animus voluntatis: ita
ſit & perficiendi ex eo quod
habetis. [12] Si enim voluntas
prompta eſt: ſecundū id quod
C habet, accepta eſt, nō ſecundū
id quod nō habet. [13] Nō enim
vt aliis ſit remiſſio, vobis autē
tribulatio: ſed ex æqualitate.
[14] In præſenti tempore veſtra
abūdantia, illorū inopiā ſup-
pleat: vt & illorum abundan-
tia veſtræ inopiæ ſit ſupple-
mentum, vt fiat æqualitas,
Exod. 16, 8. [15] ſicut ſcriptum eſt: Qui mul-
*habuit 11 Ms. Amb. 8. tum *non abundauit: & qui
modi-

8 Non quaſi imperans.] *Non impero vobis, vt hoc ſuſcipiatis & præſtetis, ſed quod ego noui de charitate veſtra, curo etiam probari fratribus veſtris Macedonibus, qui tanto ſtudio rem hanc curant, atque hoc vobis germanum & certum eſſe apud illos exploratum reddo.*

9 Scitis enim.] *Hanc germanam veſtram charitatē ex eo intelligo, quòd vos ſciatis, Chriſtum pro vobis pauperem factum, eo etiā tempore cùm diues eſſet, veſtram paupertatem & inopiam, veſtram indigentiam in ſpiritu & veritate ſuſcepiſſe, vt vos in ſe ſuſceptos ſuis diuinis locupletaret diuitiis: deberi ergo illi à vobis, vos veſtraq́ omnia. Deinde ſcio, vos hac cognitione inſtructos vltro incepiſſe ſuperiori anno: non ſolùm vos cœpiſtis hoc facere, ſed vltro ſponteq́ propoſuiſtis & apud vos conſtituiſtis. Ideoq́ ſententiam meam etiam vobis adſtipulantem adiungo, quæ vobis conferat, iudicioq́ veſtro adiungatur.*

11 Promptus eſt animus voluntatis.] *Vt voluntatis promptitudini reſpondeat officij abſolutio ex facultate.*

12 Secundum id quod habet.] *Nemo excuſatur ex eo quòd parum habeat, non enim exigitur niſi pro ratione facultatis. ex eo quod non habet nō poteſt quicquam dare, neq́ ex alieno: ex eo quod habet ſi dederit, voluntas accepta eſt; neq́ oportet contentionē ſed facultatē reſpicere, atq́ ita voluntatē Deo probare.*

13 Non enim vt aliis.] *Nolumus vos omnino ſpoliari, & ad ſummam inopiam & indigentiam adigi, vt aliis abundè ſuppeditetur, ſed æqualitatem inprimis obſeruandam cenſemus pro temporum ratione: hoc enim tēpore famis in Iudæa graſſantis, cùm vobis abundè ſit vnde viuatis, illorum inopiæ prouiſum eſſe oportet, vt cùm illi abundent, veſtrum etiam defectum ſuppleant: ita vt in colligendo manna obſeruabatur, nam qui multum collegerat, tantùm id ſumebat in vſus ſuos, quantum in diem ſatis eſſet, & reliquum omne iis diſtribuebat qui parum collegiſſent, ita vt qui parum collegerat, non haberet minus quàm quod ſatis ſibi eſſet, propter hanc æqualitatem inter ipſos recto iudicio & libenti ſtudio ſeruatam.*

17 Sed cùm solicitior esset.] *Cùm ipse sua sponte vestri studiosior esset, vltro etiam ad vos abiit, cùm propter nostrã exhortationem, tum etiam propter studium suum erga vos.*

18 Cuius laus est in Euangelio.] *Qui Euangelium summa integritate & fide prædicauit, cuius rei testimonium Ecclesiæ omnes ferunt, in quibus versatus est.*

19 Destinatam voluntatem nostram.] *Hoc enim consilio suscepimus curam hanc nobis impositam, vt Deus ipse laudaretur, qui talem charitatem in hominum se colentium animis incendit, & nostra etiam promptitudo ad inseruiendum fratribus, hoc etiam ministerio cognosceretur.*

20 Deuitantes hoc.] *Namq; omnino illud vitamus, ne quis meritò desideret in nobis illam animi promptitudinem, illam in charitate exuberantiam, illam plenitudinem officij, quã ministerij nostri magnitudo postulat, quamq; nos tantopere commendamus atq; suademus aliis; vtpote qui honesta & pulchra non solùm coram Deo, sed coram hominibus curemus.*

22 Confidentia multa in vos.] *Sua sponte diligentem semper, nunc verò diligentiorem & magis excitatum propter fiduciã magnam quæ mihi erga vos est.*

23 Siue pro Tito.] *Quod ad authoritatem & dignitatem eorum qui ad vos mittuntur attinet, & ex consequenti ad rationem vobis habendam illarum personarum & testimoniorũ, intelligite illos gerere non solùm suas personas, sed eorum à quibus mittuntur: Titum suam & nostram, vtpote socium & adiutorem meum in Euangelio: duo alij præterquam quòd fratres nostri sunt, sunt Apostoli Ecclesiarum ad vos missi gloriæ Christi prædicandæ ac commẽdandæ & promouendæ causa.*

24 Ostensionem ergo.] *Igitur his suscipiendis & expediendis, sicut ipse de vobis mibi persuadeo., tum charitatis vestræ exemplum edetis, tum etiam, id quod ego de vestro in me studio atque adeò de omni pietatis officio testari & prædicare soleo, demonstrabitis & probabitis*

modicum, non minorauit.
[16] Gratias autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro
vobis in corde Titi, [17] quoniã
exhortationem quidem suscepit: sed cùm solicitior esset, sua
volũtate profectus est ad vos.
[18] Misimus etiam cũ illo fratrẽ
cuius laus est in Euangelio per
omnes Ecclesias: [19] non solum
autem, sed & ordinatus est ab D
Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiã quæ
ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostrã: [20] deuitantes
hoc, nequis nos vituperet in
hac plenitudine quę ministratur à nobis. [21] Prouidemus *Rom. 12, 17.*
enim bona non solùm coram
Deo, sed etiam coram hominibus. [22] Misimus autem cum
illis & fratrem nostrum, quem
probauimus in multis sæpe
solicitum esse: nunc autem
multo solicitiorem, confidentia multa in vos, [23] siue pro Tito qui est socius meus & in
vos adiutor, siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarũ, *gloriæ* Christi. [24] Ostensionem **vobis MS. Amb. 1. *gloria 2 MS.C.*
ergo quæ est charitatis vestræ
& no-

& noſtræ gloriæ pro vobis, in
illos oſtendite in facie Eccle-
ſiarum.

CAP. IX.

A NAm 1 de miniſterio
quod fit in ſanctos ex
abundanti eſt mihi ſcribere
vobis. 2 Scio enim promptum
animum veſtrum: pro quo de
vobis glorior apud Macedo-
nes. Quoniam & Achaia pa-
rata eſt ab anno præterito, &
veſtra æmulatio prouocauit
plurimos. 3 Miſi autẽ fratres:
vt ne quod gloriamur de vo-
bis, euacuetur in hac parte, vt
(quemadmodum dixi) parati
B ſitis: 4 ne cùm venerint Mace-
dones mecum & inuenerint
vos imparatos, erubeſcamus
nos, vt nõ dicamus vos in hac
ſubſtantia. 5 Neceſſarium ergo
exiſtimaui rogare fratres vt
perueniant ad vos, & præpa-
rent repromiſſam benedictio-
nem hanc paratã eſſe ſic, quaſi
benedictionem, nõ tanquam
auaritiam. 6 Hoc autem dico,
Qui parcè ſeminat, parcè &
metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictioni-
C bus & metet. 7 Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo:
Eccleſ. 35, 11 non ex triſtitia aut ex neceſſitate. hilarem enim datorem dili-

bitis Eccleſiis omnibus, quorum Apoſtoli ac legati hi ſunt. id fiet cùm hi viderint, qua alacritate illi à vobis ſuſcepti ſint vt mei & Eccleſiarum legati.

IN CAP. IX.

1 Nam de miniſterio.] *Nam rem ipſam cuius cauſa iſti miſſi ſunt, ſcio vobis adeò eſſe commendatam, vt teſter primùm per vos conſtitutam & cœptam, in aliorum exemplum & æmulationem fuiſſe diffuſam.*

2 Achaia.] *Græcia reliqua. nam Macedones nunc demum parati ſunt; Græcia ab anno ſuperiori, cùm intelligerent hoc à vobis eſſe inceptum.*

Veſtra æmulatio.] *Zelus qui à vobis initium habuit, & ſtudium erga ſanctos.*

4 In hac ſubſtantia.] *In hac perſeueratione & fiducia, qua de vobis conſtantiſſimè gloriamur.*

5 Et præparent repromiſſam benedictionem.] *Omnibus partibus abſolutam habeant illam à nobis commendatam benignitatem & largitatem, tum animo tum re ipſa probandam.*

6 Qui parcè ſeminat.] *Qui erogat parcè, cùm liberalius poſſit; metet quidem, ſed pro ratione animi & erogationis. præmium accipiet longè minus, quàm ille qui ſpontè, benignè, atque libenter erogat: namque hic abundantiſſimum reportabit fructum.*

7 Prout deſtinauit,] *Præoptauit præter coactionem aut ſordes vel triſtitiam.*

8 Potens

8 Potens est autem Deus.] *Potest Deus: itaque sperandum est iis qui benignè seminant, efficiendum, vt cum vobis nihil desit eorum quæ satis sunt ad vitæ vsum, tamen abundè sit ad beneficentiam & liberalitatem, atque ad omne opus bonum, itaque vobis non incommodè sit, aliis verò per vos commodissimè.*

9 Iustitia eius manet.] *Qui dando pauperibus dispersit, etiamsi videtur carere iis quæ dederit & disperserit, tamen repositam habet apud Deum illam beneficentiæ iustitiã, quam neque in hoc seculo, neque in futuro vnquam inanem experietur.*

10 Qui autem administrat.] *Qui agricolis semen suppeditat quod terræ mandetur, atque ex illo prouentus etiam facit quo agricola atque alij possint viuere, idem vobis, quippe potest & hoc amat, seminantibus in subsidium sanctorum suppeditet abundè escas quibus viuatis, & præterea fructus beneficentiæ iustitiæq; vestræ omnes, inq; his etiam liberalitatem ipsam multiplicet, ita vt abundantius in dies benignitatem exerceatis, ex qua nos studemus gratias Deo agere.*

12 Ministerium huius officij.] *Oblationis huius Deo dicata administratio.*

13 Per probationem.] *Sancti illi Ierosolymitani, cùm experiantur vestram erga se charitatem & benignitatem, gratias agunt Deo, qui salutem etiam Gentibus communicarit, & omnes tam Iudæos quàm Græcos in idem Euangelij gloriæ Christi studium & iugum coniunxerit, & omnes vnum fecerit, vnius Ecclesiæ filios, vnius capitis membra, quæ sibi oportuna subsidia liberaliter & amanter præbeant & communicent; atque ita accenduntur magis ad precandum Deum, vt eminentem illam gratiam suam vobis & Gentibus omnibus abundè donet, & vos amabunt & & suscipient, intelligentes gratiam Dei in vobis eminenter ostendi.*

15 Super

git Deus. 8 Potens est autem
Deus omnem gratiam abun-
dare facere in vobis: vt in om-
nibus semper omnẽ sufficien-
tiam habentes, abundetis in
omne opus bonũ, 9 sicut scri-
ptum est: Dispersit, dedit pau- *Psal. 111, 9.*
peribus: iustitia eius manet in
"æternum". 10 Qui autem ad- *"seculum seculi. a s. c q.*
ministrat semen seminanti, &
panem ad manducandũ præ-
stabit: & multiplicabit semen
vestrum, & augebit incremẽ-
ta frugum iustitiæ vestræ. 11 vt
in omnibus locupletati abun-
detis in omnem simplicitatẽ,
quæ operatur per nos gratia- D
rum actionem Deo. 12 Quo-
niam ministerium huius offi-
cij non solùm supplet ea quæ
desunt sanctis, sed etiam abũ-
dat per multas gratiarũ actio-
nes in Domino, 13 per proba-
tionem ministerij huius, glo-
rificantes Deum in obediẽtia
confessionis vestræ in Euãge-
lium Christi, & simplicitate
communicationis in illos, &
in omnes, 14 & in ipsorum ob-
secratione pro vobis, deside-
rantium vos propter eminen-
tem gratiam Dei in vobis.
15 Gra-

15 Gratias Deo super inenarra-
bili dono eius.

Cap. X.

A Ipse 1 autem ego Paulus ob-
secro vos per mansuetudi-
nem & modestiam Christi,
qui in facie quidem humilis
sum inter vos, absens autem
confido in vobis. 2 Rogo autē,
ne præsens audeam per eam
confidentiā qua existimor au-
dere in quosdam: qui arbitrā-
tur nos tanquam secundum
carnem ambulemus. 3 In car-
ne enim ambulantes, non se-
cundum carnem militamus.
4 Nam arma militię nostrę nō
carnalia sunt: sed potētia Deo
ad destructionem munitio-
num, consilia destruentes, 5 &
omnem altitudinem extollē-
tem se aduersus scientiā Dei,
B & in captiuitatem redigentes
omnem intellectum in obse-
quiū Christi, 6 & in promptu
habentes vlcisci omnem ino-
bedientiam, cùm impleta fue-
rit vestra obedientia. 7 Quę se-
cundum faciem sunt, videte.
Si quis confidit sibi, Christi se
esse: hoc cogitet iterum apud
se, quia sicut ipse Christi est:

15 Super inenarrabili dono eius.] *Spiritus sancti dono, ex quo tanta hominum generi commoda oriuntur.*

In cap. x.

1 Ipse autem ego] *qui adeò de vobis vestraq́ue fide & obedientia gloriari soleo, tantoq́ue salutis vestræ studio sum incensus, precor vos per illam lenitatem clementiamq́ue Christi Iesu; qui, vt Patris misericordissimi Filius & interpres, non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. ipse, inquam, ego Paulus, qui, vti apud vos fertur, humilis coram vobis esse soleo, absens verò cōfidentia vtor in vos.*

2 Ne præsens.] *Hoc est quod rogo vos ne patiamini, vt cùm venero cogar vti illa confidentia, qua cogito vti aduersus quosdam, qui nos existimant nihil vel authoritatis, vel libertatis, vel virtutis plus ostensuros, ac si secundum carnem carnisq́ue prudentiam ageremus.*

3 In carne enim.] *Quamquam enim hanc humanæ carnis infirmitatem circumferamus; tamen, quod ad militiæ nostræ exercitationem & consuetudinem attinet, instructi sumus armis & auxiliis non carnalibus, quibus vtimur in ministerio nostro non secundum carnem.*

4 Non carnalia sunt.] *qualia homines in suis humanis ministeriis gestare solent, tum authoritate, tum facultate petita & accepta ab hominibus ex arte, industria, consiliisq́ue humanis: nostra verò arma efficacissima sunt & validissima ex virtute authoritateq́ue Dei, quibus armis expugnamus & superamus cogitationes & virtutes eorum qui aduersantur Deo doctrinæq́ue Christi.*

7 Quæ secundum faciem.] *Itáne tantùm ea adspicitis quæ exterior facies ostendit, & non existimatis veram solidam internamq́ue virtutem? Siquis confidit se esse verum, legitimum, atque adeò syncerum Christi ministrum, testem præterea veritatis Christi, præditū iis partibus & virtutibus, quas ex Christo acceptas agnosci oportet, is rursus etiam non admonitus sed ex seipso intelligere poterit & agnoscere nos etiam Christi esse.*

ita & nos. [8]Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de po-
testate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationē,
& non in destructionem vestram: non erubescam. [9]Vt au-
tem non existimer tanquā ter-
rere vos per epistolas, [10](quo- C
niam quidē epistolæ, inquiūt,
graues sunt & fortes: præsen-
tia autem corporis infirma,
& sermo cōtemptibilis) [11]hoc
cogitet qui eiusmodi est, quia
quales sumus verbo per epi-
stolas absentes, tales & præ-
sentes in facto. [12]Non enim
audemus inserere aut compa-
rare nos quibusdam, qui seip-
sos commendant: sed ipsi in
nobis nosmetipsos metientes,
& comparantes nosmetipsos
nobis. [13]Nos autem nō in im- *Ephes 4.8.*
mensum gloriabimur, sed se-
cundum mensuram regulæ,
qua mensus est nobis Deus,
mensuram pertingendi vsque
ad vos. Non enim quasi non D
pertingentes ad vos, superex-
tendimus nos. Vsque ad vos
enim peruenimus in Euange-
lio Christi: [15]non in immen-
sum gloriantes in alienis la-
boribus: spem autem habētes
crescentis fidei vestræ, in vo-
bis magnificari secundum re-
gulam

9 Vt autem non existimer.] *vt ne quis dicat me videri hominem aliquem in scribendo confidentiorem, in agendo timidum, qui tantùm norit epistolis terrere vos, cùm autem præsens sum, meticulosum & infirmum atque sermonis ignauum & nihili, ita nec spiritum mihi superesse nec verba.*

12 Non enim audemus.] *Nam, vt illis videtur qui seipsos commendant, nos non audebimus comparare aut numero eorum inserere, sed cùm ipsi nos nobis comparent, seq; ipsos sibi minimè intelligunt, quod sit probandi ministri officium, cuius mensura sunt virtutis exercitia exempla, non verba iactationesq;. itaque cùm illis nulla alia mensura sese metiantur, quàm seipsis, ridiculos profectò se præbent: oportet enim aliquid commune esse & manifestum, cui admotum id cognoscatur, quàm magnum sit quod metiri volumus: nihil tale isti proferunt præter seipsos; comparant nos sibi, affirmantq; nos non esse illis pares. Siquis verò roget, qua magnitudine illi sint: respondebunt sua magnitudine se esse. nihil præterea producent quo magnitudinis ipsorum æstimetur mensura.*

13 Non in immensum gloriabimur.] *Nos non gloriabimur vltra modum & finem mensuræ nobis à Deo præscriptæ, ita vt alienos inuadamus fines, & dicamus nos esse ministros eorum quibus nihil vnquam ministrauerimus. verùm gloriamur secundum mensuram regulæ ac definitionis nobis à Deo traditæ; hoc est, ministerij nostræ fidei ac diligētiæ commissi; cuius fines quamquam aliqui dicant non esse longos, tamen negare non possunt ad vos pertingere; nam vsque ad vos Euangelium Christi prædicantes, virtutemq; illius vobis communicantes pertigimus.*

15 Spem habentes.] *Cùm gloriamur ad vos pertigisse Euangelij nostri ministerio, non vsurpamus alienos labores, aut spacium nobis negatum*

gulam nostram in abundantiam, [16] etiam in illa quæ vltra vos sunt, euangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari. [17] Qui autem gloriatur: in Domino glorietur. [18] Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem [n] Deus commendat.

Iere.9,23.
1 Cor.1,31.

*Dominus; MS. Amb.

negatum & aliis traditum, sed nostrum ipsum indicamus, quod etiam augescente fide vestra speramus dilatatum prorogatumq; iri vlterius atque amplius, neq; in eo excedendã fore mensuram à Deo nobis præscriptam; speramus, inquam, etiam nos euangelizaturos.

17 In Domino glorietur.] *Fundamẽtum iaciat gloriationis in authoritate, facultate, virtute à Domino accepta, atque in exercitatione harum partium Deo probata: neq; enim siquis sibi ipsi placet, ideò & placere se aliis oportere conuincat; neque quòd quis pulchrum se existimat, ideò pulcher est, sed qui à Deo dona accipit quæ & legitime exercita in Deum refert.*

CAP. XI.

A [1] VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me: [2] Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. [3] Timeo autẽ ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simpli-

Genes.3,4.

IN CAP. XI.

1 Vtinam sustineretis.] *Quãdoquidem eò deuentum est, vt ille qui seipsum prædicat, sibi videatur & laudem & laudum ius arrogare, neque quàm verè sese prædicet curandum putet; & propriarum laudum iactatio, etiã earum quæ veritati nituntur, insipiẽtiæ genus putidum sit, si quis suas sibi laudes tribuat, atque hoc nomine ego vobis insipiens fortasse videor, quod laudes commemorem meas: cupio tamẽ, quãdo ita è re vestra atque ex præsentibus moribus esse video, aliquantis per me vobis insipientem præbere mea prædicando, ne fortè illa propria commendatione & prædicatione ab illis seducti animum aliò quàm quo ego cupio, cõuertatis: velim verò à vobis aliquantulum patientiæ impetrare, vt paulisper insipientiam hanc meam toleretis. verùm ego mihi persuadeo vos me tolerare maximè studio meo perspecto: namque illi vos, vti vereor, vt ad se abducant, atque vt perdant, sollicitant illis suiipsorum prædicationibus: ego verò vos vehementer amo, ambioq;, & zelotypia prosequor ardentissima, non vt mihi addicam, sed vt Christo coniungam, cuius minister sum, cuique vos despondi exhibere in coniugium, atque vt castam virginem illi sistere destinaui, idq; omni studio ago & curo, curaniq; hactenus: nihil autem mirum si ij qui zelotypia flagrant, seipsos commendent, atque aliis importunis seductoribus magis quàm amatoribus præferant. Sum minister Christi, cuius partes in nuptiis his adornandis & procurandis ago. debeo fidelis, sedulus, atque acer illius causa esse qui mihi hanc fidem curamq; commisit.* 3 Timeo autem.] *Ex hoc summo zelo, quo vos ambio, vereor ne quis puritatem illam virgineam, quam vobis inesse par est atq; ego curo, per fraudes & astus contaminet, atque vos Christo indignos abalienatosq; reddat, non secus atque callidissimus ille serpens Euam, quam Deus mundi huius dominam esse & perpetua vita vti voluerat, seduxit; ab illaq; simplicitate credendi & obediendi Deo deiecit.*

4 Nam si is qui venit.] *Si quis post me vos accedens prædicat Christum alium, maiorique virtute aut efficientia, aut aliter se habentem, quod ad salutis rationes attinet, quàm à nobis prædicatum est, neque nos omnia vobis quæ oportet prædicauimus, aut si ex illorũ prædicatione alium spiritum accipitis quem nõ acceperatis ex nostra prædicatione, ita vt doctrina vberior & doctrinæ virtus maior atque efficacior ostendatur, aut si nuntius bonus alius vobis exponitur præstantior eo quem à nobis accepistis, rectè pati possetis eius qui huiusmodi vobis præstantiam affert, laudes, authoritatem, & imperium.*

5 Existimo enim.] *Quãquam verò aliqui Apostolos magnos & summos appellent quibus me posthabeant, vtpote minimum, & postremum post illos duodecim, tamen officio atque virtute nõ inferiorẽ fuisse magnis illis Apostolis.*

6 Nam etsi.] *Nam quamuis mihi detrahat quispiam facundiam illam artificiosam verbis magis quàm rebus fultam, quam ipse neque sector neque profiteor, atque in ea veluti idiotam exhibeo me; at verò scientia veritatis atque illius expositione neque rudis neque imperitus sum, quippe qui sacrarum Scripturarum sensum ex diuini Spiritus dono acceperim, atque huius rei argumenta, omnibus partibus & numeris absoluta, re & experimento vobis explorata esse cognouimus.* 7 Meipsum humilians,] *& manibus meis parans mihi victum.*

9 Nulli onerosus fui.] *non cessaui ab opera, vt mihi victum pararem meo labore, neque etiam ab officio Euangelij; atque ita nulli grauis incommodusue fui.*

10 Est veritas Christi in me.] *Sicut Christi testimonium in me est, quod ego maximum thesaurum & summum bonum existimo, atque ita teneo vt pro illo vitam etiam effundam; sic affirmo hãc gloriationem mihi in omni Achaia occludi non posse.*

12 Quod autem facio.] *Persistam in proposito, & efficiam semper ne isti qui se eo maiores & digniores ministros haberi volunt, quo amplius*

simplicitate quæ est in Chri-
sto. 4 Nam si is qui venit alium
Christum prædicat quem nõ
prædicauimus, aut alium spi-
ritum accipitis quem non ac-
cepistis: aut aliud Euãgelium
quod non recepistis: rectè pa-
teremini. 5 Existimo enim ni-
hil me minus fecisse à magnis
Apostolis. 6 Nam etsi imperi-
tus sermone, sed non scientia. B
in omnibus autẽ manifestati
sumus vobis. 7 Aut nunquid
peccatum feci, meipsum hu-
milians, vt vos exaltemini?
quoniam gratis Euangelium
Dei euãgelizaui vobis? 8 Alias
Ecclesias expoliaui, accipiens
stipendium ad ministerium
vestrum. 9 Et cùm essem apud
vos, & egêrem, nulli onerosus
fui: nã quod mihi deerat, sup-
pleuerunt fratres qui venerũt
à Macedonia: & in omnibus
sine onere me vobis seruaui,
& seruabo. 10 Est veritas Chri- C
sti in me, quoniam hæc glo-
riatio non infringetur in me,
in regionibus Achaię. 11 Qua-
re? quia non diligo vos? Deus
scit. 12 Quod autem facio: &
faciam, vt amputem occasio-
nem

nem eorum qui volunt occa-
ſionem: vt in quo gloriantur,
inueniantur ſicut & nos. [13] Nā
eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt
operarij ſubdoli, tráſfiguran-
tes ſe in Apoſtolos Chriſti.
[14] Et nō mirum: ipſe enim Sa-
tanas transfigurat ſe in Ange-
D lum lucis. [15] non eſt ergo ma-
gnum ſi miniſtri eius transfi-
gurentur velut miniſtri iuſti-
tiæ: quorū finis erit ſecundùm
opera ipſorum. [16] Iterum dico,
(ne quis me putet inſipientem
eſſe: alioquin velut inſipiētem
accipite me, vt & ego modicū
quid glorier) [17] quod loquor,
*Dominum 2 MS.G.S. non loquor ſecundū "Deum',
ſed quaſi in inſipientia, in hac
ſubſtātia gloriæ. [18] Quoniam
multi gloriantur ſecundùm
carnē: & ego gloriabor. [19] Li-
bēter enim ſuffertis inſipien-
tes: cùm ſitis ipſi ſapientes.
E [20] Suſtinetis enim ſi quis vos in
ſeruitutem redigit, ſi quis de-
uorat, ſi quis accipit, ſi quis ex-
tollitur, ſi quis in faciem vos
cædit. [21] Secundùm ignobili-
tatem dico, quaſi nos infirmi
*1 MS.G.S. fuerimus "in hac parte'. In quo
quis audet (in inſipiētia dico) audeo & ego. [22] Hebræi ſunt: &

amplius vos expoliant, occaſionem habeant dicendi, ſe, qui aliàs eloquentia & iactatione ſuperiores nobis ſunt, pares eſſe in commodis quærendis ſibi ex vobis: quandoquidem & nos quærimus noſtra commoda. hoc illi nunquam verè dicent, neque etiam verè dicent ſe gratis miniſtraſſe vobis, vt nos dicere ſemper poſſumus.

13 Pſeudoapoſtoli ſunt.] *Qui ſe à Chriſto miſſos probare non poſſunt, ſed ab ambitione cupiditateq́; ſua; & aliena gloria captationi ſtudent potius quàm Chriſto: & ſi vera prædicant, tamen quia ſuis rationibus & cōſiliis permiſcent, operarij doloſi ſunt.*

14 In Angelum lucis.] *Solet non rarò ſimulare ſe Angelum lucidum, ſapientem, conſulentem, & proſpicientem iis quos tentat, miniſteriumq́; vſurpare fingit bonorū Angelorū.*

15 Velut miniſtri iuſtitiæ.] *miniſtri iuſti ac ſynceri.*

17 In hac ſubſtantia gloriæ.] *Quandoquidem hoc ex humanis moribus admittendum nunc putatur, vt gloriatione vti oporteat: igitur cùm multi quædam ad gloriationem afferant, quæ nihil prorſus faciunt ad miniſterij authoritatem & dignitatem atque expeditionem, ego etiam eiuſmodi argumentis vtar, vt illos pudefaciam vobis etiam iudicibus.*

21 Secundùm ignobilitatem dico.] *Dixi vos tolerare ſi quis vos in faciem cædat; ſed quamquam hoc non fueritis paſſi re ipſa; tamen quantum ad contumeliam & ignobilitatem, perinde excipimini ab iſtis dominis & imperioſis miniſtris, ac ſi quotidie in facie cæderemini. Illi enim ſi rogentur cur his modis vos excipiant, quorum exemplum noſtrum nullum extat apud vos; reſpondebunt nimirum quod nos ſimus illis multo inferiores & minores, atq; adeò infirmi, neque auſuros nos illis dignitate comparare, nedum authoritate atque actionibus: verùm videamus an aliquid illis ſit præſtantius, ex quo iſtam audaciam ſibi arrogent.*

23 In

ego. Iſraëlitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ ſunt: & ego.
23 Miniſtri Chriſti ſunt: ˉ& ego' (vt minus ſapiens dico) plus ˉ1 MS. Amb. c. 3.
ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in F
plagis ſupra modum, in mor-
tibus frequenter. 24 A Iudæis
quinquies, quadragenas, vna Deut. 25, 3.
minus, accepi. 25 Ter virgis cę- Act. 16, 22.
ſus ſum, ſemel lapidatus ſum, Act. 14, 18.
ter naufragiũ feci, nocte & die Act. 27, 2. 41
in "profundum' maris fui, 26 in "profundo: 1 MS. 2. Amb. C.
itineribus ſæpe, periculis flu-
minum, periculis latronũ, pe-
riculis ex genere, periculis ex
Gẽtibus, periculis in ciuitate,
periculis in ſolitudine, pericu-
lis in mari, periculis in falſis
fratribus, 27 in labore & ærũ-
na, in vigiliis multis, in fame &
ſiti, in ieiuniis multis, in frigo-
re & nuditate, 28 pręter illa quę
extrinſecus ſunt: inſtãtia mea
quotidiana, ſolicitudo omniũ
Eccleſiarum. 29 Quis infirma- G
tur, & ego non infirmor? quis
ſcandalizatur, & ego nõ vror?
30 Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.
31 Deus & Pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in
ſecula, ſcit quòd non mentior. 32 Damaſci præpoſitus Gen- Act. 9, 24.
tis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt
me comprehenderet: 33 & per feneſtram in ſporta dimiſſus
ſum per murum, & ˉſic' effugi manus eius. ˉ4 MS. Amb. C. 8.

23 In mortibus frequenter] *In præſentis mortis frequentibus periculis.*

24 Quinquies.] *Quinquies, quadragenas, vna minus, hoc eſt, nouem & triginta plagas accepi, ex illorum ritu flagellandi eos quos aduerſus ceremonias vel religionem aliquid admiſiſſe conſtet.*

25 Virgis cæſus ſum.] *A Romanis ac Gẽtibus grauiſſimè ſum verberatus.*

26 Periculis ex genere,] *à gentilibus meis Iſraëlitis.*

27 In labore,] *in fatigatione.*

28 Præter illa quæ extrinſecus ſunt.] *Complura alia quæ ad alios mihi charos, vel ad me etiam pertinent. & priuata incommoda, quæ non tam Euangelij cauſa, quam ex conſequenti aliqua ratione eueniunt. & agmen illud mihi quotidie inſtans, vbicunque ſim, quod me perpetuò angit; hoc eſt, ſollicitudo omnium Eccleſiarum.*

29 Quis infirmatur,] *Affligitur.*

30 Quæ infirmitatis meæ ſunt.] *Ea ego iactabo & in laudem meam prædicabo, quæ aduerſarij iſti mihi tanquam ignobilia obiiciũt, & quibus me ſibi comparatum vilem hominem iudicant.*

IN

CAP.

CAP. XII.

A SI[1] glori..ri oportet (nõ expedit quidem) veniã autem ad visiones & reuelationes Domini. [2]Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, nescio: siue extra corpus, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. [3] Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit) [4]quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. [5]Pro huiusmodi

B di gloriabor: pro me autẽ nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. [6]Nã & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam. parco autem: ne quis* me existimet super id quod videt⁻ in me, aut aliquid audit ex me. [7] Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ,

Act. 9, 3. 22, 17.

*in 1 MS. G.S.

- 5 MS. Amb. G.S.

IN CAP. XII.

1 Si gloriari oportet.] *Inuitus versor in gloriationibus hisce: nam quanquam intelligam gloriari oportere ad deiiciendam gloriationẽ eorum qui vos hac astutia & inuentione seducere conantur, tamen cum gloriationem & iactationem partium, facultatum & virtutum, artiumq́; ministri nihil expedire intelligã, nihil conducere ministro ad ministerium, cuius officium totum exspectandũ est in ministerij simplicitate & veritate, atque in virtutis & efficientiæ experimento: ideoq́; libẽter & studiosè supersedeo ab inepta gloriatione quæ ex hominum ipsorum personis sumitur; atq; de illis rebus agam quæ dignitate ampliores iudicantur, atque à Deo omnino efficiũtur, neque omnibus ministris cõmunes sunt, sed raris ex singulari dono, cuius generis reuelationes sunt, quas nullas fortasse isti gloriatores iure gloriari poßint.*

2 Scio hominem in Christo.] *Testor Christum hoc esse verum; & ex illius dono in me profectum non mihi arrogo, sed ipsi adscribo ac tribuo.*

4 Arcana verba.] *Res quæ nullo humano sermone explicari possunt; caret enim lingua hominum communis verbis significantibus eas res quæ super humanum captum sunt.*

5 Pro huiusmodi.] *Huiusmodi beneficia Dei illi accepta referens, afferre in mediũ possum, tanquam vera & solida argumenta commendationis ministri à Deo non solùm delecti & ornati atque instructi oportunis donis, verùm auctum etiam maximarum cognitione rerum. mea autem nihil afferam ad gloriationem, nisi ea quæ vestri isti iactatores sibi inesse nollent, & quæ mihi obiiciunt vt ignominiosa, ideo vili apud illos existimato.*

6 Parco autem.] *Supersedeo & nolo gloriari, etiam si quidquid dicerem verum dicerem. nolo autem vt quis de me plus sentiat quàm quod ego præfero aut quod profiteor; neque enim gloriam alienam capto.*

7 Stimulus carnis meæ.] *Nuntius aduersarius gloriæ Dei & Christi, qui perpetuò curat meam carnem affligi ac pungi vbicunque sim: ita fit, vt colaphizatus ab hoc nuntio non extollar reuelationum magnitudine. & quamquam efferri nolim, tamen ter Dominum rogaui vt hunc perpetuo colaphizantem à me remoueret.*

tanæ, vt me colaphizet. [8]Propter quod ter Dominũ rogaui,
vt diſcederet à me: [9] & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea,
nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloria- C
bor in infirmitatibus meis, vt
inhabitet in me virtus Chriſti.
[10]Propter quod placeo mihi in
infirmitatibus, in cõtumeliis,
in neceſſitatibus, in perſecu-
tionib⁹, in anguſtiis pro Chri-
ſto. Cùm enim infirmor: tunc
potẽs ſum. [11]Factus ſum inſi- D
piens: vos me coëgiſtis. Ego
enim à vobis debui commen-
dari: nihil enim minus "fui" ab 'feci MS. R. Amb. Q. D.
iis qui ſunt ſupra modũ Apo-
ſtoli: tametſi nihil ſum. [12] Si-
gna tamen "Apoſtolatus mei" 'Apoſtoli 6 MS. Amb. G. R.
facta ſunt ſuper vos in omni
patientia, in ſignis & prodigiis
& virtutibus. [13]Quid eſt enim
quod minus habuiſtis præ cę-
teris Eccleſiis: niſi quòd ego
ipſe non grauaui vos. Donate
mihi hanc iniuriã. [14]Ecce, ter-
tio hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero grauis vobis. E
Non enim quæro quæ veſtra ſunt: ſed vos. Nec enim debent
filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. [15]Ego autem
libentiſſimè impendam & ſuperimpendar ipſe pro anima-
bus veſtris: licet plus vos diligens minùs diligar. [16]Sed eſto:
ego vos non grauaui: ſed cùm eſſem aſtutus, dolo vos cepi.
[17]Nunquid per aliquẽ eorum
quos miſi ad vos, circumueni
vos?

9 Sufficit tibi gratia mea.] *Patere & fer iſtam afflictionem, ad quam ferendam & vincendam animum viresq́ corporis imbecillitati negatas, gratia mea abundè ſufficiet. & cognoſcetur apertè non ex tua fortitudine, ſed ex virtute mea effici vt perferre tolerareq́ poſſis tantam afflictionum vim. Cùm igitur hæc infirmitas mea huiuſmodi magnis & aſſiduis afflictionibus exercita, oportunitatem aliquam habeat ad gratiam atque virtutem Chriſti probandam, libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt virtus Chriſti locum poſſideat, in quo ſeſe manifeſtam oſtendat.*

10 Placeo mihi.] *non tantùm fero æquo animo, ſed & libens gaudensq́.*

11 Factus ſum inſipiens,] *gloriationem hanc dum inuitus profero.*

Ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.] *à ſummis illis Apoſtolis.*

13 Non grauaui vos.] *Non fui in otio & alienus à labore, vt vos cogerem ad me alendum, atque ita grauarem.*

14 Ecce, tertio hoc paratus ſum.] *Iam tertio conſtitui apud me, cùm bis antea conſtituerim, verùm impeditus fuerim à Domino.*

17 Circumueni vos?] *expilaui vel expoliaui?*

19 Coram

F vos? [18]Rogaui Titum: & misi cum illo fratrẽ. Nunquid Ti-
tus vos circumuenit? nónne eodẽ spiritu ambulauimus? nón-
ne iisdem vestigiis? [19] Olim putatis quòd excusemus nos
apud vos? Corã Deo, in Chri-
sto loquimur: omnia autem
charissimi propter ędificatio-
nem vestrã. [20]Timeo enim ne
fortè cùm venero, non quales
volo, inueniam vos: & ego in-
G ueniar à vobis, qualẽ non vul-
tis: ne fortè contẽtiones, æmu-
lationes, animositates, dissen-
siones, detractiones, susurra-
tiones, inflationes, seditiones
sint inter vos. [21]ne iterũ cùm
venero, humiliet me Deus
apud vos: & lugeã multos ex
iis qui antè peccauerunt, & nõ
egerunt pœnitentiã super im-
mũditia & fornicatione & im-
pudicitia quam gesserunt.

CAP. XIII.

A ECce [1]tertio hoc venio ad
vos: In ore duorum vel
Deut. 19,15. Matt. 17,16. Ioan. 8.17. Heb. 10,28.
trium testiũ stabit omne ver-
bum. [2]Prædixi & prædico, vt
*bis 4 MS. G. S. Q. D.
præsens*, & nũc absens, iis qui
antè peccauerunt, & cæteris
omnibus; quoniam si venero
iterum, non parcam. [3]An ex-
perimentum quęritis eius qui
in me loquitur Christus: qui
in

19 Coram Deo, in Christo loquimur.] *Simpliciter & verè & ex Spiritu Christi, cuius voluntate & authoritate sic agimus & conuersamur, atque etiam sic loquimur, vt decet eos qui sunt in Christo.*

21 Ne humiliet me Deus apud vos.] *ne apud vos, quorum fide, virtute, obedientia & constãtia ego gloriari soleo etiam apud Deum, affligar ex dolore & mœrore quem accepturus necessariò sum, si vos vitiis inquinatos & pœnitentiam negligentes reperero.*

IN CAP. XIII.

1 Tertio hoc.] *Cùm iam tertio parem ad vos venire, quod consilium magno argumento est studij erga vos mei, vt certiùs præmoneamini obtestationibus ante aduentum meum, prædixi vobis priori epistola, vt præsens spiritu, & nunc secundo prædico, vt præsens quidem spiritu, authoritate atque consilio, & iudicio, & nunc absens licet sim, ita vt absentia mea commodiùs id curare possitis, & agere minori turbatione, quàm si corpore præsens essem. Prædixi, inquam, priori, & prædico hac altera absens atque adeò præsens, iis qui antea peccauerunt, vel non prouident vt alij peccare desinant; quòd si rursus venero hoc tertio aduentu omnino præsens non parcam.*

3 An experimentum quæritis.] *Videmini illud exspectare, nimirum vt experiamini an verè in me loquatur Christus, cuius tamen virtutis exempla apertissima cùm vobis constent, Spiritus sancti accepto dono in Ecclesia vestra, manifestum est, illum potentem esse & efficacem in nobis: quamobrem consequens est eundem non esse, nónue fore infirmum & debilem aduersum vos castigandos, cùm opus castigatione fuerit.*

4 Ex

in "vobis' non infirmatur, sed ᵃvos 1 MS. q.
potens est in vobis? 4 Nam etsi B
crucifixus est ex infirmitate:
sed viuit ex virtute Dei. Nam
& nos infirmi sumus in illo:
sed "viuemus' cum eo ex vir- ᵇviuimus, 9
tute Dei in vobis. 5 Vosmetip- MS. s.
sos tentate si estis in fide: ipsi 1 Cor. 11, 28.
vos probate. An nõ cognosci-
tis vosmetipsos quia Christus
Iesus in vobis est, nisi fortè re-
probi estis. 6 Spero autẽ quòd
"cognoscitis' quia nos non su- ᶜcognoscetis
mus reprobi. 7 Oramus autem 9 MS. Amb.
Deum, vt nihil mali faciatis, c. s.
non vt nos probati appareamus,
sed vt vos quod bonum C
est, faciatis, nos autẽ vt reprobi
simus. 8 Non enim possumus
aliquid aduersus veritatem:
sed pro veritate. 9 Gaudemus
enim, quoniam nos infirmi

4 Ex infirmitate.] *Vt Christus secundùm carnem infirmitatem carnis (præter peccatum tamen) omnem tulit, adeò vt mortem crucis ignominia plenam pertulerit; humiliauit enim semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: at verò idem qui infirmitatis tanta argumẽta dederat maxima, resurgens & viuens magnam ac diuinam virtutem sibi propriam probauit; ita & nos illius probati ministri infirmitatis illius imaginem ferimus in nobis, quam summa modestia & patiẽtia probamus, charitate instructi Christi: verùm vbi opus fuerit demonstrare virtutem & authoritatem, seueritatemq́ oportunam erga contumaces ac perfracta mentis homines, apertè ostendemus nos viuere.*

5 Vosmetipsos.] *Ex vestro ipsorum experimento cognoscere potestis Christi efficientiam & virtutẽ, si tamen estis in fide quæ reuelanda erat; si ita estis in fide, vosmetipsos probate, & Christi esse testes ostendite: an non cognoscitis per Spiritum sanctum, qui datus est vobis, Christum in vobis esse? si hoc non cognoscitis, reprobi, reiecti, improbatiq́ estis.*

6 Quia nos non sumus reprobi.] *Quod si ita Christi virtutem vel non habetis in vobis, vel non probatis, vel etiam in iis qui habent non creditis vel spernitis; spero nos ostensuros ea efficacitatis Euangelij exempla aduersum vos, vt cognoscatis nos non esse ex eorum numero, quos Christus improbauerit & reiecerit vt operarios iniquitatis.*

7 Oramus autem Deum.] *Sed profectò inuiti hoc dicimus, & quasi à vobis coacti: nã quod ad nostram voluntatem attinet, optaremus, imò hoc ipsum oramus Deum, vt ne qua occasio sese offerat ostendendi huiusmodi probationem; hoc est, nos esse odorem mortis in mortem iis qui pereunt, sed vt vos honestè omnino agentes, Deo placeatis. atque ita nos hoc seueræ castigationis exemplo, tanquam reprobi simus, nihil efficaciæ probantes, cùm id probare opus non sit, vt non esse cupimus; quippe hoc confiteor ac declaro, nihil huiusmodi nos posse edere exemplorum, nisi causa vera subsit. cùm verò causa datur vera, tunc Dei virtus per nostrum ministerium ostenditur in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. itaque iis qui credunt & obediunt, salus; iis verò qui non obediunt Euangelio gloria Dei, seuerum iudicium editur.*

9 Gaudemus enim.] *Et, quod ad votum consiliumq́ nostrum attinet, nos profectò gaudemus, cùm in hac parte infirmi sumus, & vos valetis; hoc est, cùm propter virtutem obedientiamq́ vestram nos nihil in vos graue aut durum possumus, hoc enim vel maximè optamus,*

imò

firmi sumus, vos autem po-
tentes estis. Hoc & oramus,
vestram consummationem.
10 Ideò hæc absens scribo: vt
non præsens duriùs agam se-
D cundùm potestatem quã Do-
minus dedit mihi in ædifica-
tionem, & non in destructio-
nem. 11 De cætero fratres, gau-
dete, perfecti estote: exhorta-
mini: idem sapite: pacem ha-
bete, & Deus pacis & dile-
ctionis erit vobiscum. 12 Sa-
lutate inuicem in osculo san-
cto. Salutant vos omnes san-
cti. 13 Gratia Domini nostri
Iesu Christi, & charitas Dei, &
communicatio sancti Spiritus
sit cum omnibus vobis.

imò oramus & instanter precamur Deum, vt perficiamini sancti Spiritus dono ac virtute admirabili. 10 *Atque ideò quod hoc peroptem ac percupiam, ipse ego curo & studeo cauere absens, ne quid à vobis admittatur, quamobrem ego cogar apud vos præsens durius agere ex authoritate mihi à Domino facta: facta, inquam, eo consilio, eáque lege, vt Ecclesiæ ædificationi omnino studeam, & id agam vt omni studio omniq́ue officio in ædificationem incumbam, & nihil destruam aut perdam. itaque vt ædificium crescat, optare, cupere, curare & studere, efficereq́ue debeo; vt verò aliquid destruatur, neque optare, neque cupere, neque curare, neque studere debeo. quòd si quid malè positum sit, ædificationisq́ue rationi repugnet, illud corrigere debeo, non destruere, nisi omninò corrigi illud non patiatur: siquid enim huiusmodi sese præbuerit, id si remoueatur à cæteris ædificij partibus, non ædificantis culpa, sed lapidis vitio & ineptitudini est adscribendum.*

12 Osculo sancto.] *Amicitiam & charitatem veram, puris sanctisq́ue significationibus etiam cultam exornate, idq́ue meo nomine facite, ac si ipse vos salutaturus adirem.*

AMEN.

Madriti, anno CIↃ. IↃ. LXXVII.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam D. Pauli ad Galatas ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

EVANGELIO per Paulum Apostolum denuntiato ac ministrato, Galatæ non solùm Iesu Christi doctrinam notitiamque perceperant, sed veritatis Christi testimonium viuum per Spiritum sanctum acceperant, eodem modo ac dono quo ij qui ex circuncisione credidere. Hac fama nonnulli ex Iudæis cõmoti, Apostolos quoque suos vnum aut etiam plures, absente Paulo, summiserunt, qui docerẽt diuina promissa non nisi Abrahæ tantùm filiis præstari: Abrahæ verò filiorũ duplicem esse conditionem: alteram eorum qui posteritatem Abrahæ ex carnis propagatione conseruarent: alteram verò eorum qui ex Gẽtibus Israëliticæ siue Iudaicæ Legi sese adscriberent. hi enim filij adoptati siue proselyti iustitiæ suis illorum loquendi formulis appellabantur. Istorum impostorum ac pseudoapostolorum doctrinam validissimis argumentis Paulus in hac epistola expugnat & diruit. Promissum illud Abrahamo factum cumprimis cõmemorat, quod Galatis Euangelio Christi audito & suscepto præstitum fuerat, nulla antea legis disciplina vel exercitatione postulata aut adhibita. Deinde legis rationẽ, vim, efficacitatem ac debilitatem & infirmitudinem, demumque vetustatem & interitum suis temporibus disertè perdocet, vtpote qui legis peritissimus initio fuerit. Postremò veram ac propriam filiorum Abrahæ definitionem tradit, quæ non ex legis obseruantia, sed ex fidei Abrahæ imitatione constituitur. Demum porrò ad primum reuersus locum & firmissimum, inutile imò pernitiosum prorsus esse affirmat à re ipsa, hoc est, à promissi Spiritus sanctificatione vera ad rei figuram & vmbram, id est, ad legis disciplinam tanquam à virilis maturæque ætatis sapientia, ad puerilem elementaremque institutionem recurrere. Totus autem sermo appositis narrationibus, idoneis argumentationibus, & figurarum oportunis exornationibus amplificationibusque concinnatus est.

IN CAP. I.

1 Apostolus.] *Legatus non ab homine, vt humanam legationem geram, neque per hominem interpositum instructus & missus; sed per Iesum Vnctũ, Põtificem, atq; Regem Regni cælestis. per hunc ego legatione fungor ad eiusdem regni cõmunicationẽ hominibus afferendã; & per Deum Patrem Christi, qui illum à mortuis suscitauit, & Filium suum declarauit, atq; per illum se hominibus suscitatorem & Patrem exhibere voluit.*

4 Qui

CAP. I.



PAVLVS [1] Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed A
per Iesum Christum, & Deum Patrẽ qui suscitauit eũ à mortuis, [2] & qui mecum sunt omnes

nes

nes fratres: Ecclesiis Galatiæ.
3 Gratia vobis & pax à Deo
Patre & Domino nostro Iesu
Christo, 4 qui dedit semetip-
sum pro peccatis nostris, vt
eriperet nos de præsenti secu-
lo nequam, secundum volun-
tatem Dei & Patris nostri: 5 cui
est gloria in secula seculorum.
B Amen. 6 Miror, quòd sic tam
citò transferimini ab eo qui
vos vocauit in gratiã Christi,
in aliud Euangelium: 7 quod
non est aliud, nisi sunt aliqui
qui vos conturbant, & volunt
conuertere Euangeliũ Christi.
8 Sed licet nos, aut angelus de
cælo euangelizet vobis præ-
terquam quod euangelizaui-
mus vobis, anáthema sit. 9 Si-
cut prædiximus, & nunc iterũ
dico: Si quis vobis euãgeliza-
uerit præter id quod accepi-
stis, anáthema sit. 10 Modò
enim hominibus suadeo, an
Deo? An quæro hominibus
placere? Si adhuc hominibus
place-

4 Qui dedit.] *Qui Patri suo obediens, semetipsum spontè & amanter dedit victimam, expiationem, & redemptionem, vt peccatorum nostrorum chirographum deleret, quod erat contrarium nobis, & eximeret nos de potestate tenebrarum huius seculi; huius, inquam, in quo versantur homines, qui Christum non habent. idq; factum est volente & probante Deo, qui hoc pacto & se Deum efficacissimum, & Patrem nobis benignissimum exhibuit.*

6 Miror.] *Vt nouã & prodigio similem istam vestram tam citam mutationẽ admiror, quòd cùm ad cognitionem Dei vocati fueritis, non per legem, à qua eratis alieni, sed per gratiam, quam Christus ipse vobis impertiuus est; & hoc maximum beneficium acceperitis per fidem & obedientiam exhibitam Euangelio Christi, nulla vobis legis doctrina proposita; tamen ex hoc Euãgelio, cuius virtutem experti estis, ad aliud transferamini, cùm tamẽ nullum aliud Euangelium sit quod legitimè hoc nomen vsurpet.*

7 *Sed id quod vobis denuo affertur est, quòd nonnulli terrorem vobis incutiunt, atq; ita turbationem etiam afferunt, vt Euangeliũ Christi inuertant. incutiunt autem terrorem hunc authoritate hominum Iudæorũ, qui legis studium professi & mordicus tenentes, cupiunt vos abducere à Christo, & ad legem illam Iudaicam traducere. itaque vos hominum, atque adeò multorum, & qui speciem doctrinæ præferunt, authoritate turbati, labatis.*

8 Sed licet nos.] *Sed quoniam in rebus diuinis authoritas diuina spectãda est, neq; decet multitudinem aut conditionem personarũ, sed rem ipsam æstimari; illud statuimus, non esse humanæ, neq; etiã angelicæ authoritatis, Euãgelium mutare: Vnicum esse Euangelium, illud vobis experimẽto comprobatum, illud quod vos in Dei gratiam conciliauit. Si quis aliud prædicarit, ille cum suo Euangelio à Dei gratia alienus sit, atque omnino execrabilis.*

10 Modò enim.] *Namque ego, postquam Euangelij ministerium suscepi, nihil vnquam hominibus proposui quod hominum authoritate confirmarem, sed ipsius Dei, cuius Apostolum me professus sum, non solùm Apostolum, sed Christi seruum, emptum pretio per illum, & liberatum à pristina consuetudine & legis imbecillitate, qua detinebar antea: atque ita seruum me fidelem præbens, homines Deo conciliare semper*

curaui, & Deo placere studui in hac re, non hominibus: nam si hominibus placerem, hominum seruus essem, illis inseruirem, illis debere me profiterer, illis meam personam, meam legationem acceptam ferrem; atque ita seruus Christi non fuissem, quod & sum & esse me profiteor.

11 Quia non est secũdum hominem.] *Non est doctrina humana ex magistrorum libris & commentariis petita, aut ab aliquo accepta homine, sine alia confirmatione veritatis, præter authoritatem eius à quo tradita mihi fuerit; & ipse, inquam, bonus nuntius mihi reuelatus est, & reuelatus est virtute Iesu Christi, mihi ab ipsomet ostensa & communicata.*

13 *Quòd ego repentè factus fuerim Christi seruus, quòd ab ipso fuerim edoctus Euãgelium reuelatione interna virtutis & gratiæ illius, quòd à nemine vel doctrinam, vel authoritatẽ, vel mandatum acceperim, nisi à Deo per Christum; cognoscetis facilè si animum aduerteritis ad omnem præteritæ vitæ meæ seriem ad initiũ vsque Euãgelij per me prædicati, & inde etiam vsque ad tempora collationis meæ cum cæteris Apostolis, & vel rem ipsam, vel ea cum re, aliorum etiam testimonia expendatis.*

14 Paternarum mearum.] *Quas non solùm à maioribus & magistris & scribis, verùm etiam domestica disciplina exemplis à patre meo etiam Pharisæo acceperam, ideoq; magis etiam studiosè curabam.*

15 Qui me segregauit] *in Apostolatum, & vocauit per gratiam suam ad cognitionem ipsius primùm, deinde ad Apostolatum.*

16 Vt reuelaret.] *Vt mihi virtutem Filij sui cõmunicaret, qua ego cognoscere possem illum, & societatem paßionum illius, & virtutem resurrectionis ex mortuis; atque hoc testari etiam possem & confiteri palam. deinde placuit vt ego huius maximi doni hominibus allati, hoc est, Christi nuntiũ bonum ad Gentes deferrem.*

Non acquieui carni & sanguini.] *Cum nemine homine, neque ex meis, neque ex ignotis rem ipsam communicaui, sed rationem habendam duxi mandati Dei solius, qui me instructum legauit.*

18 Videre Petrum.] *Inuisere, & rationem Apostolatus atque officij illius cognoscere.*

20 Ecce

placerem, Christi seruus non
essem. 11 Notum enim vobis 1 Cor. 15, 1.
facio fratres Euãgelium quod
euangelizatum est à me, quia
non est secundum hominem.
12 neque enim ego ab homine Ephes. 3, 3.
accepi illud, neque didici: sed C
per reuelationem Iesu Christi.
13 Audistis enim conuersationem
nem meam aliquando in Iudaismo,
quoniã supra modum
persequebar Ecclesiam Dei, &
expugnabam illam, 14 & proficiebam
in Iudaismo supra
multos coætaneos meos in genere
meo, abundantius æmulator
existens paternarũ mearum
traditionum. 15 Cùm autem
placuit ei qui me segregauit
ex vtero matris meæ, &
vocauit per gratiam suã, 16 vt
reuelaret filium suum in me,
vt euangelizarem illũ in Gentibus,
continuò non acquieui
carni & sanguini, 17 neque veni
Ierosolymã ad antecessores
meos Apostolos: sed abij in
Arabiã, & iterũ reuersus sum
Damascũ. 18 Deinde post annos
tres veni Ierosolymã videre
Petrum:

D Petrum: & mansi apud eũ diebus quindecim. [19]Alium autem
Apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem Domi-
ni. [20]Quæ autẽ scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mẽ-
tior. [21]Deinde veni in partes
Syriæ & Ciliciæ. [22]Eram autẽ
ignotus facie Ecclesiis Iudææ,
quę erant in Christo: [23]tãtùm
autem auditum habebant,
Quoniam qui persequebatur
nos aliquando, nunc euange-
lizat fidem, quam aliquando
expugnabat: [24]& in me clari-
ficabant Deum. CAP. II.
A DEinde [1]post annos qua-
tuordecim, iterum ad-
scẽdi Ierosolymã cum Barna-
ba, assumpto & Tito. [2]Adscẽ-
di autem secundum reuelatio-
nem: & cõtuli cum illis Euan-
gelium quod prædico in Gen-
tibus, seorsum autem iis qui
7 MS. Hier. Q. videbantur "aliquid esse: ne
maiores esse MS Q. forte in vacuum currerem aut
cucurrissem. [3]Sed neque Titus
qui mecũ erat, cùm esset Gẽ-
tilis, compulsus est circũcidi:
MS Q. [4]sed propter subintroductos
falsos fratres, qui subintroie-
runt explorare libertatem no-
strã, quã habemus in Christo
Iesu, vt nos in seruitutẽ redi-
15 MS. Amb. Q. D. gerẽt. [5]Quibus neq. ad horã
cessimus

20 Ecce coram Deo.] *Testor Deum præsentem mihi, ante cuius conspectum ministro.*

23 Tantùm autem auditum habebant.] *Testimonium & nuntium multorum, qui asserebant, Ille magnus aliquando insectator noster, nunc eam doctrinam fidei Christi prædicat & euangelizat, quam aliquando vastabat.*

IN CAP. II.

2 Secundum reuelationem.] *Deo me iubente adscendere & conferre atque exponere rationem muneris & officij mei.*

Seorsum autem iis.] *Priuatim exposui rationem meam iis qui existimationem summæ authoritatis in illa Ecclesia habebant.*

Ne fortè in vacuum cucurrissem.] *Non quòd ipse dubitarẽ quicquam de doctrinæ meæ veritate & cõstãtia, sed quòd pseudoapostolorũ opera poterat impediri fructus ministerij mei, asserentiũ mihi nõ cõuenire in Euangelij Gentibus prædicandi ratione cum cæteris Apostolis: ideò etiã reuelatione iussus sum eò adscendere.*

4 Sed propter subintroductos.] *Causa quamobrem missus fuerim & adscenderim & exposuerim, &c. non erat quòd ipse aliqua in re hærerem, sed ad retundendam audaciam & insolentiam falsorum fratrum, qui nostram libertatem consultò obseruabant, & studebant aliquid seruitutis nobis imponi ab illis Apostolis qui Hierosolymis erant.*

5 Neque ad horam.] *Nullo tempore, nec eo etiam quo ministerij nostri rationem ab illis magnæ libertatis nomine impugnari videbamus, cessimus; vtpote qui verã & certam caussam, non coram infirmis hominibus, sed coram summis & sapientissimis Apostolis tueremur aduersus subdolos & audaces proteruosq́, insidiatores. atque adeò neque per subiectionem illorum importunitati cessimus, vt veritas quam vobis prædicauimus, omni ex parte constans permaneat apud vos.*

6 Ab iis autem.] *Nihil omnino quod non tenerem accepi aut monitus fui ab iis qui ex subdolorum fratrum prædicatione, putabantur esse aliquid quod ego non esse putarer ex eorundem detractione: quod enim ad Apostolatum attinet, & ad doctrinæ veritatem, integritatem ac plenitudinem, nihil in me requisitum est ab illis, nihil collatum mihi: quod verò conditionem eorum præteritam spectat, nimirum quod cum Christo fuerint versati, quòd ante me electi atque instructi, nihil de hoc laboro: Dei enim, qui non respicit personam, consilium fuit, non hominum, vt illi primi vocarentur, ego postea ex persecutore & hoste Euangelij fierem Apostolus, ita tamen integer & fidelis atque illi, quod ad ministerij munus rationem officiumq; attinet.*

Euangelium præputij.] *Euangelium Gentibus annuntiandum idem quod Petro Iudæis prædicandum fuerat creditum: namque idem vnum Euangelium duobus populis allatum est.*

8 Qui enim operatus est.] *Idem qui virtutem suam manifestauit, & efficientiam probauit, instruendo Petro ad legationem circuncisionis.*

9 Qui videbantur columnæ.] *Ex istorum falsorum fratrum prædicatione, qua nos nihili faciebant, hi existimabantur esse columnæ, vt vos istis credẽtes, à nostra doctrina auerteremini. at verò isti non minus dissentiunt à doctrina illorum Hierosolymitanorum Apostolorum.*

10 In faciem ei.] *Publicè & palam illius non animum & consilium, quod bono zelo profectum intelligebam, sed factum ipsum redargui.*

11 Reprehensibilis erat.] *Quia Gentes offendebantur in eo, quibus se ipse illo facto reprehensibilem exhibuerat. volui itaque & illum hanc reprehensionem fugere, & natam in vtriusque populi consensu offensionem subleuare.*

13 Cæteri

cessimus [a]subiectioni: vt veri- [a] subiectione 3 MS. Q.n.
tas Euangelij permaneat apud
vos. 6 Ab iis autem qui vide- B
bantur esse aliquid (quales ali-
quando fuerint, nihil mea in-
terest. Deus personam homi- *Deut. 10, 17. 2 Par. 9, 17. Iob 34, 19.*
nis non accipit) mihi enim qui *Sap. 6, 8.*
videbantur esse [b]aliquid nihil *Eccl. 35, 15. Rom. 2, 11.*
contulerunt. 7 Sed ecõtra cùm *Ephes. 6, 9. Collos. 3, 25.*
vidissent quòd creditum est *Act. 10, 34. 1 Pet. 1, 17.*
mihi Euangelium prę putij, si- [b] 6 MS. *Hier.* G.
cut Petro circuncisionis (8 qui
enim operatus est Petro in
Apostolatum circuncisionis:
operatus est & mihi inter Gẽ-
tes) 9 & cùm cognouissent gra-
tiam quæ data est mihi, Iaco-
bus & Cephas & Ioannes qui
videbantur columnæ esse, de-
xtras dederunt mihi & Barna-
bæ societatis: vt nos in Gẽtes,
ipsi autem in circuncisionem:
10 tãtùm vt pauperum memo-
res essemus, quod etiam soli-
citus fui hoc ipsum facere.
11 Cùm autem venisset [c] Ce- [c] Petrus MS. R. *Hier.* G.
phas Antiochiam: in faciem C
ei restiti, quia reprehensibilis
erat. 12 Prius enim quàm veni-
rent quidam à Iacobo, cum
Gentibus edebat: cùm autem
venissent, subtrahebat & se-
grega-

gregabat se, timens eos qui ex
circuncisione erát. [13] Et simu-
lationi eius consenserunt cæ-
teri Iudæi, ita vt & Barnabas
duceretur ab eis in illá simu-
lationem. [14] Sed cùm vidissem
quòd non rectè ambularent
ad veritatem Euangelij, dixi
Cephæ coram omnibus: Si tu
cùm Iudæus sis, gentiliter vi-
uis, & non Iudaicè: quomodo
Gentes cogis Iudaizare? [15] Nos
natura Iudæi, & non ex Gen-
Rom. 3, 19. 20 tibus peccatores. [16] Scientes
autem quòd non iustificatur
homo ex operibus legis, nisi
per fidem Iesu Christi: & nos
a credidimus 3 MS. Hier. G. in Christo Iesu a credimus, vt
iustificemur ex fide Christi, &
non ex operibus legis: propter
Rom. 3, 20. quod ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro.
D [17] Quòd si quærentes iustifi-
cari in Christo, inuenti sumus
& ipsi

13 Cæteri Iudæi.] *Cæteri Christiani, qui ex circuncisione erant.*

14 Quod non rectè ambularent.] *Quòd, quantum ad illam rationem pertinet, pedē non figerent in ea via quam Euangelij veritas munit; ea autem est notitia certa communionis vtriusque populi, & quod in Christo Iesu neque circuncisio neque præputium aliquid valet, neque Iudæi & Græci distinctio est.*

Quomodo Gentes cogis Iudaizare?] *Infirmos ex Gentibus Christianos tuo exemplo ad ceremonias Iudaicasq́; obseruationes in epulis, &c. obseruandas inclinare cogis?*

15 Nos natura Iudæi.] *Prosequitur suum sermonem apud Petrum habitum coram aliis. Nos, cùm nati simus Iudæi & in Iudaismo educati, in lege instructi & exercitati, tamen intelleximus & cognouimus, legem ipsam neminem ad perfectum adduxisse, neminem iustum constituisse coram Deo, quantumuis exercitatum in lege, à qua nobis indicatus est Messias exspectandus, & iam venit, Iesus Christus, qui eos, à quibus receptus est, credētes iustificat, atq; ipsa iustificatione in fide ita confirmat & amplificat, vt planè cognoscant sine ipso salutem & iustificationem effici non potuisse, vel à natura vel à lege. itaque non qui habuerint legem iustificati dicentur apud Deum, sed qui habuerint & receperint Christum; his enim potestas data est filios Dei fieri ex Deo natos; siue his antea legis cultus obseruatus fuerit, vt nobis Iudæis, siue nullus fuerit, vt Gentibus, quæ peccatores dicuntur, hoc est, à lege & notitia Dei aberrantes. nos itaque cùm legem obseruauerimus, tamen inefficacem esse intelleximus Mosis legem ad iustificationem nobis præstandam sine Christo, & ipsum Christum solum efficacem, tum in nobis, tum in his qui lege carebant.*

17 Quòd si quærentes.] *Itaque is qui sub lege est, eo ipso quòd est sub lege, fatetur se nō iustificatum, sed peccatorem adhuc manere, & sub maledicto legis obligatum legi, quam plenè præstare, obseruare & colere debet; is verò qui Christum habet, à legis maledicto liber est, vtpote iustificatus: si ergo quærentes nos & studentes in illa conditione esse quam Christus affert iis quos iustificat, hoc est, in iustificatione & sanctitate, volumus etiam esse sub lege, fatemur nos velle esse iustificatos & simul peccatores. quòd si quis dicat, eos qui in Christo iustificati sunt, debere etiam esse sub lege, siue sit Iudæus siue Gentilis; perinde est ac si dicat, Christum attulisse mundo ministerium peccati, atque adeò ita iustificasse homines, vt eos obligarit, subiectosq;*

fecerit

fecerit legi Mosaicæ, quæ eos qui sub se sunt, peccatores constituit: atque ita Iesus Christus argueretur fuisse minister peccati; hoc est, homines iustificasse, & deinde legi subiecisse, inq; conditionem peccatorum redegisse: absit autem hoc, nam præterquam quòd impium est, valde etiam absurdum est, vt idem qui demolitus est aliquid, id ipsum ædificet & instauret quod fuerat demolitus.

& ipsi peccatores: nunquid
Christus peccati minister est?
Absit. 18 Si enim quę destruxi,
iterum hæc ædifico: præuari-
catorem me constituo. 19 Ego
enim per legem legi mortuus
sum, vt Deo viuam: Christo
cõfixus sum cruci. 20 Viuo au-
tem, iam non ego: viuit verò
in me Christus. Quod autem
nunc viuo in carne: in fide vi-
uo filij Dei, qui dilexit me, &
tradidit semetipsum pro me.
21 Non abiicio gratiam Dei. Si
enim per legem iustitia, ergo
gratis Christus mortuus est:

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ, quis A
vos fascinauit nõ a obe-
dire veritati, ante quorũ ocu-
los

a credere 6 MS. Hier. Q. n.

19 Per legem legi mortuus sum.] *Atqui ego, non eo animo, eoq; consilio, non ea conditione sum, vt legem vel obseruem Mosaicam, vel obseruandam doceam eos qui Christum habent. Namq; res ipsa apertè declarat, nihil mihi iam cum lege illa esse, postquam lex spiritus vitæ, qui mihi per Christum datus est, liberauit me à maledicto legis. Lex hæc spiritus veterem hominem in me extinxit, in quo homine lex illa vetus vigebat maledictione sua: illi itaq; legi mortuus sum per legem spiritus vitæ in corde meo inscriptam; itaque iam non viuo legi, sed viuo Deo, qui in me est per Christum Filium suum, & Spiritum sanctum in me viuentem. factus sum Christi mortis particeps in cruce, quod ad veterem hominem pertinet: ideoq; iam non ego viuo, ille ego, qui antea fueram homo vetus, sed viuit in me Christus, ille nouus Adã, qui resurrectionis vitaq; sua virtutem & efficientiam mihi communicauit, & quamuis in carne adhuc viuam, viuo tamen nõ in seruitute legis Mosaicæ, sed in fide quæ reuelanda erat Filij Dei, qui dilexit me, & dedit semetipsum pro me.*

IN CAP. III.

1 O insensati Galatæ.] *O Galatæ, qui iam nuper sapiebatis, cùm veritatem Christi credentes experiremini virtutem illam magnam quæ apud vos ostensa est: nunc verò imminuti estis mente ac iudicio, veluti fascinati à præstigatoribus quibusdam, qui vobis aliquid afferre erroris student, & per præstigias persuadere quod minimè verum est.* Ante quorum oculos.] *Namque iam vobis propositus ac depictus fuerat Christus ipse per Euangelium meum, adeò apertè, vt ipsum ante oculos, non tantùm pictura, sed virtute & veritatis notitia obtueremini, illiusq; crucifixi virtutem in Ecclesia vestra experti fueritis. fuit hoc in Euangelio vobis præscriptum ministerio meo, fuit virtute cõfirmatum: ipsam siquidem aliqui ex vobis virtutem passionis illius ex Dei dono exceperunt & agnouerunt, & virtutem etiam resurrectionis per Spiritum sanctificationis. id autem cùm acceperitis, cuius rei efficientia accepistis? Euangelij auditi ex me & fide à vobis excepti, an operum legis quam vos non obseruabatis, sed neque didiceratis quidem tunc? namque ab Euangelio initium disciplinæ & cognitionis vobis factum est.*

2.3 Spiritum

los Iesus Christus proscriptus
est, in vobis crucifixus? 2 Hoc
solum à vobis volo discere, Ex
operibus legis Spiritum acce-
pistis, an ex auditu fidei? 3 Sic
stulti estis, vt cùm spiritu cœ-
peritis, nunc carne consum-
memini? 4 Tanta passi estis si-
ne causa? si tamen sine causa.
5 Qui ergo tribuit vobis Spi-
ritum, & operatur virtutes in
vobis ex operibus legis, an ex
auditu fidei? 6 Sicut*, Abraham
credidit Deo, & reputatum est
illi ad iustitiam. 7 *Cognoscite
ergo quia qui ex fide sunt, ij
sunt filij Abrahæ. 8 Prouidens
autem scriptura quia ex fide
B iustificat Gẽtes Deus, prænun-
tiauit Abrahæ, Quia benedi-
centur in te omnes gẽtes: 9 Igi-
tur qui ex fide sunt, benedicẽ-
tur cum fideli Abrahã. 10 Qui-
cũque enim ex operibus legis
sunt: sub maledicto sunt. Scri-
ptum est enim: Maledictus
omnis qui non permanserit
in omnibus, quæ scripta sunt
in

*scriptum est MS q.
Genes. 15, 6.
Rom. 4, 3, 18.
Iacob. 2, 23.
*cognoscitis 4 MS. Hier.
Genes. 12, 3. 22, 18. 26, 4.
Eccles. 44, 10
Deut. 27, 26.
Abac. 2, 4.

2. 3 Spiritum accepistis.] *Spiritus sanctus datus est vobis ex lege quam obseruabatis, an ex fide Christi quæ vobis prædicata est? in quẽ cùm crederetis, signati estis Spiritu promissionis sancto, cuius efficientia aucta est in vobis fides, atque hoc pacto testati estis Christum esse veritatem. itaque antè cognouistis virtutem fidei Christi, quàm legem Mosis audiretis; antè tenuistis finem ipsum & perfectionẽ quàm elementa illa legalia, Israëlis populo tradita ad eruditionem vsque ad tẽpus, cognouissetis. tàne ergo amentes estis, vt cùm spiritu inceperitis Ecclesiæ vestræ fundamenta iacere, nunc velitis eam consummare ceremoniis & obseruationibus legalibus, quæ ad carnis exercitationem externam atque ad quandam obseruantiam & significationem potius, quàm ad internam animi perfectionem & mutationem pertinent.*

4 Tanta passi estis.] *Vos qui spiritu inceperatis, pertulistis vos tam indignis modis circumduci & agi ab istis pseudoapostolis, idq; sine vllo vel fructu vel commodo. & tamen vtinam tantùm hoc vobis acciderit, vt sine commodo vllo passi fueritis, & non etiam cum maximo damno, incommodo ac detrimento.*

6 Sicut Abraham.] *Diuinæ efficientiæ ratio constans sibi promissisq; est: vos accepistis Spiritum iustificationis ex fide Christi, nam sic dat Deus Spiritum hunc eodem pacto quo promisit. Promisit autem Abraham se daturum iustitiam, quia credidit Abraham Deo: & hoc ipsum quod credidit Deo, reputatum est illi ad iustitiam eo tempore dandam, quo Christus illam credentibus omnibus, salutis negotio procurato & confecto, impertiturus erat; ita vos*
7 *non posse iustificari dicunt isti, nisi filij Abrahæ sitis: cognoscite ergo, &c.*

8 Omnes gentes,] *tam circuncisæ quàm incircuncisæ, quæ tua posteritas erunt credentes, vt tu credens pater multarum gentium positus es.* 10 Quicunque.] *Quotquot nihil aliud habent quo se iustos esse dicant nisi legis opera, nondum sunt iusti, imò sub maledicto sunt, quia non præstant omnem legem; & si præstarent, tamen nõ permanerent constantes, &c. vtrumque genus excludunt verba illa, Permanserit. &, In omnibus.*

in libro legis, vt faciat ea.
[11]Quoniam autem in lege ne-
mo iustificatur apud Deum,
manifestum est: quia iustus ex *Rom.1,17.*
fide[a] viuit. [12]Lex autem nõ est *[a]viuet ; MS. R. Hier. G. S.*
ex fide: sed Qui fecerit ea, vi- *Leuit.18,5. Deut. 21,23.*
uet in illis. [13]Christus nos re-
demit de maledicto legis, fa-
ctus pro nobis maledictum
(quia scriptũ est: Maledictus
omnis qui pẽdet in ligno)[14]vt
in Gẽtibus benedictio Abra-
hæ fieret in Christo Iesu: vt
pollicitationem Spiritus acci-
piamus per fidẽ. [15]Fratres (se- C
cundum hominem dico) ta- *Heb.9,17.*
men hominis cõfirmatum te-
stamentum nemo spernit, aut
superordinat. [16]Abrahæ dictę
sunt promissiones: & semini
eius. Non dicit, Et seminibus,
quasi in multis: sed quasi in
vno, Et semini tuo qui est
Christus. [17]Hoc autem dico,
testamentum confirmatum à
Deo: quæ post quadringentos
& tri-

11 Quia iustus ex fide viuit.] *Si quis discebatur & erat iustus eo tempore quo lex obseruabatur, non ideò iustus est quòd legem obseruet, cùm potius, si illa conditio æstimetur, sub maledicto sit, sed ideò quod sanctitatẽ & magnitudinem legis cognoscens, & suam infirmitudinem atque imperfectionem agnoscens, innititur fide in eum qui mittendus indicatur in lege, cuius virtute effectum iri credit & sperat vt ipse coram Deo iustificetur: nam Christus nos redemit, &c. ideoq; per ipsos Prophetas, qui legem obseruarunt, pronuntiata est sententia illa Dei,* IVSTVS *ex fide viuit.*

15 Secundum hominem.] *Exẽplo fœderis & pactionis certo cõsilio inter homines cõfecta.* Confirmatũ testamentum.] *Pactionẽ quæ legitima dicatur, certamq; probet authoritatẽ.* Nemo spernit, aut superordinat.] *Humana pacta legitimè inita sancta sunt, ita vt præter apertam declarationem contrahentium vel consensionem nemo abrogare possit, aut aliqua re adiecta supplere: Deus cum Abrahamo pepigit & cum semine illius: ergo neque abrogare potest lex pactum, neq; aliquid adiicere pacto, quo pactum diminutum fuisse videatur.*

16 Quasi in multis.] *Consulto vsurpauit Deus nomen seminis, quod singulariter, vt collectiuum, vsurpari solet; vt ostenderet benedictionem illam ad omnem posteritatem Abrahæ in vnum coniunctam pertinere. illum vnum Deus intellexit Christum, nam ille est semen illud in quo benedicenda erant gentes omnes terræ, tanquam membra corporis coniuncta & compacta capiti suo. hic est de quo scriptũ est: Vnum vocaui eum, & benedixi ei. itaque benedictio Abrahæ nõ est data, sed benedictionis promissio facta est illi à Deo vnico, gratis, ante legis promulgationem: benedictionis, inquam, dandæ & exhibendæ omnibus gentibus terræ, atque adeò ipsi etiam Abrahæ in semine vnico ipsius Abrahæ.*

17 Hoc autem dico.] *Oratio mea eò tendit, vt demonstrem testamentum & pactum hoc à Deo transactum & confirmatum, in quo duo tantùm personæ nominantur, promittens Deus, & is in quo promissa præstanda sunt, qui est Christus semen Abrahæ; neque alterius mentio fit quàm promissionis, & temporis in quo præstanda est promissio; hoc est, cùm semen illud exstiterit. hoc, inquam, pactum, lex, quæ tanto tempore pòst est lata, non irritum fecit; ita vt iam promissio otiosa redderetur, & fides promissionis*

missionis non exigeretur: hoc enim argueretur Deus consilij & propositi sui mutator inconstans, quod impium est cogitare; vel minister aliquis, qualis Moses fuit, abrogator diuini pacti diceretur, quod fieri non potest. itaque lex ipsa, neque abrogauit promissum, neq; præstituit; quia promissum non indicabatur præstandum per legem, sed per Christum.

& triginta annos facta est lex,
non irritum facit ad euacuan-
dam promissionem. 18 Nam si
ex lege hæreditas, iam non ex
promissione. Abrahæ autem
per repromissionem donauit
Deus. 19 Quid igitur lex? Pro-
*transgressioné MS. 3. pter *trásgressiones' posita est,
donec veniret semen cui pro-
miserat: ordinata per Angelos
in manu mediatoris. 20 Media-
tor autem vnius non est: Deus
D autem vnus est. 21 Lex ergo ad-
uersus promissa Dei? Absit. Si
*possit 3 MS. enim data esset lex quę *posset'
viuificare: verè ex lege esset iu-
Rom. 3, 9. stitia. 22 Sed conclusit scriptu-
ra omnia sub peccato: vt pro-
missio

18 Nam si ex lege.] *Nam si per legem efficimur filij Dei & hæredes regni, iam non fit hoc per semen promissum; sed Abrahæ Deus gratis donauit ius hæreditatis huius, non per legem, nulla enim mentio fit legis in pactione, sed per semen promissum.*

19 Propter transgressionem.] *Addita est lex, non ad implendum promissum, sed ad ostendendam indigentiam humanam, quæ nullo pacto expleri posset, nisi Dei illo beneficio promisso: nam cùm lex ostenderet homini transgressionem sui, & ex consequenti maledictionem perpetuò indicaret ac repeteret, significabat credendum esse promissum & exspectãdum semen illud liberaturum nos à maledicto legis. ita cùm in promissione dictum esset, Benedicentur omnes familiæ terræ; declarabat illas non esse in benedictione, sed in maledictione. Hoc ipsum lex ipsa magis adeò declarauit; quia ostẽdit apertè peccatum & obligationem, & addidit, Maledictus omnis qui non permãserit, &c.*

Ordinata per Angelos.] *Illa lex non fuit immediatè lata à Deo populo ipsi, sed fuit in ordinem & seriem redacta, atque adeò descripta partim, partim dictata per Angelos, & missa ad populum vt absentem siue remotum à Deo, idq; per manum mediatoris & ministri Mosis, qui fuit internuntius inter Deum & populum, non autem ita immediatè inter Deum quin ab Angelis proximè acceperit; sunt igitur quatuor ad minimum personæ in illo ministerio, Deus, Angelus, mediator siue interpres, & populus. nam mediator siue interpres non est vnius; is enim interpres vel mediator dicitur, qui vel iis interpretatur quorum voces diuersæ sunt, vel mandata absentium ad absentes fert & refert. Sed promissio facta est ab vno Deo ad vnum Abrahamum gratis promittente per seipsum sine intermedio homine, & præstanda erat ab ipso vno Deo ipsi Abrahamo in semine suo, cum aliis fidelibus coniuncto. ita vt qui dixit, In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ; cùm veniret semen illud in quo benedicendæ erant, diceret: Benedico in te omnes cognationes terræ; hoc est, fideles omnes cum fideli Abraham in semine illius collectos & coniunctos. itaque ordo, series, ratio & apparatus legis promulgatæ, docet apertè non esse legem de qua agitur in ratione promissi. promissum verò constare debet, & lex non potest esse aduersus promissa.*

22 Sed conclusit scriptura.] *Scriptura illa legis datæ eò pertinuit, vt omnes alligatos peccato argueret.*

23 Prius autem quàm veniret fides.] *Ea fides reuelanda erat, qua creditur secundum potentiam virtutis Dei.*

28 In Christo Iesu.] *In Iesu vncto Dei, vt in capite vestro, cuius efficientia estis coniuncti & coaptati in corpus vnum, corpus vnctũ Spiritu promißionis sancto.*

29 Ergo semen Abrahæ estis.] *Namque Abrahæ fidelis & credentis semen vnicum erat id quod promissum fuit per gratiam, non id quod ex communi natura exemplo editum est. est autem semen hoc Christus, cuius figuram & imaginem Isaac tulit. & vt Isaac hæreditatis terrenæ vnicus hæres, sic Christus cælestis hæreditatis vnicus hæres per promißionem est institutus, & in Christo fideles omnes cum fideli Abraham, qui sunt membra Christi.*

In cap. IIII.

1 Dico autem.] *Redeo ad illud quod dixeram de pædagogo sub alia etiam ratione tutoris & procuratoris. atque de iis qui sub lege sunt loquor, qui quanquam hæredes sint promißionis, vtpote posteritas Abrahæ, & patris Abrahæ vestigiis insistant, fidemq; habeant Dei promissu; tamen interim, dum non mitteretur ille per quem & in quo hæreditas adeũda erat, custodiebantur sub lege tanquam sub tutore & curatore. itaque tutor à patre constituitur ad tempus, & non ideò patris mutatur voluntas de hæreditate filij, imò ipsa tutela ratio declarat filium fore aliquando hæreditatis integrum dominum vsu & fructu atque iure testamenti certo.*

3 Cùm essemus paruuli.] *Nos Israëlitæ, quamdiu pueritiæ illud tempus peragebamus, erudiebamur & exercitabamur rudimentis quibusdam exterioribus, quæ longè adumbrabant actiones alias, quibus vacaturi essemus cùm ad plenam ætatem atque adeò ad hæreditatis possessionem perueniremus, & tamen tunc seruiebamus: graue enim erat illud onus & seruitutem referebat.*

missio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. [23] Prius autem quàm veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. [24] Itaque lex, pædagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. [25] At vbi venit fides: iam non sumus sub pædagogo. [26] Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu. [27] Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. [28] Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus, neq. liber, non est masculus, neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. [29] Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secũdũ promissionẽ hæredes. Rom. 6, 3.

C A P. IIII.

Dico [1] autem, quãto tempore hęres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium, [2] sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre: [3] ita & nos, cùm essemus paruuli, sub elementis mundi eramus A

4 Factum

eramus seruientes. 4 At vbi ve-
nit plenitudo temporis, misit
Deus Filium suum factum ex
muliere, factum sub lege. 5 vt
eos qui sub lege erant, redime-
ret, vt adoptionem filiorum
reciperemus. 6 Quoniam au-
tem estis filij*: misit Deus spi- *Dei ms. Hier.
ritum Filij sui in corda vestra
clamantem: Abba, Pater. 7 Ita-
que iam non est seruus, sed fi-
lius. Quòd si filius: & hæres
per Deum. 8 Sed tunc quidem
ignorantes Deum, iis qui na-
tura non sunt dij, seruiebatis.
B 9 Nunc autem cùm cognoue-
ritis Deum, imò cogniti sitis
à Deo: quomodo conuertimi-
ni iterum ad infirma & egena
elementa,

4 Factum ex muliere.] *Filium, quem apud se habebat, hominem factum ex muliere virgine matre, non ex homine patre, emisit.*

Factum sub lege.] *Vtpote in lege ipsa promissum & sæpissimè significatum; quippe quo ij etiam egerent qui sub lege erant; & vt obediret Patri etiam hoc nomine, atque ita redimeret eos qui sub lege erant, ab illa tutela, procuratione, & pædagogia, & adoptionem filiorum reciperemus per eum re ipsa & veritate, quod se Filius Dei dederet iis qui erant sub lege, & illos sibi adiungeret & coaptaret in membra corporis sui.*

6 Quoniam autem estis filij.] *Vos etiam qui ex Gentibus facti estis filij Dei, non in lege filij facti estis, sed cùm essetis Gentes & serui, pertinentes quidem ad promissionem illã Abrahæ, sed in proposito Dei, non autem in fide vestra: eratis enim sine fide, & seruiebatis seruitutem inutilissimam & grauissimam etiã, colentes deos qui nihil erant; postquam venit plenitudo temporum, & misit Deus Filium suum, in quo familiæ omnes terræ benedicendæ erant, cùm audiretis Euangelium salutis vestræ, credidistis, & credentes signati estis Spiritu adoptionis sancto, in quo clamatis Patrẽ Deum, sicut & clamamus nos qui ex lege sumus redempti. itaque eodem Spiritu Filij Dei & nos & vos constituti filij, nos hæredes iam declarati, & hæreditatis notitiam aliquam habentes, & promissionem atque hæreditatem exspectantes, vos hæredes significati, sed neque habentes notitiam neque fidem hæreditatis futuræ. ideoq; vos serui nati, & educati serui, qui nihil præter seruitutis conditionem cognosceretis, atque eius miserrimæ ac turpissimæ, vtpote vanorum deorum cultum; nos verò seruitutem honestam seruientes, cultum vnius Dei, quanquam non spiritualem cultum, huicve comparandum quem nunc liberi & hæredes facti exercemus.* 7 Iam non est seruus.] *Ille qui Gentilis natus educatusq; est, & seruus erat, postquam accepit Spiritum Filij in cor suum missum, Patrẽ suum Deum vocat.* Hæres per Deum.] *per Christum.* 8 Sed tunc quidem.] *Discrimen seruitutis vestræ & nostræ prioris hoc est, quòd vos neq; cognoscebatis Deum in vobis neq; extra vos; hoc est, neq; per Spiritum sanctum, neq; per doctrinam fidei rectè institutam, & seruiebatis tamen inutilissimam seruitutem. & prima scelerũ causa mortalibus ægris Naturã nescire Deũ.*
9 Cùm cognoueritis Deum] *Patrem vestrum, quem cognouistis per Spiritum sanctum adoptionis, quo vos adoptauit & cognouit, filiosq; appellauit Deus; & cognoueritis quæ sit conditio liberorum iam collocatorum in domo & hæreditate patris, & quemadmodũ colatur Deus in Spiritu & veritate ab iis qui admissi sunt ad hæreditatẽ per Spiritum sanctum; vultis redire ad illum colendum illis egenis elementis & infirmis, quibus ij qui sub lege erant, seruiebant.*



10 Dies obſeruatis.] *Hac atque huiuſmodi ſunt illa egena & infirma elementa ex lege Moſis petita.*

12 Eſtote ſicut ego.] *Amate me vt ego vos amo; adeſte animo mihi, toto enim vobis animo adſum.*

14 Et tentationem meam.] *Et illud experimentum conſtantia in tantis vexationibus, quibus exercebar, intellexiſtis, ex magna virtute Dei in carnis mea infirmitudine ſeſe oſtēdentis & probantis eſſe; ideoq́ me excepiſtis ſtudioſiſſimè & amantiſſimè, adeò vt vos beatos exiſtimaretis miniſterio meo.*

elementa, quibus denuo ſer-
uire vultis? 10 Dies obſeruatis,
& menſes, & tempora, & an-
nos. 11 Timeo vos, ne fortè ſi-
ne cauſa laborauerim in vo-
bis. 12 Eſtote ſicut ego, quia
& ego ſicut vos: fratres, obſe-
cro vos, Nihil me læſiſtis.
13 Scitis autem quia per infir-
mitatem carnis euangelizaui
vobis iampridem, 14 & tenta-
tionem *veſtram in carne mea *meam R. C. Textus conſonat MS. & Hier.
non ſpreuiſtis, neq. reſpuiſtis, ſed ſicut angelum Dei excepi-
ſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. 15 Vbi eſt ergo beatitudo ve-
ſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſ-
ſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. 16 Ergo inimi-
cus vobis factus ſum verum dicens vobis? 17 Æmulantur vos C
non bene: ſed excludere vos
volunt, vt illos æmulemini.
18 Bonum autem æmulamini
in bono ſemper: & non tantū
cùm præſens ſum apud vos.
19 Filioli mei, quos iterū par-
turio, donec formetur Chri-
ſtus in vobis. 20 Vellem autem
eſſe apud vos modò, & muta-
re vocem meam: quoniā con-
fundor in vobis. 21 Dicite mi-
hi qui ſub lege vultis eſſe, le-
gem non legiſtis? 22 Scriptum
eſt enim quoniā Abrahā duos
filios habuit: vnum de ancilla, Geneſ.16,15.
& vnum

17 Æmulantur vos.] *Ambiunt vos iſti qui ſe miniſtros iactant, & amorem veſtri oſtendunt, ſed non bene; non enim veſtri ſed ſui cauſa vos cupiunt, & ideò excludere volunt vos ab amore noſtro, vt à nobis reiecti illos ametis ac depereatis.*

18 Bonum autem æmulamini.] *Atqui illud eſt pulcherrimum amoris & ſtudij genus, amare ſemper eum quem bona cauſa amaueritis, & non ſolùm cùm apud vos ſum.*

19 Donec formetur Chriſtus in vobis.] *In quibus illum formari impedire conantur iſti veſtri zelotypi.*

21 Vultis eſſe.] *Studioſè appetitis vltroq́ cupitis in ſeruitutem redigi: ex ipſis legis libris diſcere & cognoſcere oportuerat duas eſſe hominum conditiones, liberam & ſeruilem; hanc ferendam dum illam habere non contingit, optandam tamen, & vbi contigerit, nullo pacto mutandam.*

23 Secun-

Genes. 21,2. & vnum de libera. 23 Sed qui
de ancilla, secundum carnem
natus est: qui autem de libera,
per repromissionem. 24 quæ
D sunt per allegoriam dicta. Hęc
enim sunt duo testamenta.
*in o. Vnum quidem *à monte Si-
na, in seruitutem generās: quę
est Agar, 25 (Sina enim, mons
est in Arabia: qui coniunctus
est ei, quæ nunc est Ierusalem)
& seruit cum filiis suis. 26 Illa
autem quæ sursum est Ierusa-
lem, libera est: quæ est mater
nostra. 27 Scriptum est enim:
Esaie 54,1. Lætare sterilis, quæ non paris:
erumpe & clama, quæ nō par-
turis: quia multi filij desertæ,
magis

23 Secundum carnem.] *Consueto nascendi modo. Iudæi ex Abraham secundum carnē filij, dū legis externæ seruituti ceremoniarū, &c. tantùm nituntur, & non credunt in Christum; his lex non est pædagogus, sed mater, eaq; ancilla, cuius conditione illi in seruitute viuunt. lex in Arabia lata est, non in regione promissa; atqui Arabia ipsa seruituti addicta est; & lex cum filiis suis seruit.*

Per repromissionem.] *Cùm Abrahæ corpus emortuum esset, & Sara etiā sterilis & emortuo iam vtero, tamen quia credidit Deo, habuit filium promissum, in quo posteritatis & seminis nomen accepit Abraham: In Isaac, inquit Deus, vocabitur tibi semen. ita & quicunque promissis diuinis nituntur, hi Abrahæ fidem sequuti, nomē etiam filiorū obtinent, & tandem etiam hæreditatē ex promittentis gratia, ineūt.*

24 Quę sunt per allegoriam dicta.] *Quæ quamquam iuxta historiæ rationem vera sunt, aliud tamen præterea significant, & adumbrant arcanum magis reconditum, quod vobis exponam.* Sunt duo testamenta.] *Significant & adumbrant duæ illæ matres duo testamēta, vetus ac nouum, adumbrant autē typicè.* In seruitutem generans.] *Vt Agar suā prolē in seruitutē genuit; ita lex, quæ filios suos in seruitute genuerat, nutrit & educat; lex, inquā, illa quæ in Sina fuit lata.* 25 Sina enim mōs est in Arabia.] *extra promissæ terræ fines.* Qui coniunctus est ei.] *Opponitur ordine ciuitati Ierusalem, quæ ex altero latere in acie respondet, atq; eandem seriem seruat Sina cum filiis suis seruientibus, quam seruat rursus Ierusalem recens cum filiis suis liberis: vt enim quanto tempore Israëlitæ fuerunt in Arabia, non potiti sunt libertate regni, donec venirēt in terram promissam, cuius præcipua regia ciuitas erat Ierusalem; in qua qui nati sunt, liberi & possessores erant terrenorum promissorum: ita etiam ij qui legis filij sunt illius veteris, neque ab illa disiunguntur vt Christum recipiāt, in seruitute versantur non in hæreditate. at verò qui huius posterioris pactionis filij sunt, iam illi sunt in Ierusalem illa altera à Prophetis significata, quæ nunc iam exstitit per Christum sublimata, & libera est, & est mater nostra, & nos liberos in acie collocat.* 26 Sursum est Ierusalem.] *Excelsa & superior, præstantior atque adeò sublimior facta iam à Deo, in eumq; statum deducta qui à Prophetis fuerat decantatus.* Mater nostra:] *non solùm Iudæorum, vt erat olim Ierusalem cùm inferior esset, sed Gentium: atque ita quadrat cum prædictionibus Propheticis.*

27 Multi filij desertæ.] *Huius noui Testamenti, quod antequam Christus veniret, desertum erat, ac nec apparebat quidem, plures iam filij sunt; longè, inquam, plures quàm veteris Testamenti, quod Prophetarum tempore virum habuit Deum authorem & vindicem: habet enim toto terrarum orbe constitutas Ecclesias.*

28 Secundum

28 Secundum Isaac.] *Ierusalem illa, quæ nunc exstat sublimis, mater nostra est: vt Sara fuit Isaaci mater secundum promißionem, sic nos sumus filij nouæ pactionis ex promißione dono Dei mundo iam nunc collati.*

29 Secundum carnem.] *Ordinario nascēdi modo secundum naturam.*

Secundum spiritum.] *Ex virtute & efficientia Dei promittentis; ipsius, inquam, Spiritus qui promiserat.*

Ita & nunc.] *Ita synagoga nunc persequitur Ecclesiam Christi, & eam vel omnino abijcere, vel in seruitutem suæ similem redigere studet.*

30 Cum filio liberæ.] *Ita etiam in hæreditate regni cælestis ij qui Christum simul & legalem seruitutem retinere student. oportet igitur eos qui liberæ filij sunt, libertatem suam & agnoscere & summo in pretio habere atque tueri; qua libertate Christus nos liberauit.*

IN CAP. V.

1 State.] *In illa libertate qua nos & Iudæos & Gentes Christus liberauit, consistite, atque hunc statum tuemini; & ne econuerso, seruitutem vobis imponatis, iugo grauißimo & inutili imò potius incommodißimo subito.*

2 Ecce ego Paulus.] *Ego, qui Iudæus natus sum, & Iudaismum diligenter studioseque colui, qui plusquam isti propugnator fui legis, qui quid quantumque legis obseruatio valeret cognoui, qui Christi dono liberatus à seruitute illa, apertè edoctus sum omnia iam illa antiqua quæ futurorum vmbra erant esse abolita; & non esse digna quæ comparentur vel coniungantur cum Christo, adeò vt præstantißima ceremoniarum omnium Iudaicarum, quæ circuncisio est, si à quocunque accipiatur tanquam necessaria, Christus illi nihil proderit. Circuncisio enim Christianæ professionis signum Sacramentumque non est, sed Iudaica; ita vt qui circunciditur, sub veteri pactione & lege se esse profiteatur eo ipso quòd circuncisionem sibi necessariam credit, atque eadem ratione obligatur ad omnem legem obseruandam, tam studio & voluntate quàm opere: id autem præstare non potest; oportet enim Christum exspectari & excipi ab eo qui legis perfectionem & finem assequi studet: namque illius gratia & dono homines à maledicto legis liberantur. illa omnia antiqua vmbra sunt. Christus illius vmbræ corpus & lux est ipsa. non possunt simul eodemque loco esse vmbra & lumen. igitur*

magis quàm eius quæ habet
virum. 28 Nos autem fratres Rom. 9, 8.
secundum Isaac promissionis
filij sumus. 29 Sed quomodo
tunc is qui secundum carnem
natus fuerat, persequebatur
eum qui secundum spiritum:
ita & nunc. 30 Sed quid dicit
scriptura? Eiice ancillam & fi- Genes. 21, 10.
lium eius. nō enim hæres erit
filius ancillæ cum filio liberæ.
31 Itaque fratres, nō sumus an-
cillæ filij, sed liberæ: qua liber-
tate Christus nos liberauit.

CAP. V.

1 STate: & nolite iterum iu- A
go seruitutis contineri.
2 Ecce ego Paulus dico vobis Act. 15, 1.
quoniam si circuncidamini,
Christus vobis nihil proderit.
3 Testificor autē rursus omni
homini circuncidenti se, quo-
niā debitor est vniuersæ legis
facien-

4 Euacuati

faciendæ. 4 Euacuati eſtis à
Chriſto, qui in lege iuſtifica-
mini: à gratia excidiſtis. 5 Nos
enim ſpiritu, ex fide, ſpem iu-
ſtitiæ expectamus. 6 Nam in
B Chriſto Ieſu neque circũciſio
aliquid valet, neque pręputiũ:
ſed fides quæ per charitatem
operatur. 7 Currebatis bene:
quis vos impediuit veritati
Nemini conſenſeritis O. Q. n. non obedire? 8 Perſuaſio, non
*hæc MS. C. eſt ex eo qui vocat vos. 9 Mo-
* veſtra, Hier. 3. dicum fermẽtum totam maſ-
1 Cor. 5, 6. ſam corrumpit. 10 Ego confido
in vobis in Domino, quòd ni-
hil aliud ſapietis: qui autem
conturbat vos, portabit iudi-
cium, quicunq. eſt ille. 11 Ego
autẽ fratres, ſi circunciſionem
adhuc prædico: quid adhuc
perſecutionem patior? Ergo
euacuatum eſt ſcandalum
crucis. 12 Vtinam & abſcin-
dantur qui vos conturbant.
13 Vos

4 Euacuati eſtis à Chriſto.] *Eo ipſo quòd iuſtificari vultis legis Moſaicæ obſeruatione, & cultu ceremoniarum & traditionum, atq; huiuſmodi cæteris, vmbrã amplectimini, & Chriſtum è vobis ipſis excluditis; & ſi lege, vt vos vultis & putatis, iuſtificamini; ergo gratiã non admittitis; hoc eſt, nõ vultis iuſti eſſe apud Deũ ex Dei dono, ſed ex veſtra virtute & actione.*

5 Nos enim.] *Nam nos qui rectam Euangelij rationem tenemus ac docemus, non habemus iuſtificationis noſtræ definitionem in opere ceremoniali & carnali, ſed ſperamus iuſtitiam per Spiritum ex fide Ieſu Chriſti nobis donandam, atque hoc eſt quod exſpectamus, qui ad Chriſtum tendimus: atque hæc noſtra doctrina eſt, cuius illa ſumma eſt, Iuſtificationem Chriſtianam in ſpiritu collocari, atq; à Spiritu ſancto effici per Chriſtũ. Quod cùm ita ſit, manifeſtum eſt neque circunciſionem neque præputium, cùm vtrunque in carne ſit, valere aliquid in hac iuſtificatione Chriſtiana, ſed fidem illam viuam diuinam, quæ per charitatem operatur. Magnum myſterium.*

7 Currebatis.] *In hac diſciplina & ſpe pulchrè currebatis, recta via, plana, & ad certum ſcopum.*

8 Perſuaſio.] *Hæc perſuaſio hærendi in curſu, vel regrediendi, non eſt ex Deo, qui vos vocat ad iuſtificationis ſuæ donum admirabile: namque ille omnino vos vult expeditos currere & tendere ea via quæ vobis eſt præſcripta, quidquid impedimenti adieceritis, vel non curretis, vel non ſic curretis vt comprehendatis. puros enim ac ſynceros ab huiuſmodi perſuaſionibus vos vocauit Deus, modicum verò fermentum totam maſſam fermentat: voluit autem Deus in Gentium iuſtificatione oſtendere, Iuſtificationem ſuam non ex lege, ſed ex promiſſione gratiáq; ſua proficiſci. ſi vos iſtud agitis, aliud ſapitis quàm quod Deus vult.*

11 Ego autem.] *Itaque nihil omnino neque vnam partem Moſaicæ legis, illius quæ ceremonias continet, imò neque illam quæ maximè celebris eſt, ſeruandam aut neceſſariam dico, nempe circunciſionem; nam ſi ego adhuc vel neceſſariam vel oportunam prædicarem, non cogerer ferre iſtam inuidiam & vexationem Iudæorum, non dicerer ponere offendiculum Iudæis prædicanda Chriſti cruce, cuius virtute ſalutem hominibus afferri aſſeuero.*

12 Qui vos conturbant.] *Qui depellunt vos è ſtatu illo cognitionis veritatis, in quo quietè conſiſtebatis, & adigũt ad inquietudinem conſcientiæ ex nouis opinionibus contra veritatem.*

13 Vos enim in libertatem.] *Vos qui Gentes eratis, à legis ceremoniis liberi & immunes, vocati estis in illa eadem libertate in libertatem spiritus, quam vobis Deus præstiturus est per Christum: insistite ergo eam viam per quam vocati estis, immunes ab illis legis obseruationibus quæ ceremonias continent. tantùm ea præcepta legis seruate, quæ non sunt propriè & solummodo Iudæis data, sed pertinent ad omnes homines quotquot communi sensu non carent. ea sunt præcepta charitatis exercitationem & vsum spectantia, quæ omnibus hominibus ex rationis vi nota esse oportet; & Israëlitis præterea in tabulis fuere exarata. ea si non omnes singillatim teneant, at vnum maximum, quo omnia illa concluduntur, tenere debent:* DILIGES *proximum tuum sicut te ipsum. ab hoc præcepto immunes nullos homines Deus esse vult. longè igitur minus decet eos qui Christi disciplinam Euangelicamq; profitentur, prætextu libertatis charitatem violare, imò hanc generosam seruitutem & regiam planè atq; magnificam vltrò studioseq; eos subire oportet, vt alij aliis seruiant, atque ita nulla cōtentio, nulla inuidia, nulla contemptio in vobis erunt, quæ vitia turpissimam constituunt seruitutem.*

16 Spiritu ambulate.] *Quamuis caro in vobis concupiscat aduersus spiritum, tamen & spiritus etiam concupiscit aduersus carnem: ergo dignissimam partem secuti, exercete ea quæ spiritus cupit, & ne perficiatis desideria carnis.*

18 Quod si Spiritu ducimini.] *Mysterium magnum hîc est.*

[13]Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis
carnis, sed per charitatem *seruite inuicem. [14]Omnis enim *Spiritus MS.
lex in vno sermone impletur: C
Diliges proximum tuū sicut *Leuit. 19,18. Matt. 22,39. Marc. 12,31. Rom. 13,8. Iacobi 2,8.*
teipsum. [15]Quòd si inuicem
mordetis & comeditis: videte
ne ab inuicem consumamini.
[16]Dico autem: Spiritu ambulate, & desideria carnis non *Rom. 13,14. 1 Pet. 2,11.*
perficietis. [17]Caro enim concupiscit aduersus spiritū: spiritus autem aduersus carnem.
hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunq. vultis, illa faciatis. [18]Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege.
[19]Manifesta sunt autem
opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, *impudicitia, luxuria, [20]idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, *9 MS. Hier. G. S.
contentiones, æmulationes,
iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, [21]inuidiæ, homicidia, ebrietates, D
comessationes, & his similia. quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. [22]Fructus autem Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, [23]mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas. Aduersus huiusmodi non
est

23 Aduersus huiusmodi.] *Aduersus eos qui sunt huiusmodi, non est illa lex Mosaica; quæ, cùm ab hominibus omnia bona exigat & impetrare*

impetrare non possit propter carnis infirmitatem quam ipsa non aufert, tamen maledicit & accusat atque condemnat eos. qui ergo huiusmodi sunt, non cadunt sub illã legis maledictionem; vtpote quibus lex non tantum exterius, sed etiam interius obseruetur per Spiritus sancti gratiam suggerentis, & in ipsis hos fructus efficientis.

est lex. 24 Qui autẽ sunt Chri-
1 MS. Hier. 6. sti, carnem suam crucifixerũt
cum vitiis & concupiscentiis.
25 Si viuimus spiritu: spiritu &
ambulemus. 26 Nõ efficiamur
inanis gloriæ cupidi, inuicem
prouocãtes, inuicẽ inuidẽtes.

26 Non efficiamur.] *Singuli seipsos, ita vti diximus, obseruent & componant in vera pietatis doctrina & exercitatione, vt sibi seueras & exactas, dulces aliàs charitatis leges imponant; quod verò ad alios attinet, ita aliorum errata corrigere curemus, vt ex eo nullam nobis gloriam comparare studeamus; duris & inuidiosis reprehensionibus vltrò citroq; contendentes: quis verò modus in hoc officio sit obseruandus, paucis accipite:* Fratres, &c.

Cap. VI.

A FRatres, 1 & si præoccupa-
tus fuerit homo in aliquo
delicto, vos qui spirituales
estis, huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis, considerans
teipsum, ne & tu tenteris. 2 Al-
ter alterius onera portate: &
sic adimplebitis legẽ Christi.
3 Nam si quis existimat se ali-
quid esse, cùm nihil sit: ipse se
seducit. 4 Opus autem suum
B probet vnusquisque, & sic in
semetipso tãtum gloriam ha-
bebit:

In cap. VI.

1 Fratres.] *Cùm fratres simus, omnes aliorũ saluti summa charitate prospicere debemus; intelligentes communem Dei gloriæ & humani generis hostẽ perpetuò nobis insidiari, & multos multis modis capere: quis ergo non misereatur capti & alligati fratris? quis illi non quàm possit lenissimè & maturrimè ferat opem, atq; ita cõsulat, vt cùm liberare & eripere satagat, vel non pressius adstringat, vel non grauiter lædat. Commodissima igitur erit ratio, vt vos, qui spirituales estis, atque ab Spiritu sancto authoritatem & gratiam vel ministerij dona accepistis, ex eiusdem Spiritus lenitate & modestia eum qui ab hoste nostro fuerit præoccupatus instruatis & erigendum curetis.*

2 Alter alterius.] *Non decet vt onus oneri addatis eius qui peccatis aut alio pondere pressus est, sed vt communẽ infirmitudinẽ iuuetis, & suscipiatis alij aliorum onera, tãquam si vestra essent; atq; vt vobis cuperetis opem in spiritu mãsuetudinis ferri, ita indigenti feratis opem, & sic legem quam Christus nobis reliquit, & quam ipse subiit; charitatis, inquã, legem implete.*

3 Nam si quis.] *Considerare oportere vnumquemque seipsum dixi: nam qui spiritualis est, non hoc à se habet, sed à Deo; qui verò non est, & existimat se esse vel spiritualem vel fortẽ, vel aliud aliquid, cùm tamen nihil sit, ipse suum fallit animum; namque animus conscius est sibi nihil magnarum illarum virtutum inesse. & si cuius animus aliquas habet, conscius est illas Deo acceptas referri oportere. ergo videat quis quem & quo modo instruat.*

4 Opus autem suum.] *Neque verò decet ex externa laude se quemquam metiri, sed videre & inquirere in se, animo cõscientiaq; sua, qualis ipsius vita sit, & tunc habebit gloriæ rationem ex seipso, & non ex laude vel ab alio accepta vel captata. itaque qui gloriam quærit ex repre-*

 hensione

hensione alterius, cùm ipse nihil sit, & fallit seipsum, & gloriam nullã meritò habet. qui quærit gloriam ex reprehensione vel examine suipsius, ille potest iuste laudari, qui in seipsum fortis, animosus, seuerus, & censor fuerit, ita tamen vt non sibi ignoscat neque indulgeat, sed vt opus suum approbet Deo iudici atque cognitori integerrimo, cui omnis virtutis & præstantiæ gloria accepta referenda est; singulos enim suam sarcinam ferendam, suamq; personam agendam considerare & diligenter curare oportet.

6 Is qui catechizatur.] *Qui instituitur ab alio per sacram doctrinam.*

In omnibus bonis] *quæ ipsi contigerint, & oportuna commodaq; in vsum institutoris existimata fuerint.*

7 Nolite errare.] *Cùm Deum nihil lateat, nihil fallere possit, quidquid homines causarum vel consiliorum inuenerint, vt aliter atq; aliter de rerum suarum vsu statuant, tamen Deum fallere non possunt, sed ipsi errare possunt. Namque à Deo duplex seminandi ratio declarata est, & duplex prouentus varius atq; omnino dissimilis; quod enim caro est, quãuis carnem sapere non videatur, tamen caro est, & nihil ex illo metetur præter corruptionem, quæ carnis exitus est. quod verò spiritus est, id purum & incorruptum est, atque ad vitam pertinet æternã. igitur qui hoc modo res suas impendit, vt ad carnis commoda referat, hic de carne metet corruptionem, namque eò tendunt & caro & carnalia omnia, atque huius mundi opes & diuitiæ.*

9 Non deficiamus.] *In beneficiis collocandis ne afficiamur tædio; namque vbi tempus messis aderit, nunquam nos tædebit vberrimi fructus colligendi.* 10 Dum tempus habemus.] *dum sementis tempus est, quàm possumus maximam sementem faciamus.*

11 Qualibus literis.] *Quantis & quàm longis, idq; mea manu, vt intelligatis quanto studio, quàm certo consilio, quantoq; affectu permotus fuerim erga vos, quos isti à veritate abducere moliuntur.*

12 Quicunque volunt placere in carne.] *Qui carnis gloriam ex hominibus captant, & volunt spectacula edere suarum actionum, quæ mundus spectet, non agnoscat Deus aut probet, ij vos petunt vt materiam iactationis suæ in vestra carne nacti, suum officium Iudæis commendent, atq; hoc pacto effugiant persecutionem quam ferunt ij qui Christi crucem prædicant.*

bebit: & nõ in altero. [5] Vnus- *1 Cor. 3, 8.*
quisq. enim onus suum por-
tabit. [6] Communicet autem is
qui catechizatur *verbo*, ei *verbum c MS. Hur. c. 5.*
qui se catechizat, in omnibus
bonis. [7] Nolite errare: Deus
non irridetur. [8] Quæ enim se-
minauerit homo: hæc & me-
tet. Quoniam qui seminat in
carne sua: de carne & metet
corruptionem. qui autem se-
minat in spiritu: de spiritu me-
tet vitam æternam. [9] Bonum *1 Thes. 3, 13.*
autem facientes, non deficia- C
mus. tempore enim suo mete-
mus non deficientes. [10] Ergo
dum tempus habemus, ope-
remur bonum ad omnes, ma-
ximè autem ad domesticos fi-
dei. [11] Videte qualibus literis
scripsi vobis mea manu.
[12] Quicunque *volunt placere *enim o.
in carne: hi cogũt vos circun-
cidi, tantùm vt crucis Christi
persecu-

14 Mihi

perſecutionem non patiantur.
[13] Neque enim qui circunci-
duntur, legem cuſtodiunt. ſed
volunt vos circuncidi: vt in
carne veſtra glorientur. [14] Mi-
D hi autem abſit gloriari, niſi in
cruce Domini noſtri Ieſu
Chriſti: per quem mihi mun-
dus crucifixus eſt, & ego mun-
do. [15] In Chriſto enim Ieſu
neque circuncifio aliquid va-
let, neque præputium: ſed no-
ua creatura. [16] Et quicunque
hanc regulam ſecuti fuerint,
pax ſuper illos, & miſericor-
dia, & ſuper Iſraël Dei. [17] De
cætero nemo mihi moleſtus
ſit. ego enim ſtigmata Domi-
ni Ieſu in corpore meo porto.
[18] Gratia Domini noſtri Ieſu
Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres.

14 Mihi autem.] *Nunquam mihi accidat vt aliam gloriæ rationem ineam, quàm eam quæ ex efficientia mortis & crucis Chriſti proficiſcitur; vt vos illius efficientiæ participes per Euangelium à me prædicatum mihi gloriandi & gaudendi & gratulandi non coram hominibus, ſed coram Deo, tanti boni authore, copia fiat; cuius virtus mihi communicata effecit vt ego nihil magis curem vel gloriā mundi, vel alia quæ mundus in pretio habet, nihil rurſus eorum quæ mundus timet & mala putat, vt inopiam, obſcuritatem, & cætera magis timeam, quàm crucifixus & mortuus quærere aut timere poteſt: namque in his rationibus mundus mihi iam mortuus & crucifixus eſt, & ego mundo; neque ille ad me pertinet, neque ego ad illum.*

16 Et quicunque.] *Siue Iudæi ſiue ex Gentibus ſint.*

17 Stigmata.] *Notas ſeruitutis, quæ me declarant illi addictum ſeruum, illumq; mihi Dominum cui fideliter ſeruiam. non poſſum duobus dominis ſeruire, legis ceremoniis & Chriſto. hunc agnoſco Dominum, non legem, ideoq; non circuncifionem, ſed crucem p[illegible]ſero cognoſcendam apertè in me.*

AMEN.

In receſſu rupis Aracenenſis, anno CIↃ. IↃ. LXXIX.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI
in Epistolam D. Pauli ad Ephesios
ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

VINCTVS Romæ Paulus Ephesinos fratres per epistolam salutat; & gratulatione aptissima acceptorum à Deo donorum spiritualium, hortatur ad perseuerantiam in pietate, atque ad studium Euangelij promouendi, nihil deterritos vel turbatos si quid Apostolis durum vel acerbum eueniat Euangelium prædicantibus, quandoquidem hoc etiam pacto Euangelij lux & Christi virtus magis innotescit.

CAP. I.



[1] PAVLVS Apostolus Iesu Christi per volũtatem Dei: omnib' sanctis qui sunt Ephesi: & fidelibus in Christo Iesu. A
[2] Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. 1 Cor. 1, 3. 1 Tim. 1, 3.
[3] Benedictus Deus & Pater Dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo:
[4] sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,

IN CAP. I.

1 Apostolus.] *Legatus ad Euangelium salutis, quam Deus hominibus afferre voluit per Iesum Christum, cuius nomen & agnomen, virtutem, authoritatem, efficientiamq́; omnem significat.* Per voluntatem Dei.] *Qui vt me voluit esse Apostolum, ita & me regit & curat vbicumque quocumque modo sim, siue vinctus siue solutus.* Et fidelibus.] *Qui iam probati sunt sancti communicatione sancti Spiritus Christi Iesu, cuius testimonium ipsis creditum fidelissimè redditur.*

2 Patre nostro.] *omnium, & singulari modo sanctorum.* Et Domino.] *Cui Pater potestatem omnem dedit.*

3 Benedictus] *Deus sapiens, potens, efficax atque summus, idemq́; misericordissimus, qui se nobis Patrem per Iesum Christum dedit, in quo sibi nos filios adoptauit.*

Benedixit nos.] *Et præstitit nobis promissum suum benedictionis omnium familiarum terræ; auxit igitur nos, multiplicauit, amplificauit, & omnino ditauit omni benedictione, non carnali in terris, vt quondam in figura auxit filios Israël, sed spirituali in cælestibus diuitiis, opibus & regno; idq́; in Christo semine illo promisso, in quo Gentes omnes erant benedicendæ.* 4 Sicut elegit.] *Vt admirabile illius consilium nostro tempore manifestaretur, quemadmodum ex omnibus ætatibus quas ipse distribuit à principio antequam mundi huius initia ponerentur; vt qui hac ætate ad horam vndecimam veneri- mus in vineam, mercedem per procuratorem acciperemus hanc, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius verè ac simpliciter in charitate qua ipse prior dilexit nos.*

5 Qui

nem, vt essemus sancti & im-
maculati in conspectu eius in
charitate. [5]Qui prædestinauit
nos in adoptionem filiorum,
per Iesum Christū, in ipsum:
B secūdum propositum volun-
tatis suæ: [6]in laudē gloriæ gra-
tiæ suę, in qua gratificauit nos
in dilecto "filio suo'. [7]In quo — "2 MS. Hier. G. Q. 9.
habemus redemptionem per
sanguinem eius (remissionem
peccatorum) secundum diui-
tias gratiæ eius, [8]quæ super-
abundauit in nobis in omni
sapientia & prudentia, [9]vt no-
tum faceret nobis sacramen-
tum voluntatis suæ, secūdùm
beneplacitum eius, quod pro-
posuit in eo, [10]"in dispensatio- — "in dispensationem 2 MS. G. S.
ne' plenitudinis tēporum, in-
staurare omnia in Christo, quę
in cælis & quæ in terra sunt, in
ipso. [11]In quo etiam nos sorte
vocati sumus: prædestinati se-
cundum propositum eius qui
operatur omnia, secundum
consilium voluntatis suæ: [12]vt
simus in laudem gloriæ eius
nos, qui antè sperauimus in
Christo: [13]in quo & vos, cùm
C audiuistis verbum veritatis,
(Euangelium salutis vestræ:)
in

5 Qui prædestinauit.] *Nos ex omnibus ætatibus delectos primos definiuit qui in filios adoptaremur per Iesum Christum hoc tempore missum & antea promissum; sibi, inquam, filios futuros adoptandosq; præfiniuit.*

Voluntatis suæ.] *Qua nobis hoc singulare beneficium tribuere voluit in laudem & prædicationem amplitudinis illius gratiæ qua nos sibi gratos effecit adoptatos in Iesu Christo Filio suo dilecto.*

7 In quo] *Iesu Christo, vt capite nostro, cùm sumus coaptati vt membra, habemus redemptionem factam per illius sanguinem effusum pro nobis: eam autem redemptionem interpretor remissionem peccatorum præstantissimam, ex ditissima illius gratia profectam.*

8. 9. 10 Quæ superabundauit.] *Vltra quàm petere aut optare aut etiā cogitare possemus, redundauit in nos illius beneficium, plenissimè communicata nobis sapientia & cognitione atq; intelligentia beneficij ipsius nobis collati; idq; effectum est declarato nobis mysterio voluntatis suæ, quod mysterium in se proposuerat & conseruabat dispensatis seculis, & certa serie sapientissimè deductis ad plenitudinem vsq; temporis constituti. erat autem mysteriū, vt instaurarentur & renouarentur omnes electi in ipso, tam ij qui nunc in cælo sunt & adscenderunt cum illo, & qui postea euocati eò sunt, quàm ij etiam qui in terra degunt, huius maximi doni participes effecti.*

11 In quo etiam.] *Quia sic illi placuit, nos Iudæi, qui antea sperauimus in Christo, vocati sumus antè vt speraremus & haberemus huius mysterij notitiam eam quā illi tunc nobis impertiri placuit, & nunc demum ad ipsam hæreditatem admitteremur, non quòd nobis hoc deberetur, sed vt omnibus his nominibus simus materia & argumentum ad laudandā amplitudinem Dei & gloriam illius, atque nos ipsi his vacemus laudibus nostra causa & vestra etiam, vosq; etiam vestra & nostra.*

13 In quo & vos.] *Vos etiam cùm audissetis Euangeliū salutis vestræ, sperastis vos saluos fore,*

fore, atque ita credentes in eo secundum operationem virtutis Dei, obsignati estis illo sancto Spiritu, qui promissus erat in testimonium veritatis Dei & Christi eius.

14 In redemptionem acquisitionis.] *Vt hoc signo & arrabone ostendatur vos esse redemptos & liberali causa assertos à seruitute diaboli in libertatem filiorum Dei, in laudem gloriæ ipsius.*

16 Gratias agens pro vobis.] *Iis quibus ista fidei magnitudo & charitatis ex Dei beneficio contigit, gratias ago; & vt omnes vos perficiamini, & Ecclesia vestra quotidie augeatur, & omnino consummetur in cognitione & agnitione Christianæ virtutis, perpetuò oro ac precor Deum.*

17 Pater gloriæ.] *Pater Iesu Christi, per quem ipse effulget & manifestat suam admirabilem gloriam, qui & Christum Filium suum nobis misit, & per eum nos sibi adoptauit in filios.*

Spiritum sapientiæ.] *Spiritum sanctum suum, quo vobis Iesus Christus manifestetur, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ.*

In agnitione illius.] *Vt illius virtutem & cognoscatis per reuelationem, & per efficientiam in vobis ipsis agnoscatis & confiteamini. Illuminatos oculos cordis vestri lumine illo misso ad reuelationem Gentium.*

18 Quæ sit spes.] *Quid sit id quod sperant ij qui vocantem illum sequuntur.*

19 Secundum operationem potentiæ virtutis eius] *quam in nobis manifestauit per Spiritum sanctum quem dedit nobis.*

20 Suscitans illum.] *Atque communicans nobis virtutem & efficientiam resurrectionis illius, & constituens eum ad dexteram suam in cælestibus, vt sic exaltatus dextera Dei, nobis mittat & impertiatur cælestia dona.*

21 Et omne nomen.] *omnem vim, virtutem, & efficacitatem.*

Non solùm in hoc seculo.] *perpetuò & in æternum.*

in quo & credẽtes signati estis
Spiritu promissionis sancto,
14 qui est pignus hæreditatis
nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ
ipsius. 15 Propterea & ego audiens fidem vestram quæ est
in *Domino Iesu, & dilectio- *Christo Ms. q. Syri
nem in omnes sanctos: 16 non lalẽti: In Domino nostro Iesu Christo.
cesso gratias agens pro vobis,
memoriã vestri faciẽs in orationibus meis, 17 vt Deus, Domini nostri Iesu Christi Pater,
gloriæ, det vobis spiritum sapiẽtiæ & reuelationis, in *agni- *agnitionem Ms.
tione eius, 18 illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę
sit spes vocationis eius, & quæ
diuitiæ gloriæ hęreditatis eius
in sanctis, 19 & quæ sit super- D
eminens magnitudo virtutis
eius in nos, qui credimus: secundùm operationem poten- *Inf. 3, 7.*
tiæ virtutis eius, 20 quam operatus est in Christo, suscitans
illum à mortuis, & constitueñs
ad dexteram suam in cælestibus, 21 supra omnem principatum & potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur
non solùm in hoc seculo, sed

Psal. 8, 8. etiam in futuro. [22]Et omnia
ſubiecit ſub pedibus eius: &
ſuper omnia ipſi Eccleſiæ 5 MS. Hier. G. 8. ipſum dedit caput *ſupra om-
nem Eccleſiam*, [23]quę eſt cor-
& MS. 8. pus ipſius, *plenitudo eius, qui
Col. 2, 13. 3, 5 omnia in omnibus adimple-
tur.

CAP. II.

conuiuificauit MS q. ET[1] vos *cùm eſſetis mor-
A tui delictis & peccatis ve-
ſtris, [2]in quibus aliquãdo am-
bulaſtis ſecundùm ſeculum
mundi huius, ſecundùm prin-
cipem poteſtatis aëris huius,
ſpiritus, qui nunc operatur in
filios diffidentiæ, [3]in quibus
& nos omnes aliquando con-
uerſati ſumus in deſideriis
voluntates 2 Ms. Hier. G. carnis noſtrę, faciẽtes *volun-
tatẽ* carnis & cogitationum,
& eramus natura filij iræ ſicut
& cæteri: [4]Deus autem (qui
diues eſt in miſericordia) pro-
pter nimiam charitatem ſuam
qua dilexit nos, [5]& cùm eſſe-
mus mortui peccatis, conui-
uificauit nos Chriſto, (cuius
B gratia eſtis ſaluati,) [6]& conre-
ſuſcitauit, & conſedere fecit in
in cæleſtibus in Chriſto Ieſu,
[7]vt oſtenderet in ſeculis ſu-
peruenientibus abundãtes di-
uitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.

22 Omnia ſubiecit.] *Quæcunque vel gloria Dei vel hominum ſaluti aduerſantur, omnes Dei & hominum hoſtes.*

23 Omnia in omnibus adimpletur] *Vt is à quo omnis virtus in membra omnia ac ſingula diffunditur.*

IN CAP. II.

1 Et vos.] *Et vos etiam ſingulari hoc & admirabili beneficio affecit; beneficio, inquam, ſingulari, tum vocationis tum viuificationis cũ Chriſto, quippe quos ex miſerrima conditione ad hanc felicitatem traduxerit, mortificatos carne & viuificatos ſpiritu.*

2 Secundum ſeculum mundi huius.] *Ex conſuetudine vana & corrupta huius mundi, quæ & proficiſcitur & editur atque alitur à principe, hanc mundi tempeſtatem excitante, & hominum ſenſum turbãte; eodem, inquam, à quo ij agitantur qui veritatem & virtutem ſuaderi nolunt.*

3 In quibus] *delictis & peccatis, nos qui nunc ſumus vocati in hanc admirabilem lucem, tam ex Iudæis quàm ex Gẽtibus, aliquando conuerſati ſumus.*

Natura filij iræ] *In communi parentum noſtrorum culpa & crimine corrupti, ita vt & hæreditaria obligatione obſtricti eſſemus, & eandem nos arctius etiam noſtris criminibus auxeramus. hæc erat & veſtra & noſtra omnium communis conditio quod ad homines attinet: Deus autem, &c.*

4 Nimiam.] *multam & magnam, quæ vel ipſa rei magnitudine oſtenditur, nempe quòd mortuos nos peccatis, vnà cum Chriſto viuificauerit & reſuſcitauerit & conſedere fecerit, &c. illum nobis caput & nos membra illius ad hæc omnia conſtituens. Magnum myſterium.*

7 Super nos.] *Huius tam admirabilis beneficij hac ætate participes ac teſtes.*

8 Gratia enim.] *Vos cùm Gentes essetis, qui neque Deum cognoscebatis, nedum coleretis legitimè, tamen hac magna gratia Deus affecit, vt Euangelium principio docendos curaret, & credentes Euangelio participes effecerit huius salutis. hoc magna gratia est, magnumq́ donum; totum, inquam, hoc quod saluati estis, & quod per fidem saluati estis. vos enim hoc tantum bonum vobis efficere minimè poteratis: vt filij Dei nominemini & sitis, Dei donum est.*

10 Ipsius enim sumus factura.] *Nos qui aliquando fuimus filij iræ, sumus nunc noua creatura in Christo, & iam viuimus secundum Christum, non vt antea obedientes desiderijs carnis, sed exercẽtes nos in bonis operibus, qualia filiorum suorum Deus esse vult & probat, & ad ea exercenda nos præparauit Deus ipse.*

11 Gentes in carne.] *Certa nota distincti etiam secundum carnem ab iis qui secundum carnem signum quoddã habebant fœderis cum Deo, & cognitionis voluntatis illius, atq; certi pro illo tempore cultus; à quibus, quod hanc rationem spectat, vos non minus excellebamini, quàm cæci ab iis qui visum & lumen habent oportunum, aut hospites & alieni à familiaribus, adeò vt nihil magis alienum à Deo in hominibus tunc nominaretur in genere quàm præputium, id est, homines circuncisionis fœdere carentes.*

12 Sine Christo.] *Absque notitia & exspectatione Christi, quippe neque promissa aut legem habebatis, neque coniuncti eratis iis quibus promissum factum & sæpius confirmatum fuerat, adeò vt etiam sine Deo essetis; hoc est, à veri Dei cognitione remoti, quem si aliqui fortassis ex vobis cognouerunt, non tamen legitimè colebant.* 14 Medium parietem.] *Legis circuncisionis & ceremoniarum interstitium, quo dirimebatur Gentiliũ populus à Iudaismo, & magnas inter vtrumq; inimicitias fouebat. hãc legem mandatorũ, quæ in dogmatibus & ritibus eiusmodiq; aliis partibus cõstituta erat, abrogauit Christus, vt duos condat populos in semetipso factus caput vtriusque.*

15 Faciens pacem] *inter Deum & homines, atque inter vtrumque populum etiam.*

8 Gratia enim estis saluati per
fidem (& hoc nõ ex vobis, Dei
enim donum est) 9 non ex ope-
ribus, vt nequis glorietur.
10 Ipsius enim sumus factura,
creati in Christo Iesu in ope-
ribus bonis, quæ præparauit
Deus vt in illis ambulemus.
11 Propter quod memores
estote, quòd aliquando vos* *qui MS q.
-eratis', Gentes in carne, qui -1 MS. Hier. G.
dicebamini præputium ab ea
quę dicitur circuncisio in car-
ne manu facta: 12 "qui' eratis "quod 8 MS. Hier. G.
illo in tempore sine Christo,
alienati à cõuersatione Israël,
& hospites testamentorum, C
promissionis spem non habẽ-
tes, & sine Deo in -hoc' mũdo. -2 MS. Hier. G. S.
13 Nunc autem in Christo Iesu
vos qui aliquando eratis lon-
gè, facti estis propè in sangui-
ne Christi. 14 Ipse enim est pax
nostra; qui fecit vtraq. vnum,
& medium parietem maceriæ
soluens, "inimicitias' in carne "inimicitiã 4 MS. Hier. G. S.
sua. 15 legem mandatorum de-
cretis euacuans: vt duos con-
dat in semetipso in vnum no-
uum hominẽ, faciens pacem.
16 "&'

17 Et

vt ms. Hier. 16 & recōciliet ambos in vno
corpore Deo per crucem, in-
inimicitias ms. Hier. & s. terficiens inimicitias in se-
Q. n. metipso. 17 Et veniens euan-
gelizauit pacē vobis qui lon-
gè fuistis, & pacem iis qui pro-
Rom. 5. 2. pè. 18 quoniam per ipsum ha-
D bemus accessum ambo in vno
Spiritu ad Patrem. 19 Ergo iam
non estis hospites & aduenæ:
sed estis ciues sanctorum &
domestici Dei, 20 superædifica-
ti super fundamentum Apo-
stolorum & Prophetarū, ipso
summo angulari lapide Iesu
Christo: 21 in quo omnis ędifi-
catio constructa, crescit in tē-
plum sanctum in Domino,
22 In quo & vos coædificami-
ni in habitaculum Dei in Spi-
ritu sancto.

CAP. III.

A HVius 1 rei gratia, ego
Paulus vinctus Christi
Iesu, pro vobis Gentibus: 2 si
tamen audistis dispensationē
gratiæ Dei quæ data est mihi
in vobis, 3 quoniam secūdum
reuelationem notū mihi factū
est sacramentum, sicut suprà
scripsi in breui: 4 prout potestis
legentes intelligere prudētiam
meam

17 Et veniens.] *Idem ipse qui fuit mediator pacis, attulit bonum nuntium vtrique populo; vobis, qui ab illius cognitione longè fuistis, per suos ministros; circuncisioni ipsemet cum ministris suis Prophetis & Apostolis.*

18 Per vnum Spiritum] *sanctum, per quem cum Christo cōiuncti, accessum habemus ad Patrem, vt filij & cohæredes cum eodem Christo.*

20 Fundamentum Apostolorum.] *Cui innituntur prophetiæ omnes, & Euangelium ac doctrina omnis quæ de salute hominum est: namque omnia hæc demonstrant Christum esse positum angularem & fundamentalem lapidem structuræ domus Dei.*

21 Omnis ædificatio.] *ædificium totum ipsum domus Dei.*

IN CAP. III.

1 Huius rei gratia] *Huius autem magni doni Dei, quod vobis Gentibus me Apostolo declaratum est, huius arcani ministerium à me reuelatum in causa est vt ego Paulus vinctus sim Iesu Christi nomine, quod profiteor ac prædico.*

2 Si tamen] *Si quidem audistis mihi datas fuisse has partes enuntiandi vobis Euangelij ex dispensatione gratiæ Dei.*

3 Quoniam secundum.] *Audistis hanc dispensationem factam mihi ex reuelatione mysterij huius magni virtutis & efficientiæ Iesu Christi in credentibus & obtemperantibus Euangelio.*

4 Prout potestis.] *Vt facilè intelligere possitis quid ego sciam, quid sentiam de arcano illo Iesu Christi efficacissimi in iis quibus illius virtus inhabitat: potestis, inquam, intelligere quicumque mysterij huius compotes primam epistolæ huius partem legeritis, in qua breuiter quidem, tamen certissimè, significaui mysterij huius rationem.*

5 Quod aliis generationibus.] *Hoc mysterium non fuit cognitum seculis præteritis apud filios hominum, eo modo, eoq; lumine quo nunc est patefactũ Apostolis & Prophetis sanctis Dei, idq; in spiritu eos interius docente, & testimonium reddente veritatis ac virtutis Iesu Christi, quod alio modo cognoscunt nunc Apostoli & Prophetæ, per Christum iam expedito consilio Dei illo arcano, quàm antea filij hominum cognoscere potuerunt, & si aliquo modo cognouerint antea quàm res acta atque confecta esset.*

6 Gentes esse cohæredes.] *Est autem mysterij summa: Promissa Dei esse præstanda in Christo Iesu eis quorum caput ille esset; & ad huius corporis, atque adeò ad hæreditatis huius communionem Gentes esse vocandas per Euangelium, & cooptandas admittendasq;. Huius Euãgelij minister ego factus sum ex dono Dei, à quo accepi gratiam tum ministerij tum sanctitatis, secundum operationem virtutis eius.*

9 Quæ sit dispensatio.] *Quemadmodum Deus explicet communicetq; hoc mysterium, quod in Dei mente superioribus seculis erat absconditum, & nondum vsque ad hanc ætatem patefactum; in Deo, inquam, qui omnia condidit, tam ea quæ initio orbis creata sunt per verbum, quàm ea quæ nunc regenerata sunt per idem Verbum Iesum Christum.*

10 Innotescat nunc principibus.] *Vt variis cælestium spirituum ordinibus, quamuis sapientibus, tamen nunc hoc Ecclesiæ constitutæ & sanctificatæ admirabili spectaculo nota fiat, alio etiam modo quàm antea, sapiẽtia illa Dei: quæ cùm vna eademq; sit, tamen variis rationibus consilia sua explicat aliis atque aliis seculis & ætatibus, donec tãdem pro iudicij sui prouidentia res quas proposuerat perficiat.*

13 Propter quod.] *Cùm ego tanta fiducia auctus sim ex fide Iesu Christi, quam profiteor, vt non verear neq; dubitem vincula & cætera pericula omnia subire; peto à vobis vt cõstanter teneatis veritatem, nihil commoti propter afflictiones mihi allatas, quas cùm vestri causa perpetiar,*

meam in mysterio Christi,
5 quod aliis generationibus nõ
est agnitum filiis hominum,
sicuti nunc reuelatum est san-
ctis Apostolis eius & Prophe-
tis in Spiritu. 6 Gentes esse co-
hæredes & concorporales &
cõparticipes promissionis eius
in Christo Iesu per Euangeliũ:
7 Cuius factus sum minister B
secundum donum gratię Dei,
quæ data est mihi secundum *Sup. 1, 19.*
operationẽ virtutis eius. 8 Mi- *1 Cor. 13, 9.*
hi omnium sanctorum mini-
mo, data est gratia hęc, In Gẽ-
tibus euangelizare inuestiga-
biles diuitias Christi, 9 & illu-
minare omnes quæ sit dispen-
satio sacramenti absconditi à
seculis in Deo, qui omnia
creauit: 10 vt innotescat * " prin- *nunc R. Hier. C.
cipibus " & potestatibus, in cæ- "principatibus 3 MS R. Hier. C.S.
lestibus, per Ecclesiam, multi-
formis sapientia Dei, 11 secun-
dum præfinitionem seculorũ,
quã fecit in Christo Iesu Do-
mino nostro. 12 In quo habe- C
mus fiduciam & accessum in
confidentia, per fidem eius.
13 Propter quod peto ne defi-
ciatis in tribulationibus meis
pro vobis, quæ est gloria ve-
stra.

ſtra. 14 Huius rei gratia flecto
genua mea ad Patrē Domini
noſtri Ieſu Chriſti, 15 ex quo
ᵃcælo 9 MS. omnis paternitas inᵃ cęlisᵃ & in
terra nominatur, 16 vt det vo-
bis ſecundùm diuitias gloriæ
ᵇvirtute 3 MS. R. Hier. G. S. ſuæ, ᵇvirtutēᵇ corroborari per
ᶜinteriorem hominem 3 MS. Hier. G. Spiritū eius inᶜ interiori ho-
mineᶜ. 17 Chriſtū habitare per
fidem in cordibus veſtris, in
charitate radicati & fundati,
18 vt poſſitis comprehēdere cū
omnibus ſanctis, quæ ſit lati-
D tudo, & lōgitudo, & ſublimi-
tas, & profundū, 19 ſcire etiam
ſupereminentem ſciētiæ cha-
ritatem Chriſti, vt impleamini
in omnem plenitudinem Dei.
Rom. 16, 25. 20 Ei autem qui potens eſt om-
nia facere ſuperabundanter
quā petimus aut intelligimus,
ſecundum virtutem quæ ope-
Rom. 16, 27. ratur in nobis: 21 Ipſi gloria in
Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in
omnes generationes ſeculi ſe-
culorū. Amen. CAP. IIII.
A OBſecro 1 itaque vos ego
Phil 1, 27. Colloſ. 1, 10. 1 Theſ. 2, 12. 4, 1. vinctus in Domino, vt
dignè ambuletis vocatione
qua

petiar, gloriæ veſtræ potius adſcribere oportet, quàm aut eſſe vobis offendiculo, aut mihi obiici tanquam argumentum aduerſus veritatem quam profiteor.

14 Patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti.] *Per quem Pater etiam nobis eſt, ex quo coniunctio omnium fidelium & ſanctorum, tam qui in cælis quàm qui in terra ſunt, nominatur, & habet nomē ab vnico hoc Patre per vnicum Filium, cuius fratres efficiuntur pij omnes, vt membra capitis & lapides domus Dei, cuius fundamentum eſt Chriſtus.*

16 Secundùm diuitias gloriæ ſuæ.] *Secundùm magnam illam ſuam miſericordiam, in qua ſe maximè diuitem declarare vult, atq; hoc nomine maximè celebrari amat & glorificatur.* Vobis] *qui in illū creditis, & nōdum ad hunc ſanctitudinis locum perducti eſtis.* Virtutem corroborari.] *Vt magna virtute corroboremini per ſanctum Spiritum in homine interiori creato ſecundùm Deum in iuſtitia & ſanctitate & veritate: hoc autem efficietur, ſi ipſius dono inhabitet Chriſtus per fidem in cordibus veſtris, & fundemini, radiceſq; altiſſimas agatis in charitate Dei.*

18 Latitudo & longitudo.] *Vt myſterij huius maximi non vmbram, nō lineam aliquā, nō faciem aut ſuperficiem teneatis, ſed ipſum, vt ita dicā, corpus ſua magnitudine omni ex illius doctrina beneficio ac dono comprehendatis.*

19 Supereminentem ſcientiæ.] *Et poſſitis cognoſcere charitatem Chriſti, quæ omnē humana cognitionis exemplum longiſſimo interuallo excellit.* In omnem plenitudinem Dei.] *Vſque ad ſummam plenitudinem quam filiis ſuis efficit & largitur Deus, & ad quam excipiendam idem vos amplificare poteſt.*

IN CAP. IIII.

1 Ego vinctus in Domino.] *Ego qui Domini cauſa vinctus ſum & captiuus teneor, atque in Domino ipſo magis etiam ſum vinctus, toto videlicet corde & animo, vt vos qui liberi eſtis, nullam propter cauſam ſiue ſecundam ſiue aduerſam à recta quam inſtituiſtis via aberretis. id autem facietis omni ambitione atque auaritia & cupiditate prorſus à vobis abalienata, & charitate feruenti inter vos conſeruata.*

3 Vnitatem ſpiritus.] *Vt ſitis cor vnum & anima vna, neque vllo modo diſſoluamini.*

4 Vnum corpus.] *Vt efficiamini vnum corpus & vnus ſpiritus.*

5 Vnus Dominus.] *Vnus enim Dominus eſt, qui nos omnes redemit, quiq́; accepit à Patre poteſtatem in omnes: vna fides in Domino hoc: vnum baptiſma in eiuſdem mortem: atq; harum rerum caput omnium vnum etiam eſt, vnus Deus; qui mutuò vos coniunctos gubernet & regat vt pater filios.*

6 Super omnes.] *Omnium imperium obtinens, & per omnia omnes gubernans, & in omnibus vobis efficientiam ſuam & virtutem admirabilem probans.*

7 Donationis Chriſti.] *Pro ratione & modo atque norma Chriſti, per quem data ſunt ſingula.*

9 Quod autem aſcendit.] *Aſcendere in cælum, ad Deum ſolum pertinet, cuius cælum eſt ſedes; nemo enim aſcendit in cælum ex hominibus virtute ſua ac triumpho proprio, niſi idem ſit: ergo Deus eſt qui aſcendit in cælum: ſed cùm Deus dicatur aſcendere, argumentum eſt manifeſtum illum prius deſcendiſſe: namq; ſi nunquam deſcendiſſet, non aſcenderet. atqui initio ſemper ille in cælo fuit, vt in propria ſibi delecta ſede: Cælū cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. ergo ſi deſcendit in terrā, filius hominis factus eſt: nam terram dederat filiis hominum. igitur idem Deus deſcendit in terras, filius hominis factus, idemq́; filius homo qui & Deus eſt, aſcendit denuo in cælum, atq; illinc multa & varia munera hominibus in terris diſpertitus eſt.*

10 Super omnes cælos.] *Vt ſuprema illa virtute & efficientia ſua impleret omnia; omnes, inquam, cumularet variis muneribus.*

13 In

qua vocati eſtis, 2 cum omni
humilitate & manſuetudine,
cum patientia, ſupportantes
inuicem in charitate, 3 ſollici- *Rom. 12, 10. 1 Cor. 7, 10.*
ti ſeruare vnitatem ſpiritus in
vinculo pacis. 4 Vnum corpus,
& vnus ſpiritus: ſicut *vocati **& ut. Hier. c.*
eſtis in vna ſpe vocationis ve-
ſtræ. 5 Vnus Dominus, vna fi-
des, vnum baptiſma. 6 Vnus *Deut. 4, 35. Mal. 2, 10.*
Deus & Pater omniū, qui eſt *Rom. 12, 5.*
ſuper omnes, & per omnia, &
in omnibus nobis. 7 Vnicuiq. *1 Cor. 12, 11.*
autem noſtrum data eſt gratia
ſecundum menſurā donatio- *2 Cor. 10, 13.*
nis Chriſti. 8 Propter quod di-
cit, Aſcendens in altum, capti- *Pſal. 67, 19.*
uam duxit captiuitatem: dedit
dona hominibus. 9 (Quod au-
tem aſcēdit, quid eſt, niſi quia
& deſcendit primùm in infe-
riores partes terræ? 10 Qui de-
ſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit
ſupra omnes cælos, vt imple-
ret omnia.) 11 Et ipſe dedit *1 Cor. 12, 28.*
quoſdam quidem Apoſtolos,
quoſdam autem Prophetas,
alios verò Euangeliſtas, alios
autem paſtores & doctores
12 ad conſummationem ſan-
ctorum in opus miniſterij, in
ædificationē corporis Chriſti:
13 donec

C 13 donec occurramus omnes
in vnitatem fidei & agnitionis
Filij Dei, in virum perfectū,
in mensuram ætatis plenitu-
dinis Christi: 14 vt iam non si-
mus paruuli fluctuātes, & cir-
cumferamur omni vento do-
ctrinæ in nequitia hominum,
in astutia ad circūuentionem
Zachar. 8,16. erroris. 15 Veritatem autem fa-
cientes in charitate, crescamus
in illo per omnia, qui est ca-
put, Christus: 16 ex quo totum
corpus compactum & conne-
xum per omnem iuncturam
subministrationis, secundum operationem in mensuram
vniuscuiusque mēbri, augmentum corporis facit in ædifica-
Rom. 1, 9. tionem sui in charitate. 17 Hoc igitur dico & testificor in Do-
D mino: vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in va-
1 Petri 4. 3. *Rom. 1, 21.* nitate sensus sui, 18 tenebris obscuratum habentes intellectū,
alienati à vita Dei per ignorā-
tiā quæ est in illis, propter cæ-
citatem cordis ipsorum, 19 qui
desperantes, semetipsos tradi-
derunt impudicitiæ, in opera-
tionem immūditiæ omnis, in
auaritiam. 20 Vos autē non ita
didicistis Christū: 21 si tamē il-
lum audistis, & in ipso edocti
E estis, (sicut est veritas in Iesu)
deponere MS. R. Hier. e. s. 22 Deponite vos, secundùm
Col. 3, 8. pristinam conuersationē, ve-
terem

13 In mensuram ætatis.] *In eam magnitudinem crescamus quam obtinēt ij quos Christus spiritu suo implet.*

14 In nequitia.] *In leuitate humana, qua homines impulsi nihil sibi neque cum alijs certi & constantis constituunt; atque salutis suæ rationem velut aleæ committunt: ita ludunt, vt omni vento doctrinæ circumferantur, non ducti à Spiritu Christi.*

15 Per omnia.] *Omnino.*

16 Ex quo totum corpus.] *Ex cuius capitis virtute & efficientia totum corpus alitur & coagmētatur, singulaq́ue membra crescunt, ducta virtute & agente per artus omnes per quos virtus illa Christi subministratur, ita vt singula membra suam opportunam virtutem accipiāt, consentientibus & congaudentibus alijs membris ex charitate mutua, idq́ue ad augmentum totius, & ædificationem exstructionémque perfectam.*

18 Alienati à vita Dei.] *A vita qua homines in Deo viuunt, ita vt nescirent quid essent, & vnde & quò tendere deberent actionibus omnibus suis: quia suo illo viuendi more obduruerunt, corq́ue sibi plus quàm lapideū effecerūt.*

19 Desperantes.] *Postquam sua illa praua consuetudine callum obduxerunt, & dolere & sentire desierunt defectum illum vitæ Dei in se.*

In auaritiam.] *auidè & contentiosè atq́ue vltra modum.*

22 Secundum pristinā.] *Veritas Christi est, vt ij qui Christum habent in se, & ab illo edocti sunt per Spiritum sanctum, deponant illum veterem hominem quo induti erant pristina cōsuetudine corrupta; cuius mos est errare desiderio, appetitu & actionibus ipsis corrumpi; & hoc deposito renouentur spiritu mentis, &c.*

terem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erro-
ris. 23 Renouamini autem spiritu mentis vestræ: 24 & induite *Heb. 4, 1. 1 Pet. 4, 1.*
nouum hominem qui secundùm Deum creatus est in iusti- *Rom. 6, 4. 1, 2.*
tia, & sanctitate veritatis. 25 Propter quod deponentes men- F *Col 3. 18.*
dacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo *1 Pet. 1, 1.*
suo: quoniam sumus inuicem membra. 26 Irascimini, & noli- *Zach. 8, 16. Isa. 4, 5.*
te peccare. sol non occidat super iracundiam vestram. 27 No- *Iacob. 4, 7.*
lite locum dare diabolo. 28 Qui furabatur, iam non furetur:
magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum
est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. 29 Omnis
sermo malus ex ore vestro nō
procedat: sed siquis bonus ad
ædificationē "fidei', vt det gra- *" opportunitatis ; MS. G. Q. N.*
tiam audientibus. 30 Et nolite
contristare Spiritum sanctum G
Dei: in quo signati estis "in die' *" in diem ; MS. G. S.*
redemptionis. 31 Omnis ama-
ritudo, & ira, & indignatio, &
clamor, & blasphemia tollatur
à vobis cum omni malitia.
32 Estote autem inuicem be- *Col. 3, 18.*
nigni, misericordes, donantes
inuicem sicut & Deus in Chri-
sto donauit vobis.

CAP. V.

Estote 1 ergo imitatores A
Dei: sicut filij charissimi:
2 & ambulate in dilectione, si- *Ioh. 13, 34. & 15, 12.*
cut & Christus dilexit nos, & *1 Iohan. 4, 13.*
tradidit semetipsum pro no-
bis oblationē & hostiā Deo in odorem suauitatis. 3 Fornicatio *Col. 3, 5.*
autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in
vobis,

26 Irascimini.] *Si iure irasci contingat ad obiurgandum fratrem ob correctionem, id sine peccato fiat.*
Nolite locum dare] *illi subdolo versuto & promptißimo calumniatori hosti nostro, qui nocendi occasiones vbique & vndique captat, at in ira plurimas inuenit.*

29 Nolite contristare.] *Date operam vt Spiritus sanctus, qui inter vos habitat, nihil in quoquam vestrûm videat, quamobrem à vobis abhorreat: non enim permanet ille in homine carnali aut carnis corruptione affecto.*
32 Donantes inuicem.] *condonantes.*

IN CAP. V.

2 Ambulate in dilectione.] *Consuetudinis vestræ viam summa charitate munite, ita vt Christum imitemini, qui non sua sed nostra procurauit peccata expianda, ita vt se pro nobis in mortem tradiderit hostiam Deo gratissimam. Sic vos alij aliorum salutem curare debetis, tāta charitate vt quemlibet laborem suscipiatis opportunum & vtilem ad eam rem, quod genus sacrificij erit Deo gratißimum.*
4 Scurri-

vobis, ſicut decet ſanctos: [4]aut
turpitudo, aut ſtultiloquium,
aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ
*pertinent: ſed magis gratiarũ
actio. [5]Hoc enim ſcitote intel-
ligentes, quòd omnis fornica-
B tor, aut immũdus, aut auarus
(*quod eſt idolorũ ſeruitus)
non habet hæreditatem in re-
gno Chriſti & Dei. [6]Nemo
vos ſeducat inanibus verbis.
propter hæc enim venit ira
Dei in filios diffidentiæ. [7]No-
lite ergo effici participes eorũ.
[8]Eratis enim aliquando tene-
bræ: nũc autem lux in Domi-
no. Vt filij lucis ambulate,
[9](fructus enim lucis, eſt in
omni bonitate, & iuſtitia, &
veritate) [10]probantes quid ſit
beneplacitum Deo: [11]& no-
C lite cõmunicare operibus in-
fructuoſis tenebrarum, magis
autẽ *redarguite. [12]Quæ enim
in occulto fiunt ab ipſis, turpe
eſt & dicere. [13]Omnia autem
quæ arguuntur: à lumine ma-
nifeſtantur. omne enim quod
*manifeſtatur, lumen eſt.
[14]Pro-

*pertinent 1 MS. R. Hier. G. a.

*qui eſt idolorum ſeruus MS. R. G. Q. n.

Matt. 24, 4. Marc. 13, 5. Luc. 21, 8. Col. 2, 18. 2 Theſ. 2, 3.

*& 4 MS. Hier. G.

*manifeſtat 1 MS. S. Q. B.

4 Scurrilitas.] *Sermo dicax, & vrbanitas importuna, & affectata, aut ſtudioſè conquiſita dicteria.* Sed magis gratiarum actio.] *Prætulerit potius horum ſermonum loco alios habere, quæſitis argumentis gratulandi, vel Deo ob beneficia accepta, vel ob quemcunque defectum naturalem aut innatum in fratribus, aut etiam ipſis fratribus gratulari, tum dona, tum alia bona ſtudia, quàm huiuſmodi dicteriis & vrbanitatibus imminuere atque inuertere virtutes, vel vitia etiam irridere abſque vllo Chriſtiano fructu.*

5 Quod eſt idolorum ſeruitus.] *Qui ita ſperat in diuitiis, vt eas pro Deo habeat, ſine quibus neque honorem neque vitam tueri poſſit; itáque conſecrat ſibi diuitias, & aras in animo ſuo pecuniæ ponit, eamq́; tanquam ſacram rem obſeruat & cuſtodit.*

6 Inanibus verbis.] *Speciem ferentibus recti, eius tamen virtute caßis omnino, ſi bene excutiantur; cuiuſmodi ſunt ij ſermones quibus ſuadetur miſcendum eſſe aliquid de communibus moribus & conſuetudine, tum in rebus tum in ſermonibus, atque ita temperandum eſſe vtrumque vitæ genus tam piorũ quàm prophanorum & corruptorum, vt hi alliciantur, illi aliquo modo recreentur. cùm tamen hoc non patiatur Chriſtiana diſciplinæ ſeueritas, cuius illa definitio eſt: Nil tibi conceßit ratio, digitum exere, peccas. ideoq́; & repentè & grauiter puniti ſunt ij qui cõtumaces immorigeriq́; fuerunt, atque hæc conſilia contempſere, aut vt nimium ſeuera damnauere.*

8 Eratis enim aliquãdo tenebræ:] *cùm à Dei notitia atq́; à Chriſtiana diſciplina alieni, alij nullas, alij nõnullas veri ſpecies permixtas capiebatis. Nunc autem lux in Domino; qui vos partim Spiritu ſancto ſuo illuſtrauit, partim doctrina ſua præceptis & inſtitutis abundè inſtruxit.*

11 Redarguite.] *Oppoſita luce exẽplorum honeſtorum vitæ, conſuetudinis, orationisq́; veſtræ.* 13 Omne enim quod manifeſtatur.] *Quidquid aperiri publicè poteſt, atque oſtendi & probari, ita vt nullam reprehenſionem iure admittat, id eſt lumen, & id eſt petendum: lux enim per ſe lucet; id verò in quo aliqua du-*

 bitatio

bitatio incidere poteſt, iuſtum ne factu an iniuſtum ſit, ſuſpicionē habet iniuſti, indignumq́; eſt quod à Chriſtiano in luce ambulante vſurpetur. oportet itaque ab huiuſmodi reſurgere, quæ ſunt conſilia & opera mortua, carentia humanæ vitæ & veritatis Chriſtianæ aperta. & qui ita ab his reſurrexerint, illuminabuntur à Chriſto.

16 Redimentes tempus.] *Nulla ratione prætermittentes occaſionem proficiendi in negotio pietatis, atque eo accuratius quòd videtis multas tempeſtates exortas quæ hæc pia negotia turbare poſſunt, niſi proſpiciatur per vos & caueatur.*

18 In quo eſt luxuria.] *Lætitiæ cauſam & materiam ne quæratis ex vino immodicè ſumpto, ſed ex Spiritu Dei, qui verè lætificat cor hominis.*

19 In cordibus veſtris Domino.] *Ita vt quod lingua canit, cor etiam ſentiat & moduletur, quod carminis genus libenter audit Dominus.*

21 In timore Chriſti.] *Quæ officiorum omnium & regula & norma & cauſa erit vobis.*

22 Sicut Domino.] *Siquidem in matrimonio vir Chriſti, vxor Eccleſiæ imaginem refert. vt Eccleſia Chriſti leges & voluntatem obſeruat, ſic vxor viri voluntatem obſeruet à Chriſti imitatione non degenerantis.*

29 Sicut

14 Propter quod dicit: Surge
qui dormis & exurge à mortuis:
& illuminabit te Chriſtus.
15 Videte itaque fratres D
quomodo cautè ambuletis.
non quaſi inſipientes, ſed vt *Colloſ. 4. 5.*
ſapientes:
16 redimentes tēpus,
quoniā dies mali ſunt.
17 Propterea nolite fieri imprudētes:
ſed intelligētes quæ ſit volun- *1 Theſ. 4. 9.*
tas Dei.
18 Et nolite inebriari
vino in quo eſt luxuria, ſed
implemini Spiritu*,
19 loquen- *ſancto a.
tes vobiſmetipſis in pſalmis
& hymnis, & cāticis ſpiritualibus,
cantantes & pſallentes
in cordibus veſtris Domino:
20 gratias agentes ſemper pro
omnibus, in nomine Domini
noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri. E
21 Subiecti inuicem, in timore Chriſti.
22 Mulieres viris *Geneſ. 3, 16. Coloſſ. 3, 18.*
ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domi- *1 Petri 3, 1. 1 Cor. 11, 3.*
no:
23 quoniam vir caput eſt
mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Ipſe, ſaluator cor- F
poris "eius.
24 Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & *"7 Ms. Hier. c. 5.*
mulieres viris ſuis in omnibus.
25 Viri diligite vxores veſtras, *Colloſ. 3, 19.*
ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea:
26 vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo*,
27 vt exhiberet "ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, nō haben- *vitæ Ms. q.
tem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit "ipſam 2 Ms. R. c. *At textus Hier. & c. q. conſentit.*
ſancta & immaculata.
28 Ita & viri debēt diligere vxores ſuas
vt cor-

vt corpora sua. Qui suã vxo-
rem diligit: seipsum diligit.
G [29]Nemo enim vnquam carnẽ
suam odio habuit: sed nutrit
& fouet eam, sicut & Christus
Ecclesiam: [30]quia membra su-
mus corporis eius, de carne
eius & de ossibus eius. [31]Pro-
Genes. 2, 24. Matt. 19, 5. pter hoc relinquet homo pa-
trem & matrem suam: & ad-
Marc. 10, 7. 1 Cor. 6, 16. hærebit vxori suæ. & erũt duo
in carne vna. [32]Sacramentum
hoc magnum est. ego autem
dico in Christo & in Ecclesia.
[33]Veruntamen & vos singuli,
vnusquisque vxorem suam si-
cut seipsum diligat: vxor au-
*vt 7 MS. Hier. G. ‑7 MS. Hier. G. tem *timeat virum ‑suum.

CAP. VI.

A F Ilij, [1]obedite parentibus
Collos. 3, 20. Exod. 20, 12. Deut. 5, 16. Eccl. 3, 9. 7, 29. vestris in Domino, hoc
enim iustum est. [2]Honora pa-
trem tuum & matrem tuam:
(quod est mãdatum primum
in promissione,) [3]vt bene sit
tibi, & sis longæuus super ter-
ram. [4]Et vos patres, nolite ad
iracundiam prouocare filios
vestros: sed educate illos in
disciplina & correptione Do-
Matt. 15, 4. Marc 7, 10. Collos. 3, 22. Tit. 2, 9. mini. [5]Serui obedite dominis
carnalibus, cum timore & tre-
more,

29 Sicut Christus dilexit.] *Ea ratione, eoq; modo, atque in eum finem dilectio hæc exercenda est & præstanda, vt vir satagat vxorem suam puram, sanctam, Deoq; placentem efficere & conseruare. id autem vt rectè mea-tur, vir ipse virtutis & pietatis disciplina & imitatione Christum referre studeat, atque ita efficietur, Deo donãte, quod quærimus, vt caput & corpus siue caro sanctificata Deo offerãtur; vt Christus factus obediens Patri vsque ad mortem, Ecclesiam coniugem sibi acceptam sanctificauit.*

33 Vxor autem timeat.] *Reuereatur, memor personæ quam vir refert.*

In cap. vi.

1 In Domino.] *In timore Domini, ac pietatis ratione obseruata, quæ officiorum omnium fundamentum est; ita vt Dominum semper præsentem vobis statuatis & præcipientem, Honora patrem tuum, &c.*

2 In promissione.] *Quod singularem promissionem adiunctam habet, & expressam atque definitam in particularem obseruatorem etiam. Tibi quicunque parentes colueris ex Dei præcepto, bene erit in futurum tempus, & addetur illud etiam præsens, Vt sis lõgæuus, &c.*

4 In correptione Domini.] *Illos imbuendo & assuefaciendo ad pietatem, eruditos & instructos cognitione & consideratione Dei.*

5 Carnalibus.] *Quibus corporis seruitutem debetis, quamuis homines vt vos sunt, tamen carnem humanam, hoc est, corpus non esse alienum ab hac conditione, quæ contingere potest, agnascere debetis, & Deum in hac etiam conditione timẽtes, dominos, in quorum familia vos esse contigerit, reuereri.*

 6 Non

more, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: [6]non ad
oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui 1 Petri 2,18
Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, [7]cum bona vo-
luntate seruientes, sicut Domino & non hominibus. [8]scien- B
tes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc
recipiet à Dño, siue seruus, si-
ue liber. [9] Et vos domini eadé
facite illis, remittentes minas:
scientes quia & illorum & ve-
ster Dominus, est in cælis: &
personarum acceptio non est Deut.10,17.
apud eum. [10]De cętero fratres, 2 Par.19,7. Iob 34,19. Sap.6,8
confortamini in Domino, & Eccl.35,16.
in potentia virtutis eius. [11]In-
duite vos armaturam Dei: vt Rom.13,11.
possitis stare aduersus insidias Galat.1,6.
diaboli. [12] quoniã non est no- Collos.3,25. Act.10,34. 1 Pet.1,17.
bis colluctatio aduersus car-
nem & sanguinem: sed aduer-
sus principes & potestates, ad-
uersus mundi rectores tene-
brarum harum, contra spiri-
tualia nequitiæ, in cælestibus.
[13]Propterea accipite armaturã C
Dei: vt possitis resistere in die
malo, & [a]in omnibus perfecti [a]omnibus perfectis 1
stare. [14] State ergo succincti MS.C.Q.R.
lumbos vestros in veritate, &
induti loricam iustitiæ, [15] &
calceati pedes in pręparationé
Euangelij pacis: [16]in omnibus
sumentes scutum fidei, in quo
possitis

6 Non ad oculum.] *Verè, syncerè & officiosè seruire debetis, voluntatemq; domini vestri obseruare, atque rem curare siue absentis siue præsentis: amare namque dominos vestros oportet, amandoq; reuereri.*

9 Personarum acceptio.] *Non est ratio seruitutis aut libertatis externæ apud Deum: ideò non minus vos Deo seruos ducere debetis quod ad officium præstandum attinet, quàm illos quos hic in seruitio corporis agere accidit.*

10 Fratres] *qui in Domino estis, vestrum officium tam publicè quàm priuatè curate, vt hactenus monuimus. & vos quibus illa virtus Christi inest maximè, & quibus adest, præter hæc quæ facilè à vobis obeuntur & præstantur ex gratia ipsius, cognoscite alium etiam esse laborem obeundum & sustinendum; quoniam qui piè viuere volunt in Christo, tribulationem patiantur oportet: ideoq; in Domino, qui vos amat & gratia munit sua, confortamini.*

12 Quoniam non est nobis.] *His ad quos præsens institutus est sermo. Mysterium.*
In cælestibus.] *In ista media regione versati super terram, quæ cælum etiam dicitur.*

13 In die malo.] *Cùm tempus aduersum & asperum sese obtulerit in ipso conflictus tempore.*

15 In præparationem Euangelij pacis.] *Cuius apparatu instructi, per medios hostium cuneos, ac per difficultates omnes transeatis.*

16 Scutum fidei] *Spem quam fides efficit in animis ad perferendos omnes ictus cogitatione victoria.*

Esaie 59,17. 1 Thess. 5,8. posſitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. [17] & galeam
ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei)
Luc. 18, 1. [18] per omnem orationem & obſecrationem orantes omni
Col. 4,2. tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, &
2 Thess. 3,1. obſecratione pro omnibus ſanctis: [19] & pro me, vt detur mi-
hi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere
myſterium Euangelij, [20] pro quo legatione fungor in catena,
ita vt in ipſo audeam, prout oportet me, loqui. [21] Vt autem &
vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam: omnia vobis nota
faciet Tychicus, chariſsimus frater & fidelis miniſter in Do-
mino: [22] quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ
circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra. [23] Pax fratribus &
* nostro ms. q. charitas cum fide à Deo Patre*, & Domino Ieſu Chriſto.
[24] Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum in incorruptione.

AMEN.

In ſeceſſu rupis Aracenenſis, anno CIↃ. IↃ. LXXX.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam D. Pauli ad Philippenses ELVCIDATIONES.

Epistolæ argumentum.

PHILIPPENSES Paulus suarum rerum & rationum atq. actionum certiores facit, declaratq. primùm sese vincula, accusationes & calũnias omnes, ab Euãgelij aduersariis allatas, æquissimo animo ferre, voluntatem ac prouidentiã eã Dei esse interpretans. Quippe hac occasione Iesu Christi nomẽ, numen, & virtus celebratur publicè ac declaratur apertè cùm per eos qui se accusant & vexãt, tum verò per illos qui defendere assereręq. studẽt, quiq. inuisunt & salutant in carcere vinctum. Atque vtroque modo multos veritatem doceri ait. Deinde iis ipsis ad quos scribit, constantiam in fide Iesu Christi gratulatur sibi ex fideliũ nuntiorum testimonio ac præcipuè ex Spiritu sancto cognitam: eandem porrò accuratè etiã commendat, ne pseudoapostolorum, hoc est, Iudæorum calliditate & opera contaminari accidat; quamobrem sese exemplum statuit & authorem Iudaicarum antea rerum doctrina & vsu peritissimum, postea verò virtutis Christianæ amplitudinem & efficientiam edoctum, atque discriminis inter vtramq. disciplinam intelligentissimum discussorem. Postremùm de officij erga se facti memoria & studio, subsidio videlicet ad necessarium vitæ ac victus vsum mittendo, gratias agit; & munus atque animum ipsorum collaudans, curam in posterum minuere conatur, ostendens ex diuinæ prouidentiæ & consolationis beneficio, parem sibi constare abundantiæ & paupertatis, amplitudinis & humilitatis, honoris & ignominiæ vsum atque sensum.

In cap. I.

1 Serui Iesu Christi,] *A Iesu Christo comparati, redempti, & à seruitute peccati liberati, atque ideò ipsi in seruitium summo iure addstricti.*

Omnibus sanctis,] *Sanctificatis à Domino, & iis etiam qui officij munerisq́, sancti participes sunt, quos præcipuè huius epistolæ argumenta spectant.*

3 In omni memoria,] *frequenti, assidua, atque adeò perpetua.*

4 Cum

Cap. I.



AVLVS [1] & Timótheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & "diaconibus'. [2] Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. [3] Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri A

"diaconis & M.S.G.

vestri[4] (semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cũ gaudio deprecationem faciens) [5] super cõmunicatione vestra in Euangelio Christi à prima die vsque nũc: [6] confidẽs hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. [7] sicut est mihi iustũ, hoc sentire pro omnibus vobis,
B eo quòd habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defẽsione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. [8] Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribꝰ Iesu Christi. [9] Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: [10] vt probetis potiora, vt sitis sinceri & sine offensa in diem

4 Cum gaudio,] *cum gratulatione magna pietatis vestra.*

5 Super communicatione.] *Quòd consortes fueritis nobiscum in bono nuntio Vncti in salutem hominum, & in hac doctrina permanseritis & permanetis, accessione quotidie facta virtutis spiritus in multis vestrûm.*

6 Perficiet,] *vestram Ecclesiam magnis multisq́ue donis ornando vsque in diem quo plenè se vobis prabeat Iesus Christus in vestram salutem.*

7 Habeam vos in corde.] *Quod vos non solùm animo prasentes habeo, intelligens à vobis amari, sed tanquam mihi assistentes in vinculis, & tanquam coram statutos testes veritatis Euangelij per me pradicati, atque illius defensores & confirmatores vestro testimonio & studio proposito atque vltrò exhibito.*

8 Quomodo cupiam vos.] *Quantum vobis bene velim, beneq́ue cupiam, idq́ue tenerrimo & ardentissimo charitatis Christi affectu.*

9 In omni sensu.] *Recta astimatione ac diiudicatione eorum qua probãda, qua sequenda, qua vitanda sunt & reiicienda.*

10 Sine offensa.] *Vt expediti atque inoffensi cursum vestrum contendatis in diem ostensionis Iesu Christi in vobis, quo die eritis repleti fructu iustitia illius, quam Deus per Iesum Christum in suis efficit, ex qua consequitur gloria & laus Dei.*

Christi. [11] repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei. [12] Scire autem vos volo fratres, quia quę circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij. [13] ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, [14] vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore verbum Dei loqui.

13 Manifesta fierent.] *Declaratum est in pratorij conuentibus & alijs locis, me esse vinctum pro Christo, atque ita Christi nomen ex vinculorum meorum mentione & narratione propagatur & celebratur.*

15 Quidam

15 Quidam quidem.] *Christi nomē, quā-quam aliis aliter vsurpetur, celebratur tamen siue ab iis qui verè & syncerè prædicant & testantur me esse cōstitutum in iudicium propter bonum nuntium allatum hominibus de salute publica, siue ab iis qui vel Christi virtutē negāt, vel non ex sinceritate atque vero corde, sed ex contentione aduersum me suscepta ipsum prædicant, & se Apostolos iactant. quocunque modo sit, ego valde gaudeo Christum celebrari & cognosci ab hominibus; hoc enim tandem cedit in Dei gloriam, humaniq́ue generis salutem.*

19 Quia hoc mihi proueniet.] *Vtcunque Christus per me annūtietur, id ipsum mihi erit commodū & expediens, tandemq́ue in salutem tum meam tum eorum qui Christum accipere voluerint cedet: namque in vtramque partem vos me vestris precibus iuuatis, & Christus suggerit mihi spiritum ad agendum vel ferendum id quod pro temporum ratione expedit. ex quo spero & exspecto attentissimè, me non iri pudefactum tanquam qui non bonā causam susceperim; sed siue viuam, vita mea fore virtutem Christi manifestandam; siue moriar, idem etiā morte mea esse efficiendum.*

21 Mihi enim viuere.] *Quod ad me attinet; cùm ego iam nō viuā, sed viuat in me Christus; quidquid viuo, vita mea Christus est; & ideò placet mihi viuere, quia ille vult me viuentem suæ virtutis testimonium ostendere; si verò moriar, lucrum mihi est, quia ad eum vado. qui vita mea atque adeò vita æterna est.*

22 Quòd si viuere in carne.] *Quòd si aliquis fructus percipitur mihi ex actionibus operibusq́ue meis interim dum viuo in carne, ideoq́ue me viuere expediat, huius rei consilium & iudicium ego non statuo, neque quid magis optem ignoro.* 23 Multò magis melius.] *Quantum ego ex mea optione deligerem, migrare potius hinc cuperem, & esse cum Christo in æterna illa quiete. Sed etiā teneor amore atque studio iuuādi vos fratres meos, Ecclesiamq́ue Christi, quam quidem ad rem necessarium est vt cupiam vestra causa viuere.*

loqui. 15 Quidam quidem &
propter inuidiā & contentio-
nē: quidā autē & propter bo-
nam voluntatē Christū prędi-
cant. 16 Quidam ex charitate: C
scientes quoniam in defensio-
nem Euangelij positus sum.
17 Quidā autē ex contentione
Christū annuntiant nō synce-
rè: existimātes pressurā se sus-
citare vinculis meis. 18 Quid
enim? Dum omni modo, siue
per occasionem, siue per veri-
tatem, Christus "annuntietur': "annunciatur 1 MS. G.
& in hoc gaudeo, sed & gau-
debo. 19 Scio enim quia hoc
mihi proueniet ad salutē, per
vestram orationem & submi-
nistrationē Spiritus Iesu Chri-
sti, 20 secūdùm expectationē &
spē meā, quia in nullo cōfun-
dar, sed in omni fiducia sicut
semper, & nūc magnificabitur
Christus in corpore meo, siue
per vitā, siue per mortē. 21 Mi-
hi enim viuere Christus est: &
mori lucrum. 22 Quòd si viue-
re in carne, "hic' mihi fructus "hoc a. c.
D
operis est, & quid eligā igno-
ro. 23 Coarctor autē è duobus:
desideriū habēs dissolui & esse
cū Christo, multò magis me-
lius.

lius. [24] permanere autẽ in car-
*magis 4 MS. C. ne, *necessarium propter vos.
*valde Amb. [25] Et hoc confidens, scio quia
manebo & permanebo om-
nibus vobis, ad profectum ve-
strum & gaudium fidei: [26] vt
gratulatio vestra abundet in
Christo Iesu in me, per meum
aduentum iterũ ad vos. [27] Tã-
Ephes. 4, 1. tùm dignè Euangelio Christi
Coloss. 1, 10. 1 Thess. 2, 12. conuersamini: vt siue cùm ve-
nero, & videro vos, siue absens
audiam de vobis quia statis in
vno spiritu, vnanimes, colla-
borantes fidei Euangelij. [28] Et
in nullo terreamini ab aduer-
sariis, quæ illis est causa perdi-
tionis: vobis autem salutis, &
hoc à Deo: [29] quia vobis dona-
tum est pro Christo, non solũ
vt in eũ credatis, sed vt etiam
pro illo patiamini, [30] idem cer-
tamen habentes quale & vi-
*auditis 1 MS. Amb. c. 2. distis in me, & nunc "audistis"
de me.

CAP. II.

A S Iqua [1] ergo consolatio in
Christo, si quod solatium
charitatis, siqua societas spiri-
*ac miserationes 7 MS. Amb. c. 2. tus, siqua viscera "miseratio-
nis":

25 Ad profectum vestrum.] *Vt gaudentes vos & latabundi propter exitum vobis optatum vinculorum meorum à me prædictum vobis ex fide quam habeo Deo, vos etiam proficiatis in eadem fide: itaque & in vestrum profectum & in fidei incrementum hoc gaudium cedat.*

26 Vt gratulatio.] *Vt lætitia, laudatio & gaudium, quibus soletis affici propter beneficia à Christo collata, abundent etiam hoc nomine in vobis, quod redux ipse ad vos venerim.*

27 Collaborantes.] *Simul vno animo, vnoq́ue spiritu propugnetis veritatem Christi, firmissimi in fide Euangelij, pro qua decertatis vt athletæ fortissimi.*

28 Quæ illis est causa perditionis] *satis apertè indicatæ, vtpote qui sese Deo Deique salutari & Christo Iesu opponant, neque moniti & veritate redarguti aut correpti desistãt: vobis autem indicium salutis à Deo profectæ; quippe tantum improborum hominum impetum sustinere non possetis, nisi ex ipsius Dei præsidio. itaque cùm videatis vos in hac re proficere, sperate vos triumphaturos pro veritate Christi, intelligentes & agnoscentes Dei auxilium vobis præsens per Spiritum sanctum.*

29 Non solùm vt in eum credatis.] *Qui baptizati estis à Christo Spiritu sancto & igni, ab eodem accepistis virtutem credendi secundùm operationem potentiæ virtutis Dei, & vim etiam fortitudinemq́ue ad ferẽdum omnem vel durissimum laborem pro illius nomine ac testimonio.*

IN CAP. II.

1 Siqua ergo consolatio.] *Si quid vos ego & cohortari & consolari Christi nomine ac virtute possum, vt verè possum, atque ex hoc ipse consolationem accipere: si quod ex charitate mutua proficiscitur solatium, vt apertè oriri solet, dum alius aliorum virtus solamen est: per societatem etiam Spiritus sancti, quo vestra Ecclesia mecum communicat, & per tenerrimos Christianæ charitatis affectus atque miserationes erga eos qui affliguntur, vos obsecro & obtestor, vt id studeatis efficere, quod me gaudio & perfundere & implere potest in mediis etiam afflictionibus.*

nis: 2 implete gaudiũ meum,
vt idem ſapiatis, eandem cha-
ritatem habentes, vnanimes,
idipſum ſentientes. 3 nihil per
contentionem, neque per ina-
nem gloriam: ſed in humilita-
te, ſuperiores ſibi inuicem ar-
bitrantes: 4 non quæ ſua ſunt 1 Cor. 10, 24. 33.
ſinguli conſiderantes, ſed ea
quæ aliorum. 5 Hoc enim ſen-
tite in vobis, quod & in Chri-
ſto Ieſu, 6 qui cùm in forma
Dei eſſet, nõ rapinam arbitra-
tus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, 7 ſed
ſemetipſum exinaniuit, formã
ſerui accipiens, in ſimilitudi-
nem hominum factus, & ha-
bitu inuentus vt homo. 8 Hu- Hebr. 2, 9.
miliauit ſemetipſum, factus
obediens vſque ad mortem:
mortem autẽ crucis. 9 Propter B
quod & Deus exaltauit illum:
& donauit illi nomẽ quod eſt
ſuper omne nomẽ: 10 vt in no- Isaie 45, 23. Rom 14, 11.
mine Ieſu omne genu flecta-
tur, cęleſtium*, terreſtrium, & *& 2 Ma. 6. 5.
infernorũ. 11 & omnis lingua
con-

2 Idem ſapiatis.] *Omni ex parte concordetis tum affectu & voluntate, tum iudicio. affectum par charitas informet, iudicium eiuſdem ſententiæ conſenſus.*

3 Superiores ſibi inuicem.] *Vt vnuſquiſq; veſtrûm animo, affectu, & ſtudio alterum vt ſibi ſuperiorem exiſtimet.*

4 Conſiderantes.] *Vt dum officium facitis, ita faciatis vt aliorũ officia iuuetis potius quàm impediatis aut interturbetis: non vt ſuũ munus vnuſquiſq; negligat, ſed vt alienũ omni ex parte adiuuet ſine vlla offenſione aut vſurpatione.*

6 Cùm in forma Dei.] *Eadem forma qua Deus eſt, atque ex conſequenti Deus ipſe idem vnusq; eiuſdem magnitudinis, amplitudinis, gloriæq; compos: nam forma Dei Deus eſt; neque ab alia natura exprimi poteſt Deus, quàm ab ipſo Deo. erat igitur Chriſtus anteaquam homo fieret, Deus per omnia æqualis Patri magnitudine, amplitudine, dignitate, maieſtate, & gloria, eadẽ omnino eſſentia, altera perſona.* Non rapinam arbitratus eſt.] *Cùm verè eſſet Deus Patri omnino æqualis, idq; omnibus modis atque iure ſummo tueri poſſet & conſeruare, nulliq; inferiori conditioni ſuſcipiendæ ſeſe dedere aut præbere facilem; tamen non in ſimilem cogitationem venit cum illo, qui, cùm eſſet creatus in miniſteriũ, cogitauit rapere gloriam parem diuinæ. Sed hic Deus tantum charitate, obedientia & ſtudio abfuit à cogitatione huiuſmodi, vt non ſicut ille, quod non habebat rapere & vſurpare contenderit, ſed potius exinaniuit ſemetipſum, non modò formam angeli & miniſtri, ſed ſerui hominis, inquam, formam accipiens.*

7 Formam ſerui.] *Naturam humanam, verbum caro factum cum omnibus illis conditionibus, quas natura humana ſerua & humillima fert, peccato excepto.* Et habitu inuentus.] *Ita vt humilitatem illam non tantùm ſuſcipere, ſed & planè oſtendere & profiteri non fuerit dedignatus.*

9 Nomen] *authoritatis, virtutis, & poteſtatis præconium & laudem.*

10 Omne genu flectatur.] *Cum ſumma ſubiectione tanquam principi, regi, atque Deo efficaciſſimo.* 11 Omnis lingua.] *Idioma omne, omniſq; ſermo ab iis inſtitutus, qui quid ſit Chriſtus cognouerint rectè.*

Quia

confiteatur quia Dominus Ie-
sus Christus in gloria est Dei
Patris. 12 Itaq. charissimi mei
(sicut semper obedistis:) non
vt in præsentia mei tãtùm, sed
multò magis nunc in absentia
mea, cum metu & tremore ve-
strã salutẽ operamini. 13 Deus
est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona
1 Petri 4,9. voluntate. 14 Omnia autem facite sine murmurationibus &
hæsitationibus: 15 vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, si-
ne reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo: 16 verbum vitæ con-
C tinentes ad gloriam meam in
die Christi, quia non in vacuũ
cucurri, neque in vacuum la-
boraui. 17 Sed & si immolor,
supra sacrificiũ & obsequium
fidei vestræ, gaudeo & congra-
tulor omnibus vobis. 18 Idip-
sum autem & vos gaudete, &
congratulamini mihi. 19 Spero
Act. 16,1. autẽ in Domino Iesu, Timó-
theum me citò mittere ad vos:
vt & ego bono animo sim, co-
gnitis quæ circa vos sunt.
20 Neminem enim habeo tam
vnanimem, qui syncera affe-
ctione pro vobis solicitus sit.
1 Cor. 10,24. 13,5. 21 Omnes enim quæ sua sunt
quærunt: non quæ sunt Iesu Christi. 22 Experimentum autem
eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in

Quia Dominus.] *Confessionis argumentum est, Iesum esse Christum, eundemq; Dominum, & sedentem in gloria Dei Patris: igitur Deum cum Patre regnantem.*

13 Deus est enim.] *Per Spiritum sanctum inhabitantem in vobis sanctis, & iis qui illius ducimini spiritu, quem omnes oportet sequi: singulos in suis ministeriis obeundis.*

Pro bona voluntate] *Dei.*

16 Verbum vitæ.] *Veram sapientiam verbi Dei in vobis ostendentes exemplo ac sermone, quibus alij homines ad salutem vtilitatémque suam vti possint.*

17 Sed & si immolor] *Quòd si ad confirmationem fidei vestræ oportet me tanquam libamentum præmitti, vt fides vestra augeatur, magisq; Deo probetur vt sacrificium gratissimum, id mihi & vobis gratulabor, & vos vt idem mecum sentiatis obsecro, interpretati meos labores & mortem Deo probari in vestram vtilitatem: nam cupio vos omnes sisti Deo victimam sacram & gratam, & si opus fuerit, vt ego occisus pro Christo libamen sim huius vestri sacrificij.*

19 Bono animo sim.] *Vt recreer atque confirmer magis, delecterq; propter exspectationem quam de vobis habeo.*

20 Tam vnanimem.] *Qui illi parem animum erga vos habeat.*

22 Cognoscite.] *Illum satis spectatum & probatum existimare vos credo.*

25 Vestrum

g 2 Euan-

"Euangelio'. [23]Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox, vt
videro quę circa me sunt. [24]Confido autem in Domino quo-
niam & ipse veniam ad vos citò. [25] Necessarium autem exi-
stimaui, Epaphroditum fratrē D
& cooperatorem & commili-
tonem meum, vestrũ autem
Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.
[26]quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat,
propterea quòd audieratis illum infirmatum. [27] Nam & in-
firmatus est vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius: nō
solùm autem eius, verùm etiam & mei, ne tristitiam super tri-
stitiam haberem. [28]Festinantius ergo misi illum: vt viso eo,
iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. [29] Excipite itaque
illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum hono-
re habetote. [30]quoniam pro-
pter opus Christi, vsque ad
mortem accessit: tradens ani-
mā suam, vt impleret id quod
ex vobis deerat erga meum
obsequium.

' Euāgelium 1 MS. G.

25 Vestrum autem Apostolum,] *missum per vos ad me, qui meis vsibus & opertunum subsidium attulerit & ipse ministrauerit.*

30 Propter opus Christi.] *Propter ministerium Christi, cuius causa ego vinctus atque in hanc necessitatem coniectus sum.*
Id quod vobis deerat erga me obsequium.] *Vt ministerium quod à vobis ego exspectabam in his vinculis, & vos, cùm exhibere cuperetis, nō poteratis commodè, ipse vnus pro omnibus plenè & abundè exhiberet.*

CAP. III.

DE [1] cætero fratres mei, A
gaudete in Dño. Eadē
vobis scribere, mihi quidem
non pigrum, vobis autem ne-
cessarium. [2]Videte canes, vide-
te malos operarios, videte cō-
cisionem. [3] Nos enim sumus
circuncisio, qui spiritu serui-
mus Deo: & gloriamur in
Christo Iesu, & non in carne
fiduciam habentes. [4]quanquā
"&' ego habeā confidentiā "in
carne.

4 MS. Amb. c. 5. "& 2 MS. Amb. c. 9.

IN CAP. III.

1 Eadem vobis scribere.] *Quæ iam aliàs à me audistis, neque mihi tædiosum neque vobis importunum, imò potius vtile est.*
2 Videte canes.] *Cauete à latratoribus istis, qui vos arcere volunt à societate & grege sanctorum.* Concisionem] *veriùs quàm circuncisionem, qui circuncisionis vocabulo obtento concidere volunt Ecclesiam Dei.*
3 Non in carne.] *Non collocamus fiduciam nostram in externis legis ceremoniis tanquam effectricibus causis nostræ salutis, aut salutis ipsius rationem continentibus.*
4 Confidentiam in carne.] *Si hoc esset confidentiæ argumentum, neque simplex neq; exiguum mihi suppeteret.*

5 Ex

carne. Si quis alius videtur cõ-
fidere in carne : ego magis,
[5]circũcisus octauo die, ex ge-
nere Israël, de tribu Beniamin,
2 Cor. 11, 22. Hebræus ex Hebræis, secun-
Act. 23, 6. dum legem Pharisæus, [6]secũ-
dum æmulationẽ persequens
Ecclesiam Dei, secundum iu-
stitiam quæ in lege est cõuer-
B satus sine querela. [7] Sed quæ
mihi fuerunt lucra, hæc arbi-
tratus sum propter Christum
detrimenta. [8] Verũtamen exi-
stimo omnia detrimẽtum esse
propter eminentem scientiam
Iesu Christi Domini mei: pro-
pter quem omnia detrimentũ
feci, & arbitror vt stercora, vt
Christum lucrifaciam: [9] & in-
ueniar in illo non habens meã
iustitiam quæ ex lege est, sed
Iesu MS q. illam quæ ex fide est Christi,
quę ex Deo est iustitia in fide:
[10] ad cognoscendum illum, &
virtutem resurrectionis eius,
*passionis MS q. & societatem *passionum* il-
lius: configuratus morti eius,
[11] si quo modo occurrã ad re-
surrectionem quę est ex mor-
tuis.

5 Ex genere Israël.] *Non proselytus, vt non pauci ex istis sunt.* Hebræus ex Hebręis] *Hebræorum filius, qui gentilitiam familiam ab antiquis transeuntibus deduxerim, non ex ascititiis aut nouis.* Secundũ legem.] *Quod ad religionis institutum attinet, doctus & educatus in obseruantissimo legis ordine, nempe Pharisaico.* 6 Sine querela.] *Sine exceptione, nota, reprehensionéve aliqua, quæ mihi obiici possit, vel negligentia vel irreuerentia in lege obseruanda.*

7 Sed quæ mihi fuerunt.] *Quæ ego magno studio conquisieram tanquam pretiosa & ad diuitias atque thesaurum sanctitatis mihi cõparaueram, postquã cognoui quid Christus esset, quid efficeret, detrimenta damnaq́; duxi.*

8 Propter eminentem.] *Collata ad illam eminentẽ cognitionẽ & scientiã virtutis veritatis & efficiẽtiæ Christi, visus sum mihi vmbrã diuitiarum, nõ diuitias ipsas consectasse, atque ita ista posthabui vt Christum lucrifacerem.*

9 Inueniar in illo.] *Deo homines examinante & probante inueniar insitus Christo vt palmes vitis, qui nõ meos ex lege Mosaica, sed ex virtute Christi in me efficientis fructus proferam Deo gratos.* Quæ ex Deo est iustitia in fide] *quæ reuelanda erat.*

10 Ad cognoscendum illum.] *Vt agnoscam illum in me habitantem, cuius cruci confixus fuerim, & cuius resurrectionis virtutem in me expertus fuerim, viuens Deo.*

11 Si quo modo occurram.] *Non dubito mihi præstandam esse gratiam ab eo qui omnes vult saluos fieri, si modò ego legitimè curram & certem, verùm affirmo rem esse præstantissimam atque dignam magno studio ac diligenti cura, ideoq́; ad eam contendo, & hæc summa doctrinæ mea est: Vt non relabamur in ea quæ retro sunt, sed studiosè ad vlteriora curramus, donec ad resurrectionem illam admirandã occurramus, quæ est ex mortuis, Christi virtute in nobis efficiendã. ita vt nemo sibi arroget copiã & facultatẽ perfectionis huius, donec à Deo eam obtineat & accipiat, sed sequamur, contendamus, curramus, vt possimus re ipsa comprehendere id quod Christus apud se habet partum omnibus iis qui sibi credentes obtemperauerint.*

13 Ad ea quæ sunt priora.] *Citeriora ac præterita relinquo & transuolo, & quæ vlteriora sunt peto.*

14 Ad destinatum.] *Procurro versus metam ipsam, & finem curriculi.*

15 Hoc sentiamus.] *Hoc de nostro priore & posteriore statu cogitemus, atque ita alios doceamus.*

Et si quid aliter sapitis.] *Si minus aliquid aut maius his sentitis, docti tandem à Deo cognoscetis & hoc à me dictum esse verissimum, idq́ per reuelationem, qua hoc mysterium cognoscetis. verùm id curare omnino debemus, vt ad eundem scopum feramur, & idem omnes sapiamus, in eademq́ permaneamus regula Christi cognoscendi, & quærendi per fidem & obedientiam. eodem itaque affectu quo ad cognitionem & charitatem simus omnes, eandemq́ regulam quo ad vsum & exercitationem obseruemus.*

18 Inimicos.] *Quos inimicos esse crucis Christi sæpè vobis dicebam.*

19 Quorum finis] *exitus & merces.*

Deus venter.] *cui seruiunt & obsequuntur; quæstus enim & vtilitatis huiusce terrenæ causa omnia faciunt. atque ea sibi gloriæ ducunt quæ magno dedecori sunt, si rectè conspiciantur.*

20 Nostra autẽ conuersatio.] *Vitæ actionisq́ nostræ ratio omnis cælum spectat, cuius ciues sumus & municipes, atque ideò terrena & corpori huic seruientia corruptibili minimè curamus, sed ea quæ cælestes ciues decent, id est, spiritualia; quæ verò ad corpus pertinent, melius etiam prospicimus: nam dum cælestia curamus, Christum saluatorem exspectamus, qui hoc humile & abiectum à nobisq́ minus curatum corpus caducum & corruptibile reformabit post resurrectionem, simileq́ efficiet corpori illi claro ipsius, idq́ ex efficacitate illa faciet, qua non solùm spiritualem mortem, sed & corporalem & omnia sibi potest subiicere.*

tuis. [12] Non quòd iam accepe- C
rim, aut iam perfectus sim: se-
quor autem, si comprehẽdam
in quo & comprehensus sum
à Christo Iesu. [13] Fratres, ego
me non arbitror comprehen-
disse. Vnum autẽ quæ quidẽ
retrò sunt obliuiscens, ad ea
verò quæ sunt priora extendẽs
meipsum, [14] ad destinatũ per-
sequor, ad brauium supernæ
vocationis Dei in Christo Ie-
su. [15] Quicunque ergo perfecti
sumus, hoc sentiamus: & si-
quid aliter sapitis, & hoc vobis
Deus "reuelauit". [16] Verunta- *reuelabit 6 MS. R. C. S.
men ad quod peruenimus, vt
idem sapiamus, in eadem per-
maneamus regula. [17] Imitato- D
res mei estote fratres: & ob-
seruate eos qui ita ambulant
sicut habetis formam "nostrã". *nos I MS. C.
[18] Multi enim ambulant, quos *Rom. 16, 17.*
sæpe dicebam vobis (nũc au-
tẽ & flens dico) inimicos cru-
cis Christi: [19] quorum finis, in-
teritus: quorum Deus, venter
est: & gloria in confusione ip-
sorum, qui terrena sapiunt.
[20] Nostra autem conuersatio
in cælis est: vnde etiam Salua-
torẽ expectamus, Dominum
nostrum

noſtrum Ieſum Chriſtum,[21] qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem qua etiam poſſit ſubiicere ſibi omnia.

CAP. IIII.

A ITaque[1] fratres mei chariſſimi & deſideratiſsimi, gaudium ᵃmeũ & corona ᵃmea: ſic ſtate in Domino, chariſſimi.[2] ᵇEuchodiam rogo & Syntychen deprecor idipſum ſapere in Domino.[3] Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerũt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. [4] Gaudete in Domino ſemper. iterum dico gaudete. [5] Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt. [6] Nihil ſoliciti ſitis: B ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarũ actione petitiones veſtrę innoteſcãt apud Deum. [7] Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.[8] De cætero fratres, quæcũque ſunt vera, quæcunq. pudica, quæcunq. iuſta, quęcũq. ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus ᶜdiſciplinę, hæc

ᵃ 1 MS. G. ᵃ Amb.

ᵇ Euodiam 3 MS R G S. ᵇ Euhodiam Amb.

ᶜ 2 MS. G. S.

IN CAP. IIII.

1 Corona mea,] *meum decus.*

Sic ſtate in Domino.] *Hanc veritatem ſenſu cognitioneq́ꝫ percipite, hãc diſciplinam moribus & vitæ conſuetudine tenete & obſeruate, idq́ꝫ in Domino, cui ſeruire omnes debemus, vtpote illiꝰ ſanguine & morte redẽpti & cõparati.*

3 Germane compar.] *Qui mecum iugum tuliſti in Euangelij prædicatione, & eiuſdem laboris collega fuiſti.*

4 Gaudete in Domino.] *Quidquid vobis attulerit tempus vel occaſio vel oportunitas vel importunitas rerum, gaudete in Domino gaudio ſpiritus. quod verum gaudium eſt, idq́ꝫ à Domino proficiſcitur, qui vos beare poteſt, cùm cætera omnia à Domino aliena neminē beent, nec purè gaudia dici mereantur.*

5 Modeſtia veſtra.] *Animi veſtri tranquillitas & moderatio in omni euentu, quæ ſpiritum Dei vobis ineſſe probabit. huc illud refertur, Dominus propè eſt.*

6 Cum gratiarum actione.] *Pro beneficiis acceptis vlteriora etiam poſtulate.*

7 Pax Dei] *illa quam mundus nec nouit, nec dare aut accipere poteſt, vtpote Deo authore contingens.*

8 Pudica,] *honeſta, grauia atque decora: huiuſmodi enim ſtudia & conſuetudines eſſe ſolent eorum qui diuinæ ſanctitudinis compotes facti ſunt, vel qui ad illam Dei beneficio obtinendam curſum inſtituerint.*

Laus diſciplinæ.] *Si qua diſciplina ex vſu atq. vero laudatur, non ex humani ingenij luxuriatione, non ex curioſo propoſito, non deniq́ꝫ ex priuata cuiuſquam auaritia aut ambitione,* vel

vel leui ac turpi popularis aura captatione. Neque enim hac opera aut ha sunt generosi atque Christiani viri artes, qui omnia seriò agere, & ad vera pietatis atque honesta vita rationes referre debet.

9 Deus pacis.] *Pacis, perfectionis, beatitudinisq; author vobis aderit.*

10 Refloruistis.] *Noua sollicitudine & cura erga me denuò estis affecti, reuirescẽte charitate qua in vobis radices egit.*

Occupati autem eratis:] *non inuenta opportunitate.*

11 Non quasi propter penuriam.] *Non dico hoc vt meam penuriam conquerar, quam ego nunquam grauiter fero, vtpote qui omnibus conditionibus modestè ferendis Christi virtute aptus redditus sum, sed vt vestram de me curam laudem.*

12 Scio & humiliari.] *Scio paupertatem vel grauissimam ferre, qua qui vrgetur ac deprimitur, ab omnibus in mundo contemnitur ac despicitur.*

Vbique & in omnibus.] *Quouis loco ac tempore & omnibus in rebus iam consecratus sum Dei ministeriis quauis conditione exercendis & explendis.*

Abundare & penuriam pati.] *Neque abundantia, si adsit, me transuersum agit aut perdit, neque inopia affligit.*

15 In principio Euangelij.] *Ex quo primũ predicare apud vos cœpi Euangelium, itaq; ab initio atque hactenus officium erga me vestrum est exploratum.*

17 Non quia quæro datum.] *Non ego hoc dico eo animo vt donum vestrum mihi quaram & appetam, sed vt significem hac expositione ĩn vestram vtilitatem multis nominibus vobis abundãtem fructum futurum ex iis qua ad me iuuandum exposuistis, vtpote qui hoc sacrificio vestro Euangelium iuuare studeatis.*

I N

hæc cogitate. 9 Quæ & didici-
stis, & accepistis, & audistis, &
vidistis in me: hæc agite, &
Deus pacis erit vobiscum.
10 Gauisus sum autem in Do-
mino vehementer, quoniam C
tandem aliquãdo refloruistis
pro me sentire; sicut & sentie-
batis: occupati autem eratis.
11 Nõ quasi propter penuriam
dico. ego enim didici, in qui-
bus sum, sufficiens esse. 12 Scio
& humiliari, scio & abũdare:
(vbique, & in omnibus cõsti-
tutus sum) & satiari, & esurire,
& abundare, & penuriã pati.
13 omnia possum in eo qui me
confortat. 14 Verumtamen be-
ne fecistis, communicãtes tri-
bulationi meæ. 15 Scitis autem
& vos Philippenses, quòd in
principio Euangelij quando
profectus sum à Macedonia,
nulla mihi Ecclesia commu-
nicauit in ratione dati & acce-
pti, nisi vos soli: 16 quia &
Thessalonicam, semel & bis
in vsum mihi misistis. 17 Non D
quia quæro datum: sed requi-
ro fructum abundantem ᵘ in
ratione vestra'. 18 Habeo autẽ
omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito
quæ

ᵘin rationem vestram 2 MS. Amb.c.

Rom.12.1. quæ misistis, odorem suauitatis, hostiam acceptam, placētem
Deo. 19 Deus autem meus impleat omne desideriū vestrum
secūdùm diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. 20 Deo autem
& Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. 21 Salutate
omnem sanctum in Christo Iesu. 22 Salutant vos qui mecum
sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maximè autem qui
de Cæsaris domo sunt. 23 Gratia Domini nostri Iesu Christi
cum spiritu vestro. AMEN.

In secessu rupis Aracenensis, anno CIↃ. IↃ. LXXX.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI
in Epistolam D. Pauli ad Colossenses
ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

ACCEPTI Colossensibus Euangelij sanctitudinem & veritatem publicus humani generis hostis inferioris doctrinæ fallacia contaminare conabatur: hanc reapse ac viuo exemplo propugnat Paulus, & omni studio obseruādam, omnibusque officiis colendam commendat, detegitque cum primis inimici communis artes & dolos, dum ea quæ & natura & vsu minus præstant, apertè indicat, & ad maiora ac præstantiora efficacis doctrinæ sacraria viam munit, diuinorum donorum patefactis mysteriis, & priuatorum publicorumque expositis officiorum præceptis. Atque huius doctrinę exhortationisque fabricam magnis fulcit fundamentis virtutis & efficientiæ Dei, & multorum sanctorum testimoniis exornat & communit, comparatione facta eorum qui alias pietatis rationes proponentes, ex inimici hominis fallacia & astu atque instinctu venditabant.

CAP. I.

A PAVLVS 1 Apostolus Iesu Christi per volūtatem Dei, & Timótheus

IN CAP. I.

1 Apostolus.] *Salutis publicæ nuntiandæ causa legatus ab ipso salutis authore efficacissimo, cuius virtus vel ipsa nominis & cognominis notatione indicatur,* IESV CHRISTI, *Salutaris Vncti.* Per voluntatem Dei.] *Quod Apostolus appelletur, non ex ambitione aut alio humano studio vsurpatum esse ait, sed ex Dei consilio, iudicio, ac iussu factum, cuius vt voluntas fuerat hominū genus per Iesum Christum ad vitam ex morte traducere, sic etiam fuit & hunc seruum ad Euangelij opus delegare,*

h *atque*

atque adeò legationem ipsam Euangelij efficientia & exemplo probare gentibus ipsis ad quas legabatur. id quod nemini aliorum quos alia causa agebant, concessum erat.
Frater.] *In regeneratione, qua vterque nouus homo euasit, communione virtutis & efficientia Iesu Christi, qui est primogenitus in multis fratribus; & frater etiam in professione & opera Euangelij, eiusdem discipina, doctrina ac veritatis authoritatisq́; particeps & minister, atque ideò eodem studio veri boni Collossensibus asserendi incensus: qua res maiori etiam momento auditores ipsos ad sua salutis causam cognoscendã & excipiendã, obseruãdamq́; impellere debuit.*

2 Qui sunt Colossis.] *Quos hoc argumẽtum vt singulari nomine tangit, ita attentissimos postulat, & præter communem omnium aliarum gentium causam, hanc etiam priuatam epistolam in suam eruditionem & vtilitatem alacri animo cognoscere, intelligere, & obseruare cupit.* Sanctis & fidelibus.] *Sanctificatis iam hominibus in virtute Vncti salutaris, atque vltra communem aleam sepositis; & cæteris etiam qui eiusdem Christi Iesu virtutem credentes exoptant, atque in eadem salutis fide perseuerantes militant; vtrique enim in Ecclesia Iesu Christi versantur.*

3 Gratia vobis & pax] *vera & solida, qua non aliunde manat quàm à Deo, qui nobis sese Patrẽ præstitit: qua gratia nulla maior exoptari potest. amat enim pater filios, fouet & promouet, seruat & tuetur eosdẽ vltra omnem inferiorem charitatis gradum. verùm cæteri patres affectum quidem præstare suo in ordine maximum possunt, conficere verò quantum velint non possunt. Atqui Deus & Patrem sese charitate prabet, & solus id quod filijs bene vult, quamuis maximum, præstare potest, idq́; præstare solet per Filium suum Iesum Vnctum,*

theus frater: [2] eis qui sunt Co-
lossis sanctis & fidelibus fra-
tribus in Christo Iesu. [3] Gratia
vobis & pax à Deo Patre no-
stro, & Domino Iesu Christo.
Gratias agimus Deo & Patri
Dñi nostri Iesu Christi sem-
per pro vobis, orantes; [4] audiẽ-
tes fidem vestram in Christo
Iesu, & dilectionem quam ha-
betis in sanctos omnes, [5] pro-
pter spem quę reposita est vo-
bis in cælis, quam audistis in
verbo veritatis Euangelij,
[6] quod peruenit ad vos, sicut &
in vniuerso mundo est, & fru-
ctificat, & crescit sicut in vo- B
bis,

cui omnem potestatem in cælo & in terra dedit beandi & sanctificandi omnes eos qui hũc Dominum cognouerint & verè coluerint. Gratias agimus.] *Quotiescunque oramus (oramus autem semper, tum petitioni tum gratulationi intenti) & vobis Euangelij veritatem acceptam agnitámque gratulamur, & abundè omnibus impertiendam cõmunicandamq́; exoptamus & poscimus. idq́; sedulò agimus apud Deũ, qui quod vult potest, eo nomine cõpellantes quo sese salutaris Vncti Patrem iam mũdo probauit; atq́; huius nostri aduersum vos officij causa est, pieta-*
4 *tis vestra fama certis nũtiis ad nos perlata, qua & vos partim fide assecutos prædicat quæ est in Christo Iesu; partim etiã beneuolentia ac pietate incensos studio omni diligere & colere san-*
5 *ctos omnes propter sanctificationis diuina spem: qua vt illis ex Dei beneficio contigit, ita & vobis cõmunicanda speratur. nec verò ea spes vanis rebus innititur, sed solidis, certis & incorru-*
6 *ptibilibus: omnis namq́; istius spei materia in cælis reposita est, vobis & aliis promissa & audita in verbo & promisso vero Euangelij, quod reapse exhibitũ multis exẽplis constat, atque ita*
propaga-

bis, ex ea die qua audiſtis &
cognouiſtis gratiā Dei in ve-
ritate, [7] ſicut didiciſtis ab Epa-
phra chariſſimo conſeruo no-
ſtro, qui eſt fidelis pro vobis
miniſter Chriſti Ieſu, [8] qui
etiam manifeſtauit nobis di-
lectionem veſtram in ſpiritu.
[9] ideo & nos ex qua die audiui-
mus, non ceſſamus pro vobis
orantes & poſtulantes, vt im-
pleamini agnitione volūtatis
eius, in omni ſapientia & in-
tellectu ſpiritali: [10] vt ambule-
tis dignè, Deo per omnia pla-
centes: in omni opere bono
C fructificantes, & creſcentes in
ſcientia Dei: [11] in omni virtute
confortati ſecundum poten-
tiam claritatis eius, in omni
patientia & longanimitate cū
gaudio

propagatur in toto terrarum orbe, non ſolùm promiſſis ſed promiſſorum veritate & conſtantia, qua fructus quotidie eduntur magno incremento. huius verò rei experimenta quàm plurima apud vos etiam edita ſunt, atque indies eduntur. Gratiam Dei.] *Gratiam veram non imputatam aut fictā, aut otioſis hominum ſermonibus adumbratam, ſed verum amorem Dei admirandis modis oſtenſum, ſuiq; exemplis agnitum quæ à veris & fidelibus Dei miniſtris 7 indicata ſunt: ex quo numero vobis Epaphras eſt conſeruus noſter, eodem quo nos pacto emptus & in ſeruitutem Dei addictus, eodem veri miniſterij auctoramento nobilitatus, hoc eſt, Euangelij efficientia & virtute, Domino cooperante & ſermonē confirmāte ſequētibus ſignis.*

8 In ſpiritu] *non ſimulatam vel popularem, ſed internam veram, ex ſpiritu profectam.*

9 In omni ſapientia.] *Ut vos verè & in ſpiritu diligitis, maximè ij quibus diuina ſanctitudo communicata eſt; ita & ego vos omnes diuini ſpiritus dono augeri & impleri poſtulo; ex quo fiet vt vera ſcientia Dei compotes euadentes, voluntatis ipſius notitiam verè ac ſolidè teneatis. hæc eſt autem voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt & vos id ſciatis idq; velitis quod Deus vult, ſcientes verò ac volentes eos officiorum ac veræ pietatis edetis fructus, qui verè deceant filios Dei: atq; in his proferendis indies augeamini, tum diuinorum ſcientia, tum efficacitate ad rectè agendū, atque ad difficillima quæque ſubeunda & ſuperanda, non humanis viribus, verùm ſecundum potentiam clariſſimam & manifeſtam eius qui vos ita ſibi adoptatos duxerit; vt nemo non intelligat opus eſſe Dei id quod in vobis editur, dum magna agitis, dum magna perfertis in omni patientia & longanimitate, atq; adeò gaudentes & gratias agentes Deo Patri, qui vos in eum locum traduxerit, qui dignos nos fecerit eo ſeculo & beneficio, quo promiſſa cælorum hæreditas diſtribuenda prædicebatur. eſt autem hæreditas & ſors luminis diuini, quod eſt vita æterna: in ipſo enim vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. ideò cùm in tenebris noſtris ipſa lux non comprehenſa luxit, eripuit nos, qui ſedebamus in tenebris & in vmbra mortis de poteſtate tenebrarum, vt quondam in figura noſtrî Iſraëlitas de tyrannide Ægyptiorum ac de domo ſeruitutis eripuit. & vt illos tranſtulit in libertatem, & populum ſibi inſtituit, legibus datis & fœdere ſancito, ſic nos de poteſtate tenebrarum ereptos in regnum cælorum tranſtulit, cuius regni vnctus eſt rex Filius ipſius Dei dilectus, de cuius plenitudine omnes accepimus, & gratiam pro gratia.*

gaudio [12] gratias agentes [b]Deo [a]Patri 2 MS. Amb. c q. [b]Deo Patri 12 MS. S. Q. B.
& Patri qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctorum, in
lumine: [13] qui eripuit nos de
potestate tenebrarum, & trãs-
tulit in regnũ filij dilectionis
suæ, [14] in quo habemus redẽ-
ptionem, *remissionem pec- *& MS. S.
catorum, [15] qui est imago Dei
inuisibilis, primogenitus om-
nis creaturæ: [16] quoniam in Ioan. 1, 3.
ipso condita sunt vniuersa in
cælis & in terra, visibilia & in- C
uisibilia, siue throni, siue do-
minationes, siue principatus,
siue potestates: omnia per ip-
sum, & in ipso creata sunt: [17] &
ipse est ante omnes, & omnia
in

13 Dilectionis suæ.] *Dilectissimi sibi. Hebraismus, per nomẽ abstractum rei ipsius significantius quàm concretum siue adiectiuum.*

14 In quo] *filio vt charissimo ac dilectissimo, vt propugnatore, assertore, & redemptore efficacissimo, vt rege diuinæ ac supremæ authoritatis, vt pontifice sacrosancto & omnino gratissimo, nos qui membra ipsius facti sumus, maximo Dei beneficio, habemus redemptionem à seruitute nostra; ea verò est peccatorum remissio. id quod nec in pontificibus nostris, nec in regibus antiquis habere potuimus nos Israëlitæ secundum carnem, qui per totam vitam obnoxij eramus seruituti, quam per legis imbecillitatem nec per sacrificiorum vmbras reiicere poteramus: nec enim vel legi vel legis ceremoniis & sacris ea natura vis, ea data fuerat facultas, quâ peccata extingui delerique possent.*

15 Qui est imago] *Cùm sit imago Dei inuisibilis, ipsemet etiam Deus est, & quâ Deus inuisibilis est, & quâ inuisibilis Deus est. homo namque, quâ homo est, non est imago expressa Dei inuisibilis; est tamen in imagine Dei factus & creatus. Deus autem vt inuisibilis est, ita & fine carens, ita & omnipotens, ita & sapientissimus, ita & optimus, ita omnino maximus est. atque omnia hæc Filius etiam ipsius est, vtpote non in imagine factus, sed ipsa Dei expressa & æqualis omnino imago est, Dei verò imago ipsa natura diuina est ipsa substantia, cùm in Deo nihil sit quod nõ ipsa ipsius natura sit: non igitur quidquã potest esse imago inuisibilis Dei, quin ipse Deus sit. Et verbum erat Deus. ergo, quâ imago Dei inuisibilis est, non est creatura, sed creator, in quo & per quem cætera omnia constiterunt. habet etiam alteram naturam Filius hic, secundum quam idem qui creator & inuisibilis est, creatura etiam est: quâ, inquam, homo est. coniuncta verò vtraque natura, simul effectum est vt idem rectè vereque audiat* PRIMOGENITVS *omnis creaturæ: nam quâ Deus est, & genitus est, & ante omnia ab æterno genitus: quâ homo est, in tempore factus est homo, & communicatione naturarum, Primogenitus omnium hominum dictus, atque etiam ex diuini consilij arcano, quâ homo est, primogenitus omnium hominum, vt caput omnium membrorum princeps & præstantissimum est. Præterea & generationis humanæ ratione primogenitus omnium est: nemo enim ante ipsum Sanctus & Filius Dei simul appellatus fuit; nemo eo modo generatus quo ipse. Sicut ipsius Matri dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideò quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Duobus verò modis creatura cõsideratur, altero iuxta naturæ primum ordinem ab initio mundi constitutum, qui nunquam postea mutatus est à Deo. S. S. E. Et requieuit Deus ab omni opere quod patrauerat. altero verò creatura consideratur vt noua, hoc est, vt à tenebris eruta, vt à morte æterna ad vitam translata, denique vt ite-*

rum

rum generata. S. S. E. Creabit Dominus nouum super terram. vt verò illo priori modo nihil creatum, nihil factum fuit ante Filium dilectũ, sed omnia per ipsum facta sunt; ita etiam posteriori modo omnia quæ recreata ac regenerata fuerũt, postquam ipse homo factus in nobis habitauit, talia effecta sunt. Solus igitur hic per quẽ creatura omnis visibilis & inuisibilis creata initio fuit, solus per quem admirãda creaturæ nouatio ac regeneratio effecta est. vtpote per efficacissimum, sapientissimum & optimum: quæcunq; enim creaturis cõtigere bona, ab hoc bonorum omnium compote & authore deriuata sunt. itaq; ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, quæcunque ad priorem creationem pertinent. loquimur autem hoc loco præcipue de iis creaturis quæ intellectu vel ratione etiam prædita sunt; Siue throni, &c. quãquam enim cætera omnia corporea per Verbum condita fuerint, tamen cùm de humana natura ratione agitur, vel de spiritibus inuisibilibus, in his, tãquam in cæterorum omnium præstantissimis, atq; adeò aliarum rerũ fine vnico; in homine, inquam, Sermo consumi præcipuè debet: omnia enim hominis causa condita sunt; homo verò Dei, ad cuius imaginem factus est, causa constituit. atque in regenerationis consideratione vnica hominum ratio habetur. Regenerationis verò, quò hæc omnia tendunt, ratio iam explicatiùs ab illo loco instituitur, Et ipse est caput, &c.

in ipso constant. 18 Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui
1 Cor. 15, 22. Apoc. 1, 5. est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse

18 Et ipse est caput.] *Vt caput omniũ corporis membrorũ principium, origo, atq; etiam fons est, sic Adam primus omnium hominum qui humana propagatione nascuntur, caput & princeps atque initium est, in cuius natura atq; virtute cæteri omnes qui postea orituri erant, continebantur. Namq; illius vxorem ex ipsius ossibus & carne factã constat, illam verò omniũ viuentiũ matrem fuisse, impositi nominis vox & ratio testatur. Hhaua enim vitã siue viuentiũ omniũ matrem vir ipse à Deo edoctus sapiẽter vocauit. ita tamen vitã vt ex sese natura carne atq; substantia sua factam prædicauerit, atque adeò sese caput & principium, ipsam verò Os ex ossibus suis, carnemq; de carne sua declarauerit. Atque hoc de priori veteris Adæ filiorum ac posterorum sobole ac propagatione sic habet. In noua autem nouorum hominum constitutione, quæ* ECCLESIA *vocatur, Deus diuinum ex se ab æterno genitum Filiũ in terrarum orbem mittens, hominem etiam esse voluit, diuersa ac præstantissima à cæteris Adæ filiis generationis ratione genitum, ex muliere, vt matre, ex seipso autem Deo sancti Spiritus admiranda obumbratione factum, atq; vtraque natura constãtem, diuina simul & humana, Ghimanuelem &* IESVM *&* CHRISTVM *appellatum. Hunc itaque nouum nouoq; modo constitutum hominem pariter atque Deum, nouumq; Adamum dictum, principem caputq; esse voluit Deus eorum omniũ, qui à veteris Adami corruptione & morte ad nouam atque adeò diuinam ipsiusq; Christi persimilem vitam traducendi erant: ob eamq; rem Futuri Seculi Patrem laudari salutariq; voluit. Atque ita fit, vt mulier omnium viuentium mater dicta virum sui caput agnouerit: Ecclesia verò, quæ regeneratorum omniũ mater exstitit, Christum & suum & omnium qui in ipsa renati fuerint, caput celebret; Christus verò Deum sibi Patrem agnoscens veneretur.* Qui est principium.] *Arcana regenerationis rationem & modum per summa capita Apostolus breuiter indicat. Vt Adam mortuorum primus fuit, ex cuius morte mors in omnes homines dimanauit; ita contrà Christus, in quo vita erat, & vita erat lux hominũ, in tenebris ita luxit, vt à tenebris nõ cõprehensus, lucem iis quos susceperat secũ eductis impertitus, vitã etiã suã cõmunicauerit.* Primogenitus ex mortuis.] *Qui morti atq; peccatis mortui, ad vitamq; trãslati, iustitia viuũt, & iusti sunt, vt ille iustus est.*

ipse primatum tenens: [19]quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: [20]& per eum recõciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris, siue quę in cęlis sunt. [21]Et vos cùm essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: [22]nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. [23]si

19 Quia in ipso] *Christo vtraq; natura cõstante.* Omnem plenitudinem] *gratiæ, virtutis, & efficacitatis ad destruendã mortem, vitamq; conciliandam, de cuius plenitudine omnes accipiunt quicunque accipiunt, & gratiam pro gratia.*

20 Pacificans per sanguinem.] *Nã quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnis importunitatem, Deus Filium suũ mittens perfecit: qui de peccato damnauit peccatũ, quod erat contrarium nobis, & sustulit maledictum legis accusantis hominem, nec tamẽ ad perfectum deducẽtis, sed indicantis peccatum, iramq; denuntiantis diuinam, quam demum Agnus hic Dei placauit, qui tollit peccata mũdi, pacemq; terris attulit, bonam Dei voluntatem hominibus concilians, Deiq; gloriam ex collato in homines misericordiæ magnæ beneficio illustrans. id quod efficiendum in illo admirando genethliaco calestes canebant spiritus, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas, quæ aliàs gratia dicitur.* Siue quæ in cælis.] *Piorum ac sanctorum hominum collegia omnia, qui Christum in cælum ascendentem comitati fuere, & qui postea etiam eundem illum secuti sunt, & Ecclesiæ etiam in terris adhuc agentis collegia ac secula omnia quibus pacem Christus attulit, volentibus quidem accipere: Nam quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis videlicet qui credunt in nomine eius.*

21 Et vos.] *Duplex humani animi in vniuersum portio est: altera intellectus dicitur, qui in veri cognitione versatur, ac diuinarum humanarumq; rerũ rationes tenendas æstimandasq; sibi vendicat: altera verò voluntas dicitur, ad quam humanarum actionum omnium vel honestas vel turpitudo refertur. vtriusque partis cognoscendæ & exercendæ studium sibi gentes ex suorum sapientum præceptis & institutis arrogauerant: & tamen eò miseriæ atque dementiæ traducti sunt, vt vtramque partem tractando peruerterint, nec Deum diuinasq; res, neque hominis naturam, humanaq; omnia, vt par erat, cognoscentes. ex quo effectum est, vt in deterrimos dilaberentur morum & studiorum abusus. hoc ita euenisse Apostolus illo verbo asseuerat,* Abalienati, *à Deo videlicet propter veri ignorationẽ,* & inimici sensu, *propter boni atq; honesti defectum,* in operibus malis. 22 Reconciliauit.] *Iudæi cùm legẽ haberent, & verum atque honestum cognoscerent ex lege, tamen, quia quod sciebant, moribus & virtutibus non præstabant, à salute alieni erant, nisi ex misericordiæ Dei beneficio Christum salutarem reciperent. vos, qui vtroque etiam morbo, hoc est, ignorationis ac turpitudinis laborabatis, diuina benignitate ad salutem vocati & curati estis hoc tempore, cùm per Euangelij virtutem ad communionem illius vitæ quam Christus in corpore carnis suæ per mortem arcano & admirabili modo omnibus hominibus sibi credentibus & obedientibus operatus est: ad eius, inquam, vitæ communionem admissi estis; & illius corporis membra effecti, reconciliationem cum Deo obtinuistis; cuius reconciliationis effectus demum fuit,* Exhibere vos sanctos, *&c.*

23 In

23 ſi tamen permanetis in fide
fūdati & ſtabiles & immobiles
à ſpe Euangelij quod audiſtis,
quod prædicatum eſt in vni-
uerſa creatura quæ ſub cælo
eſt, cuius factus ſum ego Pau-
lus miniſter. 24 Qui nunc gau-
deo in paſſionibus pro vobis,
& adimpleo ea quæ deſunt
D paſſionum Chriſti, in carne
mea pro corpore eius, quod
eſt Eccleſia: 25 cuius factus ſum
ego miniſter ſecundū diſpen-
ſationē Dei, quæ data eſt mi-
hi in "vobis", vt impleam ver- *vos 2 MS. Amb. 6.*
bum Dei, 26 myſterium quod
abſconditum fuit à ſeculis &
generationibus, nunc autem
manifeſtatum eſt ſanctis eius,
27 quibus voluit Deus notas
facere diuitias gloriæ Sacra-
menti huius in Gētibus, quod
eſt Chriſtus, in vobis ſpes glo-
riæ,

23 In omni creatura] *rationali: namque in omnem terram exiuit ſonus eorum, & Euangelicæ virtutis manifeſta exempla die illa ſacra Pentecoſtes ab omni natione quæ ſub cælo eſt, ſpectata fuere.*

24 Et adimpleo.] *ἀνταναπληρῶ, pro ipſo rurſus readimpleo. Namque ipſe in ſe, vt caput, multa pro Eccleſia ſua fecit & tulit, ſudauit & alſit, dum Euangelium Iudæis prædicaret, qui Eccleſiæ altera pars erant: itaque vt miniſter multa tulit, vt verò ſalutis author plurima paſſus eſt vſque ad mortem crucis: verùm Euangelij tum inter Iſraëlitas tum inter Gentes, pro ſeminandi & conteſtandi cauſa labores etiam reſeruauit ferendos iis quos in Apoſtolatus munus delegerat: horumq́; laborum bona pars Paulo obtigerat. S.S.E. Ego oſtēdam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Eius verò partis portioni iam exantlata reliquam ſubiungi iam Paulus affirmans gratulatur.*

Paſſionum Chriſti in carne mea.] *Geminam omnino explicationem admittit paſſionū quas Chriſtus propter ipſius nomen carni meæ impendere prædixerat: quas paſſiones quòd miniſtri membraq́; corporis Chriſti ferant, ipſe Chriſtus iure ſibi adſcribi vult: id quod Paulo ipſi, antea Saulo, declarabat, Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris.*

26 Quod abſconditum fuit] *à ſeculis antiquis, ab initio vſque temporum quæ poſt humani generis ruinam fluxerunt, & à generationibus tam angelicis quàm humanis: nemo enim vel Angelorum vel hominum rationem apertè cognouit, qua efficiendum eſſet vt ex homine corrupto ac mortuo viuus homo integer & planè diuinus, atque adeò ex filio Adami veteris, multorumq́; ſcelerum reo & peccati ſeruo, nouus homo Deiq́; viuentis filius emergeret, futurumq́; eſſet vt per mortem deſtrueretur mors.*

Nunc autem.] *Quod nec oratione explicari, nec cogitatione antea percipi ab Angelis nec ab hominibus potuit, nunc re ipſa & manifeſto documento declaratum eſt, non omnibus, ſed ſanctis, quibus ſanctitatem ſuam impertitus Chriſtus, quid efficere in ſuis poſſet demonſtrauit.*

27 Chriſtus] *Vnctus in vobis. qui ſuam vobiſcum communicans vnctionem, regni conſortium tribuit, futuræq́; gloriæ confirmat ſpem.*

28 In

28 In omni ſapientia,] *tam Gẽtium, quam veritate ſapientiæ Chriſti ſtultam eſſe arguimus; quàm Iſraëlitarum quam ſapientiæ vmbram eſſe oſtendimus; & ipſius lucis, hoc eſt, virtutis Chriſti comparatione imperfectam aſſeueramus.*

29 Secundum operationem eius] *qui mihi & ad arguendum & ad docendum, & ad ferendos pro ipſius nomine & Euangelio labores tantam ſufficit virtutem, vt nemo eam vel mihi vel humanis viribus adſcribere iure poſsit, ſed planè diuinam faſſus Chriſto ipſi acceptam referre debeat.*

IN CAP. II.

1 Volo enim vos ſcire.] *Authoritatem ſibi ex Deo per Chriſtum conſtare Paulus aſſeuerat ad Euangelium Gentibus (inter quas Coloſſenſes numerabantur) diſpenſandum, non ſolùm oratione, ſed verbo ipſo Dei, & myſterij illius admirandi communicatione (quod declarauit eſſe Chriſtũ in illis ſpẽ gloriæ.) Huic verò authoritati ſingulare ſtudium ſuum, & certam erga Coloſſenſes voluntatem accedere ait; magnamq́ curam & ſolicitudinem innatam proſpiciendi & cauendi ne quo malo hominum atque humani generis hoſtis dolo accidat, vt tanti boni atque diuini beneficij vſus illis vel impediatur vel ſubducatur, vel quoquo modo auertatur, ſed ne differatur etiam id quod cùm per vincula ipſe agere præſens non poſsit modò, abſens tamen ſedulò ac feriò agit, tum precibus apud Deum aſsiduis, tum epiſtola hac atque monitis. cupere ſe inquit, interim dum præſens miniſterium ſuum peragere, & non tantùm verbo, ſed Spiritus ſancti virtute confirmare nõ poteſt, miniſterij ſaltem rationem aperire, diligente, ſapiente, atq́ ſtudioſa inſtructione ac denuntiatione myſterij, &c.*

riæ, [28] quem nos annũtiamus,
corripientes omnem hominẽ,
& docẽtes omnem hominem
in omni ſapientia, vt exhibea-
mus omnem hominem per-
fectum in Chriſto Ieſu, [29] in
quo & laboro, certãdo ſecun-
dum operationem eius quam
operatur in me in virtute.

CAP. II.

A

V Olo [1] enim vos ſcire qua-
lem ſolicitudinem ha-
beam pro vobis & pro iis qui
ſunt Laodiciæ, & quicunque
non viderunt faciem meam
in carne: [2] vt conſolentur cor-
da ipſorum, inſtructi in chari-
tate, & in omnes diuitias ple-
nitudinis intellectus, in agni-
tionem myſterij Dei *Patris* *& 3 MS. R.G.
Chriſti Ieſu, [3] in quo ſunt om- *& 7 MS. R. G.I.
nes theſauri ſapiẽtiæ & ſcien-
tiæ abſconditi. [4] Hoc autem
dico, vt nemo vos decipiat in
ſublimitate ſermonũ. [5] Nam 1 Cor. 5,3.
etſi corpore abſens ſum, ſed
ſpiritu vobiſcum ſum: gaudẽs
&

2 In charitate, & in omnes diuitias.] *Quàm ſtudioſiſsimè atque amãtiſsimè pleniſsimeq́, ita vt nihil deſideretur eorum quæ ad cognitionem arcani Dei Patris & Vncti Ieſu pertinent, cuius Ieſu Vncti qui verè compos fuerit, omnem externarum rerum atq́ doctrinarum vim non ſuperabit modò, ſed ſuperuacaneam ducet, quod ad felicitatem & vitam attinet.*

5 Nam etſi corpore.] *Inter Apoſtolatus Euangelij munera vnum fuit, abſentium etiam vel perſonarum vel Eccleſiarum res rationesq́ cognoſcere; quatenus ad vitam pietatemq́ vel ad oppoſita*

opposita his pertinebant. ita Petrus Anania & Saphiræ dolos fraudemq́; perspexit: ita etiam Paulus incestum illum Corinthium & absens deprehendit, & absentem Satanæ ad tempus tradidit: atque ita etiam sibi hoc loco Colossensium prudentiam & constantiam, quam valde gratulatur, per spiritum perspectam esse ait, eamq́; sua pro parte sibi iuuandam confirmandamq́; suscipi, monitione primùm, deinde etiam commemoratione, breui quidem, verum plenissima, Euangelicæ doctrinæ & efficientiæ Christi Iesu, hoc est, Salutaris Vncti.

B & videns ordinem vestrum, &
firmamentũ eius quę in Chri-
sto est, fidei vestræ.[6] Sicut ergo
accepistis Iesum Christũ Do-
minũ*, in ipso ambulate, [7] ra-
dicati & superędificati in ipso,
& cõfirmati fide, sicut & didi-
cistis, abũdátes** in illo in gra-
tiarũ actione. [8] Videte ne quis
vos decipiat per philosophiá,
& inanem fallaciam: secun-
dum traditionem hominum,
secundum elementa mundi,
& non secundum Christum:
[9] quia in ipso inhabitat omnis
plenitudo diuinitatis corpo-
raliter:

*nostrum MS. Amb. 5.

*o. **in ea 3 MS. Amb. G.E.

8 Videte.] *Duo deceptionum genera notari caueriq́; Paulus monet: alterum ex Gentium philosophiæ doctrinis & placitis, quæ verbis magis quàm re constabant, quippe quæ de Deo, diuinis atque humanis, de hominis beatitate ac felicitate, de bono ac malo, de fugiendis & petendis, acutè quidem & persubtiliter, verùm inaniter differebat, certisq́; modis discipulos suos non vt boni essent, sed vt externam quandam perfectionis speciem vel sibi ipsi arrogarent vel aliis ostentarent; cùm tamen nec veram & certam de Deo vel de humanæ naturæ vitio & medicina rationem tenerent. hoc genus philosophiam & inanem fallaciam Paulus vocat. Alterũ verò genus erat doctrinæ illius tempestatis Iudæorum, qui hominibus non in philosophia disciplina, sed in Mosaicæ legis obseruatione salutem constitutam esse contendebãt, eamq́; vnicam & singularem viam ad beatitatem asseuerabãt quam lex muniret, non solùm ea lex quæ per Mosem scripta erat, sed quam ipsi* B A G H A L P E H *appellabant, quæ seruandæ legis rationes, modos & opportunitates ex magistrorum hominum commentatione & interpretatione per manus, vt ipsi aiebant, tradita, docebat. atque genus hoc Traditionem hominũ secundum elementa mundi appellat Apostolus.* Et non secundum Christum.] *Qui à Deo vnctus missus fuit vt homines beet, atque sui ipsius participes, & diuinæ consortes naturæ efficiat, fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem; quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, quam Philosophia in se cùm non habeat, nemini suorũ discipulorum, quamlibet eleganti sermone promiserit, præstare vnquam potuit, quidquid illa de mortis meditatione commentetur. Nec lex etiam quamquam eo modo quo ex traditione docetur, à quoquam plenè obseruata sit, quod tamen nec se nec Patres potuisse perficere Apostoli confitebantur; tamen si maximè obseruaretur, hominem perficere posset minimè, vtpote quæ nec concupiscentiam domaret, nec peccata prorsus tolleret, sed quibusdam tantùm exercitationibus & sacrificiis, ritibus & ceremoniis ex elementorum huius mundi rebus petitis, atque circa corpus humanum tractatis, vmbram magis futuræ expiationis & renouationis, & significationem salutis magis quàm salutem ipsam repræsentarent.*

9 Corporaliter,] *re ipsè, verè, efficienter. Opponitur signo & vmbra, quali lex legaliaq́; omnia habuerunt. quod hic corporaliter dicitur, aliàs ipsam rerum imaginem Apostolus nominat.*

raliter: [10] & estis in illo repleti,
qui est caput omnis principa-
tus & potestatis: [11] in quo &
circuncisi estis circuncisione
non manufacta in expoliatio-
ne corporis *carnis, *in circun- *peccatorū G.Q.D. *sed o.
cisione Christi, [12] consepulti ei
in baptismo: in quo & resur-
rexistis per fidem operationis
Dei, qui suscitauit illũ à mor-
tuis. [13] Et vos cùm mortui es- Ephes.2.1.
setis in delictis & præputio C
carnis vestræ, conuiuificauit
cum illo: donans vobis omnia
delicta, [14] delens quod aduer-
sus nos erat, chirographum
"decreti", quod erat cõtrarium Decretis I. MS. Ambros. C.S.
nobis, & ipsum tulit de me-
dio, affigens illud cruci: [15] &
expolians principatus & pote-
states, traduxit confidẽter pa-
làm, triũphans illos in semet-
ipso. [16] Nemo ergo vos iudicet
in cibo aut in potu, aut in par-
te diei "festi", aut neomeniç, aut -o.
sabbathorum: [17] quę sunt vm-
bra futurorum, corpus autem
Christi.

10 Et estis in illo repleti.] *Doctrinam assertionemq́ suam ipsorum Colossensiũ exemplo ac testimonio confirmat; qui cùm alienati fuissent à Deo sensu & operibus, neq́ ex Gentium philosophia quicquam profecissent, à Mosaica verò legis & traditionũ consuetudinumq́ non solùm vsu, verùm & cognitione abessent, tamen diuinam Christi Euangelij virtutem & efficacitatem, in iis qui apud ipsos sanctificati fuerant, cognouerunt. Est itaq́ argumentatio huiusmodi, si certissimo inter vos testimonio cõpertum est, Christum eos quos in vobis sanctos effecit, à Gẽtium vanitate traduxisse ad lumen suum, nullis Mosaicæ legis præmissis vmbris & figuris, sed à vacuitate, vt ita dixerim, ad corporis soliditatem transtulisse, atque adeò à figuris ad id quod figuræ adumbrabant ac delineabant magis quàm apertè cognoscendũ præbebant; quid opus est vos denuò ad vmbras reuocari? Atqui vos ita amplificatos fuisse, vel vna circuncisio confirmare potest, maximũ & primum, vti fertur, eorum præceptorum quæ filiis Abrahæ gentium patris singulariter tradita sunt; quam vobis non in figura, sed reapse Deus ipse effecit, Christi efficientia per Spiritum sanctum. S. S. fuerat, Circuncidet Dominus cor tuum, & cor semini tui.*

12 In baptismo,] *quo ille se & suos baptizari cupiebat. id quod perfecit.*

Per fidem operationis Dei] *quæ reuelanda erat, ita vt credideritis secundum operationem virtutis illius.*

13 Omnia delicta] *præterita.*

14 Chirographum decreti,] *peccatum peccatiq́ corpus.*

15 In semetipso.] *Nõ post se, aut à sese iunctos, vt Moses, qui vmbram præferebat victoriæ, suos traduxit; sed in semetipso corporeq́ suo vos per sanguineum suæ mortis mare ad littus & regnum atque felicitatem vitæ, idq́ palàm & non latenter aut incertis exemplis.*

17 Corpus autem Christi.] *Cuius cùm vos participes effecti fueritis, quicunque illius viua membra estis, quonam modo ferre potestis, vt quis vobis vmbras nunc, vt vobis ad vitam necessarias, venditare obtrudereq́ moliatur; quamuis idipsum magna eloquentiæ & sapientiæ specie atque adeò prætextu authoritatis vel sapiẽtum hominum vel Prophetarum, vel etiam Angelorum, à quibus legem* BACHALPEH *traditam in Sina,*

& postea

Matt.24.4. Christi. [18]Nemo vos seducat,
volens in humilitate & reli-
gione Angelorum, quę nō vi-
dit ambulans, frustra inflatus
sensu carnis suæ, [19]& non te-
nens caput, ex quo totum cor-
pus per nexus & coniunctio-
nes subministratũ & constru-
ctũ, crescit in augmentũ Dei.
D [20]Si ergo mortui estis cũ Chri-
-1 MS c.1. sto, ab elementis huius mun-
di: quid adhuc tanquā viuētes
ᵃNe tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris MS.c.1. in mūdo decernitis? [21]ᵃNe te-
tigeritis, neq. gustaueritis, ne-
que contrectaueritis: [22]quæ
sunt omnia in interitum ipso
vsu, secūdum præcepta & do-
ctrinas hominum. [23]quæ sunt
rationem quidem habētia sa-
pientię in superstitione & hu-
militate, & non ad parcēdum
corpori, non in honore aliquo
ad saturitatē carnis. CAP. III.
-1 MS.c.1. A IGitur[1] si cōsurrexistis cum
Christo: quæ sursum sunt,
quęrite: vbi Christus est in de-
xtera Dei sedens. [2]quę sursum
sunt, sapite: nō quę super terrā.
[3]Mortui enim estis: & vita ve-
stra est abscondita cũ Christo

& posteà etiam explicatam affirmat, quæ tamē ipse non vidit, & perinde ac si vidisset persuasus, sibi ipsi plaudit, seq́, quod ita sentiat & vtatur, iustum & sanctum esse putat quod tamen esse non potest, nisi Christi sanctitatis compos & esse studeat, & diuino efficiatur beneficio.

20 Elementis huius mundi.] *Exercitationes rudimentorum Mosaicæ legis, ac præcipuè Leuiticæ & ritualis, elementa mundi vocantur; quæ si rectè tenerentur, iis quibus tradita erant, viam muniebant ad requirendum desiderandumq́ Christum: non autem vel ipsa Christus erant, vel Christi regnum sui obseruatione tradebant: nam regnum Dei non est cum obseruatione. Qui Christum accepit atq́ in illo edoctus est, iam illa superauit elementa.*

23 Ad non parcendum corpori.] *Ad consuetudinem* HANAHAH *alludit, cuius in Matthæi elucidationibus mentionem faciebamus, & in magno opere, Deo propitio, plenius differemus.*

IN CAP. III.

1 Igitur.] *Prima huius capitis pars ad sanctos & perfectos diuiniq́ spiritus atque Christi virtute imbutos pertinet; quos & virtutis Christi testes & assertores appellando, id omnino agere vult, vt non solùm ipsi veritatem commendent, sed cæteris, infirmis videlicet & imperfectis, optandam & quærendam persuadeant diligenti & studiosa atque efficaci exercitatione ad seriam pœnitentiam.*

5 Mortificate.] *Hæc pars credentes quidem, verùm nondum perfectos spectat, quos cæteris, hoc est, perfectis instruendos, corripiendos, & ad certamen animandos commendat, vt eiusdem corporis membra, imbecilliora tamen, quæ fortiorum opera foueri solent. Namque Ecclesia quæ in terris erat, perfectis & imperfectis constabat: & ad vtrosque Apostolorum orationem præsente notatione referre oportuerit, nisi in maximam pugnātiam incidere velimus.*

6 Filios

ᵃautem MS. & q.s. ᵇenim 12 MS. Ephes.5,3.

in Deo. [4]Cùm Christus apparuerit, vita vestra: tũc & vos ap-
parebitis cum ipso in gloria. [5]Mortificate ergo mēbra vestra

 quæ

6 Filios incredulitatis.] *Gentes ita appellat, quia à Deo ad vanitatem & superstitionem desciuerant. vocat autem Filios, Syrico Idiotismo idem valente quod homines incredulos, ex vi verbi* B E N, *quod nunc explicare non vacat. ita qui credunt filij fidei dici possunt, & à Paulo fidei domestici vocantur ex eiusdem verbi vi. ne quis huc prædestinationem aliquam inducat, existimans illos natos esse ad infidelitatem, quod vel cogitare nefas existimandum.*

8 Nunc autem.] *Seriæ pœnitentiæ curam & studium commendat, quæ prima Euangelicæ doctrinæ ianua est; hæc duabus constat partibus; malarum actionum detestatione ac fuga, & virtutum Deo probatarum exercitatione & consuetudine.*

9 Expoliantes] *quantum in vobis est:* Et induentes nouũ; *quantum in vobis est indui studentes nouum: nam qui renouatur in agnitionem renouatur secundum imaginem eius qui creauit eundem nouum hominem. hoc est quod alio loco dicitur, Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, &c. Sed quatenus ipsi sese ex Dei auxilio induere deberent, statim declarat viscera misericordiæ & cætera, quæ & communiter omnibus, & singulariter singulis ordinibus ac personis seruãda præcipit.*

20 Per

quæ sunt super terram, forni-
cationem, immunditiam, libi-
dinem, concupiscentiam ma-
lam, & auaritiam, quæ est si-
mulachrorum seruitus. [6] pro-
pter quæ venit ira Dei super
filios incredulitatis. [7] in qui-
bus & vos ambulastis aliquã-
do, cùm viueretis in illis. [8] Nũc Rom 6,4.12. Ephes. 4,23. Heb. 12,1.
autem deponite & vos omnia: B
iram, indignationem, malitiã,
blasphemiam, turpem sermo-
nẽ de ore vestro. [9] Nolite mẽ-
tiri inuicem: expoliantes vos
veterem hominem cum acti-
bus suis, [10] & induentes nouũ 1 Pet. 2,1. 4,2.
eum qui renouatur in agni-
tionem, secundum imaginem
eius qui creauit illũ. [11] vbi nõ
est*, Gentilis & Iudæus, circũ- *masculus & femina Ms.
cisio & præputium, Barbarus
& Scytha, seruus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.
[12] Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera Ephes. 6,11.
misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, pa-
tientiam, [13] supportantes inuicem: & donãtes vobismetipsis C
si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & Dominus
donauit vobis: ita & vos. [14] Super omnia autem hæc, charita-
tem* habete, quod est vinculum perfectionis. [15] & pax Chri- *1 Ms. Amb. c.s.
sti exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno
corpore: & grati estote. [16] Verbum Christi habitet in vobis
abundanter, in omni sapientia: docentes & commonentes
vosmetipsos, *psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in *in ms 9.
gratia

1 Cor.10,31. gratia cantãtes in cordibus vestris Deo. [17] Omne quodcunq.
D facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu
facite 9 MS S. Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. [18] Mulieres
Ephes.5,22. 1 Petri 3,1. subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. [19] Viri, diligite
Ephes.5,25 *vestras MS. vxores*: & nolite amari esse ad illas. [20] Filij, obedite parenti-
Amb. 5. -MS q. Amb. bus per omnia. hoc enim placitum est in Domino. [21] Patres,
Ephes 6,1. Ephes 6.4. nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pu-
Ephes.6.5. Tit.2.9. sillo animo fiant. [22] Serui, obedite per omnia dominis carna-
1 Pet.2,18. libus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes,
sed in simplicitate cordis, timentes Deum. [23] Quodcunque
facitis, ex animo operamini
sicut Domino, & non homini-
bus: [24] scientes quòd à Domi-
no accipietis retributionẽ he-
reditatis. Dño Christo seruite.
[25] qui enim iniuriam facit, re-
Rom.2,6. cipiet id quod iniquè gessit: &
Act.10,34. non est personarum acceptio
-2 MS.6.8. -apud Deum'.

CAP. IIII.

A DOmini,[1] quod iustũ est
& æquum, seruis præsta-
te: scientes quòd & vos Dñm
Luc.18,1. 1 Thes.5,17. Ephes.5,18. habetis in cælo. [2] Orationi in-
state: vigilantes in ea in gra-
2 Thes.3,1. tiarum actione. [3] orãtes simul
& pro nobis, vt Deus aperiat
nobis ostium sermonis ad lo-
quendũ mysteriũ Christi (pro-
B pter quod etiã vinctus sum) [4] vt manifestem illud ita vt opor-
Ephes.5,15. tet me loqui. [5] In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt: tem-
pus redimẽtes. [6] Sermo vester semper, in gratia sale sit cõditus:

20 Per omnia.] *Quæ triplici distincta ratione in honoris parentibus debiti explicatione declarantur. quæ iustissima sunt, Deoq; probata.*

21 Pusillo animo] *erga vos atque erga se ipsos etiam; atque ex vestra iracundia & asperitate; exemplo, inquam, domestico, tales ipsi quoque euadant: namque ita paulatim & priuati & publici corrumpuntur mores.*

24 A Domino,] *qui vos, quamuis secundum carnem seruituti addictos, tamen in filios secundum spiritum adoptatos, hæreditatis communicatione amplificabit.*

IN CAP. IIII.

3 Vinctus sum,] *atque ita in vinculis etiam ostium aperitur.*

5 Tempus redimentes.] *Non longis orationum ambagibus aut superuacaneis disputationibus, sed sapientia vera vsi rationibus, eorum qui sapientiam amarint vtilitati consulite; atque in sermone decorem & ciuilitatem seruate.*

vt sciatis quomodo oporteat
vos vnicuiq. respõdere. 7 Quæ
circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus
frater, & fidelis minister, & cõseruus in Dño, 8 quẽ misi ad vos
ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur
corda vestra, 9 cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex
vobis est. *Omnia quæ hîc aguntur, nota facient vobis. 10 Sa-
lutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus cõsobri-
nus Barnabæ (de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos,
excipite illum,) 11 & Iesus qui
dicitur Iustus: qui sunt ex cir- C
cũcisione. hi soli sunt adiuto-
res mei in regno Dei: qui mihi
fuerunt solatio. 12 Salutat vos
Epaphras qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper sollici-
tus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in om-
ni voluntate Dei. 13 Testimoniũ enim illi perhibeo quòd ha-
bet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiciæ,
& qui Hierapoli. 14 Salutat vos Lucas medicus charissimus: &
Demas. 15 Salutate fratres qui sunt Laodiciæ: & Nympham, D
& quę in domo eius est Ecclesiam. 16 Et cùm lecta fuerit apud
vos epistola, facite vt & in Laodicensium Ecclesia legatur: &
*eam quæ Laodicensium est, vos legatis. 17 Et dicite Archip-
po, Vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud im-
pleas. 18 Salutatio, mea manu
Pauli. Memores estote vincu-
lorum meorum. Gratia * vo-
biscum.

7 Conseruus,] *redemptus & comparatus eodem precio atque ab eodem Domino.*

11 In regno Dei.] *Cuius ipsi compotes facti, testimonium etiam mecum reddunt, atque Euangelij veritatem, diuinitus accepta virtute agnitioneq́, asseuerant.*

12 Voluntate Dei,] *quæ est sanctificatio vestra.*

18 Memores estote] *ad vestram vtilitatẽ.* Vinculorum meorum] *pro Christi veritate & virtute non modò indicanda, sed omni etiam periculo asserenda.*

*qui omnia ms q.

2 Tim. 4, 11.

*ea quę Laodicensiũ est vobis legatur ms q.

*Domini nostri Iesu Christi ms q.

A M E N.

In Carpentano agro apud D. Laurentij regium cœnobium,
anno CIↃ. IↃ. LXXXV.

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam I. D. Pauli ad Thessalonicenses ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

THESSALONICENSIVM constantiam in Euangelij agnitione & obseruatione gratulatur, exemplumque laudat patientiæ & fortitudinis, quæ singularis ac probatæ fidei argumenta sunt. voluntatem etiam curamque suam erga eos profitetur, quos, in iis quæ pietatis veræ causa sustinerent certaminibus, ipse præsens iuuare optarit, nisi aliàs etiam ipse aliis in certaminibus occupatus distineretur: quod etiam ipsis profuturum sperat, ad imitationem sui pro Christi veritate & virtute laborantis. pollicetur autem optimum illis certaminum atque constantiæ exitum, ex Dei efficientia per Iesum Christum expectandum. obiterque suadet prudentiam & cæteras virtutes excolere, quibus & promoueri ipsi possint, & aduersariorum vel violentiæ vel dolo ac fraudi obsistere. Ad vtramque fidelium partem Epistola pertinet, sanctorum videlicet, & ad aliorum sanctitudinem contendentium.

CAP. I.

A PAVLVS [1] & Siluanus & Timótheus Ecclesiæ Thessalonicensiũ in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax*. [2] Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis: memoriã vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, [3] memores operis fidei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri B Iesu Christi, ante Deum & Patrem

*à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo 3 MS. R. G.

IN CAP. I.

1 Paulus & Siluanus & Timotheus.] *Ex sua, vt Apostoli persona, & duorum aliorum, qui in Euangelij doctrina bene meriti erant de illis, authoritatem, gratiam & attentionẽ Epistolæ conciliat; ipsisq; de suis ipsorum rebus curam augere studet, quas tantis viris sanctis & integris, atque ab omni auaritia & ambitione alienis, charas esse constat.*

3 Operis fidei,] *obedientia & obsequij erga Dei mandata, in quibus, vt fideles, fideliter exercemini, sperantes & expectantes virtutem illam & efficientiã Salutaris Vncti in vos, cuius iam exempla spectastis in iis quos Euãgelio nostro credentes virtute sua atque Spiritu sancto auxit, idq; abundanter. atque ita Euangelicum munus, non sermone tantùm, sed omni officio, exemplo, actione, atque demum re ipsa vobis probauimus; quãquam & communis hostis & aduersariorum hominum studiis, opera, & iniuriis & incommodis quamplurimis oppugnaremur, quam rationẽ à nobis vestra causa fortiter seruatam, vos etiam eadem vestra causa sapienter tenentes conseruantesq; vrgetis.*

8 Quic-

trem nostrum: 4 scientes fratres dilecti à Deo, electionem ve-
stram: 5 quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermo-
ne tantùm, sed in virtute & in Spiritu sancto, & in plenitudi-
ne multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.
6 Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes C
verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:
7 ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia
& in Achaia. 8 A vobis enim diffamatus est sermo Domini:
nō solùm in Macedonia & in
Achaia, sed * in omni loco, fi- *& I MS. G S.
des vestra quæ est ad Deum, D
profecta est, ita vt non sit no-
bis necesse quicquam loqui.
9 Ipsi enim de nobis annuntiāt
qualem introitū habuerimus
ad vos: & quomodo conuersi
estis ad Deum à simulachris,
seruire Deo viuo & vero, 10 &
expectare Filium eius de cælis
(quem suscitauit ex mortuis)
Iesum, qui eripuit nos ab ira
ventura. CAP. II.
NAm 1 ipsi scitis fratres A
introitum nostrum ad
vos, quia non inanis fuit: 2 sed
antè passi & contumeliis affe- Act. 16, 19. 22.
cti (sicut scitis) in Philippis, fi-
duciā "habuimus" in Deo no- "habuerimus I MS.
stro, loqui ad vos Euangelium
Dei in multa solicitudine. 3 Ex-
hortatio enim nostra non de
de errore, neq. de immūditia,
neque

8 Quicquam loqui] *de officio nostro, officiíq; erga vos nostri exitu.*

9 Viuo & vero,] *efficaci & vnico, cùm simulachra nec viuerent, aut efficere quicquam p.ssent, neque ea quas referebant res dij essent. edocti autem estis verum veri Dei cultū, cuius in studio expectare iubebamini efficientiam Filij eius de cælis salutarem, quem ipse ex mortuis, pro quorum vita & salute tradiderat, suscitauit: vt suos etiam in spiritu & veritate suscitatos ab ira, in filios diffidentia & incredulos atque illius dicto non obedientes ventura.*

IN CAP. II.

1 Non inanis:] *non temerarius neque inconsultus, sed maturo cōsilio deliberatus ac decretus, quem nec obiecta impedimenta laborũ incommodorumq; nobis apud Philippenses oblatorum auertere nec retardare potuerūt, quominus inierimus magna fiducia fore vt bonus nuntius vobis in vestram salutē per nos allatus magno studio, non minori à vobis acciperetur.*

3 Non de errore.] *Iudæi si quando quempiam ex Gentibus instrui & salutis rationem doceri cupientem instituendum suscipiebant, duo tantùm docebant potissima: alterum erat, vanorum deorum, atque fallacium de diis doctrinarum ac opinionum detestationem & renuntiationem; alterum verò, obseruationem rituum atque exercitationum legalium, quæ in cibo, potu, vestitu atq; cultu, deinde in festis, ieiuniis, & huiusmodi externis rebus versabatur: quam puritatem Munditiam, ac suo verbo*

THEO-

TEHORAH vocabant, opposito voci TVMAH, quam immūditiam Latinè dicimus; cuius vocis epitheto gentes omnes ab illis notati audiebant TAMIM siue TVMAIM. His duabus partibus, vbi rectè ex more suo instruxissent Gentilem discipulum siue proselytum, Israëlitā perfectum, siue, vt ipsorum vocabulo vtar, GAMVR, hoc est, absolutum nominabant, neq; quicquam præterea curabant, vtpote qui sola suæ legis obseruatione vitam æternam & sibi & discipulis promittebant suis. At verò Euangelij luce tam orbi inducta, impostores quidam, aliàs pseudoapostoli dicti, Christi doctrinam, cuius & simplicitas & virtus Gentibus valde arridebat, cum legis Mosaicæ obseruatione, præcipuè verò cum circuncisionis vt ad salutem necessaria commendatione miscebant; atq; hac fraude Gentes ad Iudaicam vmbram, magis quàm ad Christianæ veritatis lucem, vt cæcos & cæcorum ductores transferebant: facilè enim iis qui in tenebris & vmbra mortis per omnem vitam consederant, qualiscunq; ille splendor legis, qui tamen Euangelicæ doctrinæ vmbra fuerat, melius quid habere quàm suus antè vitæ status, & aliquid esse existimari atq; placere obiicij poterat. atq; huius rationis ministri, quod miseros homines in fraudem illicerent, imò & impellerent etiam, dolosi, mendaces, & pseudoapostoli vocati sunt à fidelibus: quorum studium non tam suscipiebatur salutis Gentibus afferendæ causa, quàm suis ipsorum commodis, hoc est, vel auaritiæ vel ambitionibus apud homines captandæ gloriæ consulendi; dum alij hoc ministerio quæstum facerent, alij verò & se discipulorum copia venditantes iactarent; alij etiam & hoc & illud sectantes venarentur: atque hæc ad dolum quoq; pertinebant. ab vtrorumque igitur ministrorum & magistrorum studio & exemplo mentem rationémque suam longissimè discrepare Paulus profitetur, vt qui nihil aliud curet, quàm creditam commissámque sibi boni nuntij legationem fortiter fideliterque obire atque peragere, nulla vel generis sui priorisq; antea instituti, cuius ipse professor, defensor, & vindex fuerat, vel suorum ipsius commodorum vel sui alteriúsve honoris habita ratione. hoc est quod toto deinceps sermone, fidelitatem suam ipsorum testimonio comprobans, vrget: Sed sicut probati sumus à Deo, *&c. omnia verò hæc contendunt vt ipsos moneat quantum curare oporteat, ne Euangelij disciplinam vel mutari vel turbari, vel obsolescere vel aboleri, cuiusspiam vel hominum vel spirituū opera accidat, quam in suam salutem tam manifestis veritatis ac vtilitatis documētis & testimoniis acceperint: per tantos, tot tantisque laboribus & incommodis ob eam rem tentatos, affectos, & exercitatos, nulloq; sui ipsorum commodo consulentes, sed officij tantùm & muneris fidelitatisq; præstandæ opera, remq; omnem suam impendentes, atque animæ vitaq; suæ, si id tempus occasioq; postularet, parcentes minimè.*

neque in dolo: 4 sed sicut pro-
bati sumus à Deo vt credere-
tur nobis Euangelium, ita lo-
quimur: nō quasi hominibus
placentes, sed Deo, qui probat
corda nostra. 5 Neque enim
aliquando fuimus in sermone
adulationis, sicut scitis: neque
in occasione auaritiæ, Deus
testis est: 6 nec quærentes ab
hominibus gloriā, neq. à vo-
bis, neque ab aliis. 7 Cùm pos-
semus "vobis" "oneri" esse, vt
Christi Apostoli: sed facti su-
mus "paruuli" in medio vestrū,
B tāquam si nutrix foueat filios
suos:

– 4 MS. G. S.
" honori 1 MS.
" lenes 2 MS. G. S. Q. n.

suos: [8] Ita desiderantes vos, cu-
pidè volebamus tradere vobis
non solùm Euangelium Dei,
sed etiã animas nostras. quo-
niam charissimi nobis facti
estis. [9] Memores enim estis Act. 10. 14. 1 Cor. 4. 12.
fratres laboris nostri & fatiga-
tionis, nocte & die operantes, 2 Thes 3. 8.
ne quem vestrũ grauaremus,
prædicauimus in vobis Euan-
gelium Dei. [10] Vos testes estis
& Deus, quàm sanctè, & iustè
& sine querela, vobis, qui cre-
didistis, fuimus. [11] sicut scitis
qualiter vnumquemque ve-
strum (sicut pater filios suos)
[12] deprecantes vos & conso-
lantes, testificati sumus vt am-
bularetis dignè Deo, qui vo-
cauit vos in suum regnum &
gloriam. [13] Ideò & nos gratias C
agimus Deo sine intermissio-
ne: quoniam cùm accepissetis
à nobis verbum auditus Dei,
accepistis illud nõ vt verbum s ut. Ant. c.
hominum, sed (sicut est verè)
verbum Dei, qui operatur in
vobis qui credidistis. [14] Vos
enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarũ Dei quæ sunt in
Iudęa, in Christo Iesu: quia eadẽ passi estis & vos à contribu-
libus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, [15] qui & Dñm occiderunt
Iesum & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo nõ placẽt, &
omni-

8 Euangelium Dei.] *quod vlterius & longè melius ac plenius promittit credentibus, & reapse efficit ac donat, quàm Mosaica legis obseruatio, & illa de immũditiis doctrina, quam, vti superuacaneam Gentibus, Euangelium ipsum prætermittit, veram & solidam cordium animorumq; mundiciem efficiens, & circuncisionem illam non hominum manu factam in expolitione corporis carnis, sed circuncisionem Dei de qua scriptum est, Circuncidet Dominus cor tuum, & cor seminis tui. hoc est quod vobis fideliter, amanter, ac sincerè tradidimus; nostras ipsorum animas, vbi opus fuerit, libenter tradituri.*

12 Testificati,] *obtestati.*

13 Sed (sicut est verè) verbum Dei.] *Efficacissimum & efficientissimum salutis erga eos qui credunt & credentes obediunt, quibus dedit Iesus Christus potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. nam homines beatitudinem promittunt, vt philosophi Gentium, quam tamen suis non præstant discipulis. Verbum verò Dei præstat id quod pollicetur Deus, quodq; in vobis operatur, qui credidistis secundum potentiam virtutis eius; operatur autem sanctificationem Spiritus sancti, & operatur ignem fortitudinis ad perferendũ omnem laborem à cõmuni hoste, & ab huius seculi filiis oblatũ: quod exemplũ, vt in fratribus qui sunt in Iudæa in Christo Iesu, ita in vobis spectatum est, vt vnius Dei efficientia idem in vobis per Euangelium atq; in illis effectum probetur.*

15 Et Deo non placent.] *Nolẽtes ipsius Filium toti orbi redemptorẽ, & sibi primũ singulari gratia promissum recipere. deinde verò & aliis gẽtibus eandẽ inuidẽt salutẽ, atq; ita vtroq; nomine peccata sua implere parant & student.*

16 Sem-

omnibus hominibus aduersantur, 16 prohibentes nos Genti-
bus loqui vt salue fiant, vt impleant peccata sua semper. ᵃpræ-
uênit ᵇenim ira Dei super illos vsque in finem. 17 Nos autem
fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde:
D abundantius festinauimus faciem vestram videre cum mul-
to desiderio. 18 quoniã volui-
mus venire ad vos, ego quidẽ
Paulus, & semel & iterum: sed
impediuit nos Satanas. 19 Quæ
est enim nostra spes, aut gau-
dium aut corona gloriæ? Nõ-
ne vos ante Dominum no-
strum Iesum Christum estis in
aduentu eius? 20 vos enim estis
gloria nostra & gaudium.

ᵃ peruênit MS. Q. n. ᵇ autem 8 MS. Amb. G. 1.

Cap. III.

A PRopter 1 quod non susti-
nentes amplius, placuit
nobis remanere Athenis, so-
lis, 2 & misimus Timotheum
fratrem nostrũ, & ministrum
Dei in Euangelio Christi, ad
confirmandos vos & exhor-
tandos pro fide vestra: 3 vt ne-
mo moueatur in tribulationi-
bus istis, ipsi enim scitis, quòd
in hoc positi sumus. 4 Nam &
cùm apud vos essemus, præ-
dicebamus vobis passuros nos
tribulationes, sicut & factum
B est, & scitis. 5 Propterea & ego
amplius non sustinens, misi ad cognoscendã fidem vestram:

Act. 16, 1.

16 Semper.] *Alludit ad* SELAH, *in similibus sermonibus frequenter apud Psalten vsurpatam vocem: sicut & illud* [vsque in finem] *referẽdum est ad* NEZZAHH *sacra lingua.*

18 Satanas] *oppugnatoris aduersariiq́ue cuiuslibet in quocunque negotio nomen est; verùm in Testamenti noui libris plerumque Dei gloriæ & hominum salutis inuidum illum communem hostem significat cum membris ministrisq́ue suis. Petro in latiori illa significatione obiectum fuit.*

In aduentu.] *Ad sanctificationem, & aduentu ad iudicium.*

In cap. III.

3 Vt nemo moueatur.] *Infirmiores necdum illo baptizati igne, quo Christus virtutem & patientiam sanctu suis mirum in modum augebat, ex Apostolorum laboribus maximisq́ue tentationibus & pressuris per communis hostis ministros allatu, poterant fortaßè trepidare & sibi metuere, & minus promittere si eiusmodi exemplo tentari accideret. hos animare & ad constantiam exhortari studens Paulus, cùm præsens agere non posset, permissos curauit socios, quorum reditu cùm omnia quàm rectißimè apud Thessalonicenses habere intelligeret, Deo imprimis & illis atque sibi gratulabundus hanc scripsit Epistolam, affirmans se illorum salutis cupiẽtißimum & studiosissimum semper, nunc etiam amplius ampliusq́ue satagere illorum causa, maioriq́ue desiderio teneri illos reuisendi, & Euãgelica virtutis à Deo præstanda efficientia amplificandi.*

10 Quæ

k 2 ne fortè

ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor no-
fter.[6] Nunc autem veniente Timótheo ad nos à vobis, & an-
nuntiante nobis fidem & charitatem veftram, & quia me-
moriam noftri habetis bonam femper, defiderantes nos vide-
re, ficut nos quoque vos:[7] ideò confolati fumus fratres, in vo- C
bis, in omni neceffitate & tribulatione noftra per fidem ve-
ftram,[8] quoniam nunc viuimus, fi vos ftatis in Dño.[9] Quam
enim gratiarum actionem poffumus Deo retribuere pro vo-
bis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum
noftrum,[10] nocte ac die abundantius orantes vt videamus fa-
ciem veftram, & compleamus
ea quæ defunt fidei veftræ.
[11] Ipfe autem Deus & Pater D
nofter, & Dominus nofter Ie-
fus Chriftus dirigat viam no-
ftram ad vos.[12] Vos autẽ Do-
minus multiplicet, & abun-
dare faciat*charitatem* in in- *charitate Amb. G.
uicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis,[13] ad *veftraın MS. S.
confirmanda corda veftra fine querela, in fanctitate, ante
Deum & Patrem noftrum, in aduentu Domini noftri Iefu
Chrifti cum omnibus fanctis eius. Amen.

10 Quæ defunt fidei veftræ.] *Quæ maxima dona per Euangelium Deus credentibus impertitur & opportunè largitur: qualia fibi donata Apoftoli gratulantur, ea autem funt fidei, fpei, & charitatis abundantia, & cordium confirmatio fine querela in fanctitate ante Deum. ficut efficiendum Zacharias prædixerat, Vt fine timore de manu inimicorum noftrorum liberati, feruiamus illi in fanctitate & iuftitia coram ipfo.*

CAP. IIII.

DE[1] cætero ergo fratres, A
rogam' vos & obfecra-
mus in Dño Iefu, vt quemad-
modũ accepiftis à nobis, quo-
modo oporteat vos ambulare,
& placere Deo, * ficut & am- *fic & ambuletis MS. R. G. S. Q. N.
bulatis, vt abundetis magis.
[2] Scitis enim quæ præcepta *de- *dederimus 2 MS. R. O. S.
derim' vobis per Dñm Iefum.
[3] Hæc enim voluntas Dei, fan- Rom. 11, 2. Ephef. 5, 17.
ctificatio

IN CAP. IIII.

3 Hæc eft enim voluntas Dei.] *Vult profectò Deus vos fanctos & immaculatos & fine querela efficere; ad eamq; rẽ veftrã fidem operamq; exigit; operã, inquam, qua vos per pœnitentiam ab iis emundetis, quæ carnis fructus & opera carnis, cum quibus Dei fpiritus nõ hæret. S.S.E. Nõ permanebit fpiritus meus in homine in æternum, quia caro eft. quandiu caro eft, carniq; ftudet, & fecundum carnem viuit: fed fi quis emũdauerit fe ab iftis, erit vas in honorẽ fanctificatũ Domino in omne opus bonũ.*

5 Sicut

ctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, 4 vt ſciat
vnuſquiſq. veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione &
honore: 5 non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ igno-
B rant Deum, 6 & nequis ſuper-
grediatur, neq. circumueniat
in negotio fratrem ſuũ: quo-
niam vindex eſt Dominus de
& MS. Amb. C.S. his omnibus, ſicut * prædixi-
mus vobis, & teſtificati ſum⁹.
7 non enim vocauit nos Deus
in immũditiam: ſed in ſancti-
* 2 MS. C. ficationem. 8 Itaque qui ˉhęc
ſpernit, nõ hominem ſpernit,
ſed Deũ, qui etiam dedit Spi-
ritum ſuum ſanctũ in nobis.
9 De charitate autem fraterni-
tatis nõ neceſſe habemus ſcri-
Ioan 13,34. 15,17. bere vobis: ipſi enim vos à
1 Ioan. 2,10. 4,13. Deo didiciſtis vt diligatis in-
C uicem. 10 Etenim illud facitis
in omnes fratres in vniuerſa
Macedonia. Rogamus autem
vos fratres vt abũdetis magis:
11 & operam detis vt quieti ſi-
tis, & vt veſtrum negotiũ aga-
tis, & operemini manibus ve-
ſtris, ſicut præcepimus vobis:
12 & vt honeſtè ambuletis ad
eos qui foris ſunt: & nullius
aliquid deſideretis. 13 Nolum⁹
autem vos ignorare fratres de
dormiẽtibus, vt nõ cõtriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non
habent.

5 Sicut & Gentes.] *Quibus paſsiones ignominiæ vehementer imperant, & inceſtus omnis generis pro ludo habẽtur: qui quãquam legibus caueantur humanis, tamen propter ignorantiã Dei, cuius timore correpti abſtinere & continere deberẽt, ſi hominum vltionem fallere poſſunt nil non ſibi permittunt, turpe putant nihil. Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra prophanis.*

7 Sed in ſanctificationem.] *Quam vos optare & ſperare, & interim dum à Deo plenam obtinetis, pro veſtro modulo & officio meditari oportet.*

8 Sed Deum.] *Nam qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: qui Apoſtolum ſancti Spiritus veritate ac virtute auctoratum ſuſcipit, mercedem à Deo Apoſtolum legante accipiet. Atque ita Chriſtus ipſe aiebat, Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit.*

9 A Deo didiciſtis.] *Non ſolum ex illius præcepto vobis recitato, & frequenti Apoſtolorum commemoratione commendato, ſed ſingulari gratia & inſtructione diuinitus accepta aucti, dilectionem veſtram & conciuibus veſtris & cæteris etiam fratribus in vniuerſa Macedonia probatis.*

13 Qui ſpem non habent.] *Gẽtibus, quãquam nonnullis animi immortalitas credita, tamen ex fidei defectu, ex virtutis diuinæ ignoratione, ex obſcuriſsima humanæ naturæ cognitione, atque adeò ex falſa philoſophantiũ apud ipſos doctrina, corporum reſurrectio nec ſomniata quidem fuit; niſi quædam, vt ſummum, ſiue myſtica ſiue fabuloſa potius Pythagoreorum palingeneſis. Soles occidere & redire poſſunt, Nobis, cùm ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetuo vna dormienda, canebat ille.*

14 Si

habent. 14 Si enim credimus
quòd Iesus mortuus est & re-
surrexit: ita & Deus eos qui
dormierũt per Iesum adducet
cum eo. 15 Hoc enim vobis di-
cimus in verbo Domini, quia 1 Cor. 15, 23. 51.
nos qui viuimus, qui residui D
sumus *in aduẽtu Domini nõ *in aduentũ 6 ms. Amb. c.
preueniemus eos qui dormie-
runt. 16 Quoniam ipse Dñs in
iussu & in voce Archangeli &
in tuba Dei descendet de cęlo:
& mortui qui in Christo sunt,
resurgent primi. 17 Deinde nos
qui viuimus, qui relinquimur:
simul rapiemur cũ illis in nu-
bibus obuiam *Christo *in aë- *Domino 4 ms. c. s.
ra, & sic semper cum Domino *Domino Christo. Amb.
erimus. 18 Itaque consolamini
inuicem in verbis istis.

CAP. V.

1 DE temporibus autẽ & A
momentis fratres, non
indigetis vt scribamus vobis.
2 Ipsi

14 Si enim credimus.] *Gentibus nulla cõstabat historia hominis ad vitam reuocati: sed quadam tantùm à Poëtis decantata exempla fabulosa ratione, ad suam illam felicitatem de nominis immortalitate & gloria apud homines conseruanda referebantur. Nobis, inquit Paulus, viuum recens & veluti præsens exemplum præsto est, Christi Dei & hominis, qui seipsum hominem mortuum, pro nobisq́ ad mortem vltrò oblatum, in vitam reduxit, eademq́ virtute nos reducere etiam potest & reducet: eadem enim cum illo, quatenus homo est, natura constantes, atque ideò resurrectionis rationi minimè pugnantes, eadem sua virtute ad vitam restituet.*

15 Nos qui viuimus.] *Vita per Christum nobis communicata. Idem sese explicans addit, Qui residui sumus in aduẽtu Christi. distinguit ab iis qui ante aduentum Christi dormierunt.*

16 Descendet de cælo.] *Descensu illo sæpius commemorato, quo viuos & mortuos iudicaturus descendet.* Qui in Christo sunt.] *Qui in fide atque spe mortui, Christi gregi adscripti permanserunt; de quibus dictum est: Venit hora quando ij qui in monumentis sunt, audient vocem Filij hominis, &c.*

17 Qui relinquimur.] *Qui illis successimus, relictiq́ sumus ad testandam virtutem illius qui vocauit nos de tenebris in admirabile lumen suũ.* Simul rapiemur cũ illis: *namq́ resurrectio in momento in ictu oculi, in voce tubæ omnibus futura est communis, ita tamen vt ordine primi sint qui nos præcesserunt, atque hoc pacto nihil, vel in illis, vel in nobis desiderabitur; quandoquidem omnes potiemur Christo, omnesq́ simul erimus, inuicemq́ fruemur.*

IN CAP. V. De temporibus.] *Nonnulla ab hominibus inquiri solent vtilitatis causa, quæ quòd potiori fundamento nituntur, explicatione digna censentur esse: cuius generis fuit De dormientium resurrectione, cuius tractationis vsum ad animorum consolationem Paulus reuocabat: quædam verò curiosa magis & ad contentionem & ingenij ostentationem, atq́ nonnunquam ad auaritiæ siue ambitionis occasionem, ad gloriam captandam magis quàm ad commune commodum referuntur: huius formæ sunt quæ de momentis, temporibus, gradibus, mensuris, & opportunitatibus actionum atque rerum diuinarum studio ingenioq́ humano inducuntur; quæ si vulgò cognoscerentur, tantum abest vt ad pietatem promouendam facerent, vt contrà nonnullis securitatem, aliis pœnitentiæ in longum protractionem & aliis fortaßè desperatio-*
nem

nem pararent: quamobrem omnia hæc in sua potestate Pater ita posuit, vt hominibus penetrare studere, nefas esse pronuntiarit. Præcipua verò huius inquisitionis capita duo erant: alterum de aduentu spirituali Christi in homines, quod alio nomine Regnum Dei vocatur. id cum obseruatione non venire, neque ad certam & præfinitam hominibusq́; notandam rationem reduci posse Christus ipse declarauit: alterũ verò de publici omnium hominum iudicij die, siue de aduentu Christi iudicis, ad quem tanquam auctarium referebatur tempus vltionis & animaduersionis in Iudæos, maximè verò in Hierosolymitanos afferenda. Nihil horũ curiosè inquiri, vel otiosè disputari Paulus permittit: sed vult pios omnes fide fultos pœnitentiæ ac virtutis meditationi atq; studiis & exercitationi perpetuò vacare, quòd hæc ratio vnica vtilis & opportuna sit ad omnem aduentum atque adeò euentum omnem prudenter ac seriò expectandum.

1 Pet. 3, 10. Apoc. 3, 3. 16, 15.
[2]Ipsi enim diligẽter scitis quia
dies Dñi, sicut fur in nocte, ita
veniet. [3]cùm enim dixerint,
pax & securitas: tunc repenti-
nus eis superueniet interitus,
a parturienti 1 MS. b habentis MS q.
sicut dolor[a]in vtero[b]habenti,
& non effugient. [4]Vos autem
fratres, non estis in tenebris: vt
vos dies illa tãquam fur com-
prehendat. [5]omnes enim vos,
filij lucis estis, & filij diei: non
sumus noctis neq. tenebrarũ.
[6]Igitur non dormiamus sicut
& cæteri: sed vigilemus & so-
B brij simus. [7]Qui enim dor-
miunt, nocte dormiunt: & qui
ebrij sunt, nocte ebrij sunt.
[8]Nos autẽ qui diei sumus, so-
Esaia 59, 17. Ephes. 6, 17.
brij sumus, induti loricam fi-
dei & charitatis, & galeã spem salutis: [9] quoniam non posuit
nos Deus in irã, sed in acquisitionem salutis per Dominũ no-
strum Iesum Christũ, [10]qui mortuus est pro nobis: vt siue vi-
gilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. [11]Propter
quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut &
C facitis. [12]Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui la-
borant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monẽt vos:
[13]vt habeatis illos abũdantiùs
in charitate propter opus illo-
rum. pacem habete cum eis
[14]Roga-

5 Filij lucis.] *Euangelij discipuli, quod vigilare & orare præcipit, expectantes beatam spem & aduentum Filij Dei.*

8 Spem salutis.] *Vt per fidem credentes voluntatem Dei esse sanctificationem salutemq́; suam, suis impertiri hoc ipsum semper sperantes, perpetuò agant & curent, & summo studio optent, cupiant & satagant, obtinereq́; ab eo contendant, qui propter eam ipsam hominibus afferendam & communicandam, & de cælo descendit, & formam serui accepit & mortem obiit crudelißimam, atque ita actiones omnes nostras, otia & negotia omnia ab hac cogitatione nunquam vacare oportuerit.*

13 Pacem habete cum eis.] *Bene agatur cum illis apud vos: nam pacis nomen hoc loco ad* SALOM *refertur, quo vocabulo honorem, decus, curam, studiũ, atq; officium omne opportu-*
num

habent. 14 Si enim credimus
quòd Iesus mortuus est & re-
surrexit: ita & Deus eos qui
dormierũt per Iesum adducet
cum eo. 15 Hoc enim vobis di-
cimus in verbo Domini, quia 1 Cor. 15, 13. 51.
nos qui viuimus, qui residui D
sumus "in aduẽtu' Domini nõ "in aduentũ 6 MS. Amb. C.
preueniemus eos qui dormie-
runt. 16 Quoniam ipse Dñs in
iussu & in voce Archangeli &
in tuba Dei descendet de cęlo:
& mortui qui in Christo sunt,
resurgent primi. 17 Deinde nos
qui viuimus, qui relinquimur:
simul rapiemur cũ illis in nu-
bibus obuiam "Christo' in aë- "Domino 4 MS. G. S.
ra, & sic semper cum Domino "Domino Christo. Amb.
erimus. 18 Itaque consolamini
inuicem in verbis istis.

CAP. V.

A

DE 1 temporibus autẽ &
momentis fratres, non
indigetis vt scribamus vobis.
2 Ipsi

14 Si enim credimus.] *Gentibus nulla cõstabat historia hominis ad vitam reuocati: sed quædam tantùm à Poëtis decantata exempla fabulosa ratione, ad suam illam felicitatem de nominis immortalitate & gloria apud homines conseruanda referebantur. Nobis, inquit Paulus, viuum recens & veluti præsens exemplum præsto est, Christi Dei & hominis, qui seipsum hominem mortuum, pro nobisq; ad mortem vltrò oblatum, in vitam reduxit, eademq; virtute nos reducere etiam potest & reducet: eadem enim cum illo, quatenus homo est, natura constantes, atque ideò resurrectionis rationi minimè pugnantes, eadem sua virtute ad vitam restituet.*

15 Nos qui viuimus.] *Vita per Christum nobis communicata. Idem sese explicans addit, Qui residui sumus in aduẽtu Christi. distinguit ab iis qui ante aduentum Christi dormierunt.*

16 Descendet de cælo.] *Descensu illo sæpius commemorato, quo viuos & mortuos iudicaturus descendet.* Qui in Christo sunt.] *Qui in fide atque spe mortui, Christi gregi adscripti permanserunt; de quibus dictum est: Venit hora quando ij qui in monumentis sunt, audient vocem Filij hominis, &c.*

17 Qui relinquimur.] *Qui illis successimus, relictiq; sumus ad testandam virtutem illius qui vocauit nos de tenebris in admirabile lumen suũ.* Simul rapiemur cũ illis: *namq; resurrectio in momento in ictu oculi, in voce tubæ omnibus futura est communis, ita tamen vt ordine primi sint qui nos præcesserunt, atque hoc pacto nihil, vel in illis, vel in nobis desiderabitur; quandoquidem omnes potiemur Christo, omnesq; simul erimus, inuicemq; fruemur.*

IN CAP. V. De temporibus.] *Nonnulla ab hominibus inquiri solent vtilitatis causa, quæ quòd potiori fundamento nituntur, explicatione digna censentur esse: cuius generis fuit De dormientium resurrectione, cuius tractationis vsum ad animorum consolationem Paulus reuocabat: quædam verò curiosa magis & ad contentionem & ingenij ostentationem, atq; nonnunquam ad auaritiæ siue ambitionis occasionem, ad gloriam captandam magis quàm ad commune commodum referuntur: huius formæ sunt quæ de momentis, temporibus, gradibus, mensuris, & opportunitatibus actionum atque rerum diuinarum studio ingenioq; humano inducuntur; quæ si vulgò cognoscerentur, tantum abest vt ad pietatem promouendam facerent, vt contrà nonnullis securitatem, aliis pœnitentia in longum protractionem & aliis fortaße desperatio-*
nem

nem pararent: quamobrem omnia hæc in sua potestate Pater ita posuit, vt hominibus penetrare studere, nefas esse pronuntiarit. Præcipua verò huius inquisitionis capita duo erant: alterum de aduentu spirituali Christi in homines, quod alio nomine Regnum Dei vocatur. id cum obseruatione non venire, neque ad certam & præfinitam hominibusq́; notandam rationem reduci posse Christus ipse declarauit: alterũ verò de publici omnium hominum iudicij die, siue de aduentu Christi iudicis, ad quem tanquam auctarium referebatur tempus vltionis & animaduersionis in Iudæos, maximè verò in Hierosolymitanos afferendæ. Nihil horũ curiosè inquiri, vel otiosè disputari Paulus permittit: sed vult pios omnes fide fultos pœnitentiæ ac virtutis meditationi atq; studiis & exercitationi perpetuò vacare, quòd hæc ratio vnica vtilis & opportuna sit ad omnem aduentum atque adeò euentum omnem prudenter ac seriò expectandum.

5 Filij lucis.] *Euangelij discipuli, quod vigilare & orare præcipit, expectantes beatam spem & aduentum Filij Dei.*

8 Spem salutis.] *Vt per fidem credentes voluntatem Dei esse sanctificationem salutemq́; suam, suis impertiri hoc ipsum semper sperantes, perpetuò agant & curent, & summo studio optent, cupiant & satagant, obtinereq́; ab eo contendant, qui propter eam ipsam hominibus afferendam & communicandam, & de cælo descendit, & formam serui accepit & mortem obiit crudelissimam, atque ita actiones omnes nostras, otia & negotia omnia ab hac cogitatione nunquam vacare oportuerit.*

1 Pet. 3,10. Apoc. 3,3. 16,15. 2 Ipsi enim diligẽter scitis quia
dies Dñi, sicut fur in nocte, ita
veniet. 3 cùm enim dixerint,
pax & securitas: tunc repenti-
nus eis superueniet interitus,
*parturienti 1 MS. sicut dolor *in vtero *habenti,
*habentis MS q. & non effugient. 4 Vos autem
fratres, non estis in tenebris: vt
vos dies illa tãquam fur com-
prehendat. 5 omnes enim vos,
filij lucis estis, & filij diei: non
sumus noctis neq. tenebrarũ.
6 Igitur non dormiamus sicut
& cæteri: sed vigilemus & so-
B brij simus. 7 Qui enim dor-
miunt, nocte dormiunt: & qui
ebrij sunt, nocte ebrij sunt.
8 Nos autẽ qui diei sumus, so-
Esaie 59,17. Ephes. 6,17. brij sumus, induti loricam fi-
dei & charitatis, & galeã spem salutis: 9 quoniam non posuit
nos Deus in irã, sed in acquisitionem salutis per Dominũ no-
strum Iesum Christũ, 10 qui mortuus est pro nobis: vt siue vi-
gilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. 11 Propter
quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut &
C facitis. 12 Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui la-
borant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monẽt vos:
13 vt habeatis illos abũdantiùs
in charitate propter opus illo-
rum. pacem habete cum eis
14 Roga-

13 Pacem habete cum eis.] *Bene agatur cum illis apud vos: nam pacis nomen hoc loco ad* SALOM *refertur, quo vocabulo honorem, decus, curam, studiũ, atq; officium omne opportunum*

num significari obseruauimus; vt, An sit pax fratribus tuis, & an omnibus pax quoq; sit. quod verò additur, Cum eis, notatione habet pacis nõ vulgaris, sed qualem decet esse aduersus parentes, magistros & præpositos. Cum eis, dignam eis. explicatur hoc paulo antè, Vt habeatis illos abundantius in charitate.

19 Spiritum nolite.] *Varia Spiritus dona, quæ in Ecclesia sunt ad Ecclesiæ vtilitatem diuinitus concessa, vel desidia, otio, & negligentia eorum quibus insunt, vel contemptione cæterorum quorum causa donata sunt, efficientiam suam subducere possunt. vtrumque vitandum cauet Apostolus, iubetq; contra, vt qui ministrationes huiusmodi sortitus est, officium suum fideliter ac sedulò præstet; cæteri verò dona hæc venerentur, atque sibi in suum commodum & data gratulentur, & augenda procurent.*

20 Prophetias.] *Variis modis prophetia obitur. sunt spiritus boni, sunt & mali. sunt prophetæ. sunt & pseudoprophetæ. accidit autem aliquando vt vel spiritus mali cuiuspiam deprehensa malitia, vel pseudopropheta redarguto, spiritus atque prophetiæ exempla cætera omnia eodem carbone ab hominibus notentur. à quo vulgari & inuido atque maligno iudicio prudentes viros alienos esse debere, ait Paulus: consultißimum autem esse illud subiungit; vt, quemadmodum Ioannes agendum docet, examinentur spiritus an ex Deo sint; qui non fuerint, repudientur; qui fuerint, admittantur, & summa gratitudine excipiantur. idemq; de prophetiis est sentiendum: nam variæ ac propriæ vtriusque generis notæ sunt à Spiritu sancto indicatæ, ne vulgari leuitate ac temeritate facilè omnia probentur vel improbentur. Vtinam his animum attendant ij quorum attendere interest.*

23 Deus pacis.] SALOM *perfectionem & pacem significat. non qualem mundus dat precatur his Apostolus, verùm quam solus dat Deus per Vnctum suum, Spiritus sancti efficientia & virtute, humanum illud extinguens bellum, quo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; atque diuisionem, dißidium & pugnantiam illam singulari dono ac beneficio componens, ita vt ima summis concordent. Atque integer spiritus &*

anima

14 Rogamus autem vos fratres,
corripite inquietos, consola-
mini pusillanimes, suscipite
infirmos, patientes estote ad
omnes. 15 Videte ne quis malũ *Prou. 17,13. 20,22.*
pro malo alicui reddat: sed *Rom. 12,17. 1 Petri 3,9.*
semper quod bonũ est secta- D
mini inuicem, & in omnes.
16 Semper gaudete. 17 Sine in- *Eccles. 18,22. Luc. 18,1.*
termissione orate. 18 In omni- *Coloss. 4,2.*
bus gratias agite. hæc est enim
voluntas Dei in Christo Iesu
in omnibus vobis. 19 Spiritum
nolite extinguere. 20 Prophe-
tias nolite spernere. 21 Omnia
autem probate: quod bonum
est tenete. 22 Ab omni specie
mala abstinete vos. 23 Ipse au-
tem Deus pacis sanctificet vos
per omnia: vt integer spiritus
vester, & anima & corpus sine
querela, in aduentu Domini
nostri Iesu Christi seruetur.
24 Fidelis est qui vocauit vos, *1 Cor. 1,9.*
qui etiam faciet. 25 Fratres ora-
te pro nobis. 26 Salutate fra-
tres omnes in osculo sancto.
27 Adiuro

27 Adiuro vos per Dominum vt legatur Epistola "hæc" omnibus sanctis fratribus. 28 Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.

anima & corpus in aduentu Domini nostri Salutaris Vncti seruetur. Qui legit intelligat, postuletq; à Deo & dabitur ei. Fidelis enim est qui vocauit nos. Quid inter spiritum & animam intersit, aliàs non semel adnotabamus.

-4 ms.

AMEN.

In Cœnobio D. Laurentij regio: anno CIↃ. IↃ. LXXXV.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam II. D. Pauli ad Thessalonicenses ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

SANCTORVM primùm atque cæterorum fidelium constantiam laudat, qui nec iniuriis nec incommodis propter Euangelij veritatem acceptis fracti vnquam cesserint, nec à falsis fratribus seduci se passi fuerint. admonet autem, ne diduci se sinant ab iis qui pietatis ac sapientiæ specie curiosas inferunt disputationes & tractationes, studentque diuinæ virtutis efficientiam ad certas temporum, locorum, aliarumque opportunitatum obseruationes redigere: quod omnino sanæ aduersatur diuinæ virtutis ac liberalitatis doctrinæ. Deinde huiusmodi artes ex humana sapientia profectas, propriam siue priuatam profitentium ambitionem vel cupiditatẽ arguere ait: à quibus & veros ministros & eos qui veritatẽ vel didicerint vel discere cupiãt, procul abesse debere docet. Ad hæc omnia rectè cõparanda diuini auxilij, præsidij & beneficij copiã suo (vti semper) more poscit, illisq. precatur.

CAP. I.

A PAVLVS 1 & Siluanus & Timótheus: Ecclesiæ Thessalonicensiũ in Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. 2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro &
B Domino Iesu Christo. 3 Gratias agere debemus semper Deo

IN CAP. I.

1 In Deo Patre nostro] *congregata. refertur adnotatio ad nomen Ecclesia.*

2 Gratia.] *Salutatio ex authoritate Patris ac Filij, cuius Ecclesia estis, & ex voluntate nostra atque voto in vestram salutem.*

4 Patien-

4 Patientia,] *conſtanti ı, & fidelitate, quæ ex fide in Euangelium proficiſcuntur.*

5 Iuſti iudicij Dei.] *Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua, iis qui per patientiam boni operis, &c.* ita vt digni habeamini.

6 Si tamen.] *Conditio ſine dubitatione alterius partis, affirmationem aſſeuerationemq́; cōtinet; vt, Si veritatem dico vobis.*

7 In reuelatione] *qua iudicem ſe exhibebit.*

8 Iis qui non nouerunt.] *Duo hominum genera: alterum Gentium qui non nouerunt Deum, etiamſi non caruerint indice ac doctore: alterum Iudæorum, qui quãquam Deum ex lege nouerint, tamen Euangelium, lege antè ac Prophetis prædictum, imò & commendatum excipere nolant.*

10 Glorificari in ſanctis.] *Qui gloriam ac ſanctitatis perfectionem quam ipſi poſſident, illius virtuti acceptam referētes, arguent mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio, & Ieſu Chriſti veritatē teſtimoniis exemplisq́; ſuis maniſeſtiſſimis demonſtrabunt, ita vt illud publicè ac palàm eueniat, quod & lex procurandum commendauerat, & Chriſtus ipſe poſtulandum docuerat,* Sanctificetur nomē tuū. *Atque hæc pars erit ſanctorum & credentium, cuius etiam gaudium ad nos pertinebit, cùm, quæ de vobis nos in aliis Eccleſiis teſtamur, illo die coram Angelis & Sanctis omnibus comprobabitur, admiſſis videlicet ac numeratis vobis in ſortem hæreditatemq́; ſanctorum.*

11 In quo etiam oramus.] *Id quod in ſanctis veſtris exemplum diuina Chriſti efficientia editum eſt, & vlterius promoueri & in omnes vos propagari cupientes poſcimus, vt frequentiori etiam ex vobis teſtimonio Chriſtus in illa die ſanctificetur admirabilisq́; fiat.*

Opus fidei.] *Fides Dei quæ reuelanda erat ſecundum potentiam virtutis eius.*

I n

pro vobis fratres, ita vt dignū
eſt, quoniam ſupercreſcit fides
veſtra, & abundat charitas v-
niuſcuiuſq. *veſtrū in inuicē. *omnium ; MS. R. Amb. C. S.
[4] ita vt & noſipſi in vobis glo-
riemur in Eccleſiis Dei, pro pa-
tientia veſtra, & fide in omni-
bus perſecutionibus veſtris &
tribulationibus, quas ſuſtine-
tis [5] in exemplum iuſti iudicij
Dei, vt digni habeamini * re- *in o.
gno Dei, pro quo & patimini.
[6] ſi tamē iuſtum eſt apud Deū
retribuere "tribulationem', iis "retributionem o.
qui vos tribulant: [7] & vobis
qui tribulamini requiem no- C
biſcum in reuelatione Domi-
ni Ieſu de cælo cū Angelis vir-
tutis eius, [8] in flāma ignis dan-
tis vindictam iis qui non no-
uerunt Deū, & qui nō obediūt
Euangelio Domini noſtri Ieſu
Chriſti. [9] qui pœnas dabunt in
interitu æternas à facie Dn̄i &
à gloria virtutis eius; [10] cū ve-
nerit glorificari in ſanctis ſuis,
& admirabilis fieri in omni- D
bus qui crediderunt, quia cre-
ditū eſt teſtimoniū noſtrum
ſuper vos in die illo. [11] In quo
etiam oramus ſemper pro vobis: vt dignetur vos vocatione
ſua Deus noſter, & impleat omnē volūtatē bonitatis* & opus *ſuæ MS ℞.
fidei

fidei in virtute, [12] vt clarificetur nomen Domini nostri Ie-
su Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei
nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

A ROgamus [1] autē vos fra-
tres per aduentum Dñi
nostri Iesu Christi, & nostræ
congregationis in ipsum: [2] vt
non citò moueamini à vestro
sensu, neque terreamini, neq.
per spiritū, neq. per sermonē,
neque per epistolam tanquam
*1 Ms.c.8. per nos *missam*, quasi instet
Ephes.5,6. dies Dñi. [3] Ne quis vos seducat
vllo modo. quoniā nisi vene-
rit discessio primùm, & reuela-
tus fuerit homo peccati, filius
perditionis, [4] qui aduersatur &
extollitur supra omne quod
dicitur Deus, aut quod colitur
ita vt in templo Dei sedeat,
*quia 1 Ms.c. ostendens se *tanquā* sit Deus.
[5] Num retinetis quòd cùm ad-
huc essem apud vos, hæc dice-
B bam vobis? [6] Et nūc quid deti-
neat scitis: vt reueletur in suo
tēpore. [7] (Nam mysteriū iam
operatur iniquitatis: tantum
vt qui tenet nunc, teneat, do-
nec de medio fiat.) [8] Et tūc re-
Esaie 11,4. uelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spi-
ritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum,

IN CAP. II.

2 Neque per spiritum] *aliquem ex illis, quos probare siue examinare Apostoli monent.* Per sermonem] *ex humana scientia vel eloquentia aut ratiocinatione profectum, διὰ λόγον, qui facilè conuinci possunt, & tamen mendaces deprehensi, huiusmodi sermones vel inficiatione vel interpretatione eludunt.* Epistolam.] *Hæc maius pōdus momentumq́, apud vulgus habet, vtpote cuius verba constent, nec mutari aut euolare possunt, & cum grauis authoris nomine circumfertur, opinionem facit & facilius persuadet, atque in metum vel terrorem vel spem vel curam impellit.*

3 Discessio] *doctrinarum, serpentinæ calliditatis ac proprietatis, & veritatis atque simplicitatis luciśq, verbi Dei.* Homo peccati] *Homo peccator, qui intra nos in exiguo ac breui hoc mundo est, ac diuinæ aduersatur parti in hominibus.*

4 In templo Dei,] *in homine ipso, qui templum Dei est, iuxta illud, Cælum est sedes mea, & terra scabellum pedū meorū. & illud, Templum sanctum Domini, quod estis vos. Omnia hæc qui legit intelligat, & postulet à Deo.*

6 In suo tempore.] *Cùm Deus, quæ modò certis veritatis suæ testibus singulari dono communicat, publicis & frequentibus exemplis confectum demonstrabit.*

8 Spiritu oris sui.] *Euangelij verbi efficientia, & sancti Spiritus virtute, contraria omnino carnali virtuti illius hominis peccati.*

9 Secun-

pro vobis fratres, ita vt dignũ
est, quoniam supercrescit fides
vestra, & abundat charitas v-
niuscuiusq. *vestrũ in inuicẽ. *omnium s MS. & Amb. c. s.
4 ita vt & nosipsi in vobis glo-
riemur in Ecclesiis Dei, pro pa-
tientia vestra, & fide in omni-
bus persecutionibus vestris &
tribulationibus, quas sustine-
tis 5 in exemplum iusti iudicij
Dei, vt digni habeamini * re- *in o.
gno Dei, pro quo & patimini.
6 si tamẽ iustum est apud Deũ
retribuere *tribulationem', iis *retributionem o.
qui vos tribulant: 7 & vobis
qui tribulamini requiem no- C
biscum in reuelatione Domi-
ni Iesu de cælo cũ Angelis vir-
tutis eius, 8 in flãma ignis dan-
tis vindictam iis qui non no-
uerunt Deũ, & qui nõ obediũt
Euangelio Domini nostri Iesu
Christi. 9 qui pœnas dabunt in
interitu æternas à facie Dñi &
à gloria virtutis eius; 10 cũ ve-
nerit glorificari in sanctis suis,
& admirabilis fieri in omni- D
bus qui crediderunt, quia cre-
ditũ est testimoniũ nostrum
super vos in die illo. 11 In quo
etiam oramus semper pro vobis: vt dignetur vos vocatione
sua Deus noster, & impleat omnẽ volũtatẽ bonitatis * & opus *suæ MS q.
fidei

4 Patientia,] *constantia, & fidelitate, quæ ex fide in Euangelium proficiscuntur.*
5 Iusti iudicij Dei.] *Qui reddet vnicuique secundum opera sua, iis qui per patientiam boni operis, &c.* ita vt digni habeamini.
6 Si tamen.] *Conditio sine dubitatione alterius partis, affirmationem asseuerationemq; cõtinet; vt, Si veritatem dico vobis.*
7 In reuelatione] *qua iudicem se exhibebit.*
8 Iis qui non nouerunt.] *Duo hominum genera: alterum Gentium qui non nouerunt Deum, etiamsi non caruerint indice ac doctore: alterum Iudæorum, qui quãquam Deum ex lege nouerint, tamen Euangelium, lege antè ac Prophetis prædictum, imò & commendatum excipere nolunt.*
10 Glorificari in sanctis.] *Qui gloriam ac sanctitatis perfectionem quam ipsi possident, illius virtuti acceptam referẽtes, arguent mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, & Iesu Christi veritatẽ testimoniis exemplisq; suis manifestissimis demonstrabunt, ita vt illud publicè ac palàm eueniat, quod & lex procurandum commendauerat, & Christus ipse postulandum docuerat,* Sanctificetur nomẽ tuũ. *Atque hac pars erit sanctorum & credentium, cuius etiam gaudium ad nos pertinebit, cùm, quæ de vobis nos in aliis Ecclesiis testamur, illo die coram Angelis & Sanctis omnibus comprobabitur, admissu videlicet ac numeratis vobis in sortem hæreditatemq; sanctorum.*
11 In quo etiam oramus.] *Id quod in sanctis vestris exemplum diuina Christi efficientia editum est, & vlterius promoueri & in omnes vos propagari cupientes poscimus, vt frequentiori etiam ex vobis testimonio Christus in illa die sanctificetur admirabilisq; fiat.*
Opus fidei.] *Fides Dei quæ reuelanda erat secundum potentiam virtutis eius.*

I N

fidei in virtute, [11] vt clarificetur nomen Domini nostri Ie-
su Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei
nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

A ROgamus [1] autẽ vos fra-
tres per aduentum Dñi
nostri Iesu Christi, & nostræ
congregationis in ipsum: [2] vt
non citò moueamini à vestro
sensu, neque terreamini, neq.
per spiritũ, neq. per sermonẽ,
neque per epistolam tanquam
-1 MS. G. S. per nos -missam', quasi instet
Ephes. 5,6. dies Dñi. [3] Ne quis vos seducat
vllo modo. quoniã nisi vene-
rit discessio primùm, & reuela-
tus fuerit homo peccati, filius
perditionis, [4] qui aduersatur &
extollitur supra omne quod
dicitur Deus, aut quod colitur
ita vt in templo Dei sedeat,
quia 1 MS. G. ostendens se "tanquã' sit Deus.
[5] Num retinetis quòd cùm ad-
huc essem apud vos, hæc dice-
B bam vobis? [6] Et nũc quid deti-
neat scitis: vt reueletur in suo
tẽpore. [7] (Nam mysteriũ iam
operatur iniquitatis: tantum
vt qui tenet nunc, teneat, do-
nec de medio fiat.) [8] Et tũc re-
Esai. 11,4. uelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spi-
ritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum,

IN CAP. II.

2 Neque per spiritum] *aliquem ex illis, quos probare siue examinare Apostoli monent.* Per sermonem] *ex humana scientia vel eloquentia aut ratiocinatione profectum,* διὰ λόγον, *qui facilè conuinci possunt, & tamen mendaces deprehensi, huiusmodi sermones vel inficiatione vel interpretatione eludunt.* Epistolam.] *Hæc maius põdus momentumq́; apud vulgus habet, vtpote cuius verba constent, nec mutari aut euolare possunt, & cum grauis authoris nomine circumfertur, opinionem facit & facilius persuadet, atque in metum vel terrorem vel spem vel curam impellit.*

3 Discessio] *doctrinarum, serpentinæ calliditatis ac proprietatis, & veritatis atque simplicitatis lucisq́; verbi Dei.* Homo peccati] *Homo peccator, qui intra nos in exiguo ac breui hoc mundo est, ac diuinæ aduersatur parti in hominibus.*

4 In templo Dei,] *in homine ipso, qui templum Dei est, iuxta illud, Cælum est sedes mea, & terra scabellum pedũ meorũ. & illud, Templum sanctum Domini, quod estis vos. Omnia hæc qui legit intelligat, & postulet à Deo.*

6 In suo tempore.] *Cùm Deus, quæ modò certis veritatis suæ testibus singulari dono communicat, publicis & frequentibus exemplis confectum demonstrabit.*

8 Spiritu oris sui.] *Euangelij verbi efficientia, & sancti Spiritus virtute, contraria omnino carnali virtuti illius hominis peccati.*

9 Secun-

9 Secundum operationem Satanæ:] *Qui mendax est & mendacij pater, maximusque doli confictor, adeò vt se in lucis Angelum transformet.*

In omni virtute.] *Efficacitate contentiosa ac potentia mundana, & quæ secundum carnem non secundum Deum est; adeò vt signa prodigiaq; ostentet, quibus oculos sensusq; præstringat eorum qui sanam Euangelij doctrinam non tenuerint. tantum proprietas, industria, & sapientia humana dementare nocereq; valet, nisi fidei armis propulsetur.*

10 Eo quòd charitatem.] *Causa cæcitatis tam Iudæorum quàm cæterorum qui in hanc fraudem sibi ipsis adornatam impulsi fuerint, est, in illis repudiatio, in his contemptio simplicitatis Euangelij.*

12 Iudicentur.] *Meritò damnentur hoc iudicio, quoniam lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, idque mala opera fouendi atque vrgendi studio.*

13 Primitias.] *Inter primos, qui veræ salutis & compotes & testes constituti sunt: ita vt verum à falso, sanctitudinem ab immunditia, simplicitatem ab industria, Christi gloriam ab Antichristi circulatoris incantationibus, Mosis miracula à Magorum præstigiis & susurris dignoscere possitis.*

14 In acquisitionem.] *Vt inter eos numeremini per quos Dei nomen sanctificatur, & Salutaris illius Vncti virtus atque gloria viuo testimonio confirmatur.*

17 In omni opere.] *Vt ea agatis, quæ verè pia, sancta, Deóque grata sunt; & ea loquamini ac doceatis, quæ sanæ vtilisque sunt doctrinæ.*

IN

9 cuius est aduentus secũdum
operationem Satanæ, in omni
virtute, & signis & prodigiis
mendacibus, 10 & in om- C
ni seductione iniquitatis iis
qui pereunt, eo quòd charitatem
veritatis non receperunt
vt salui fierent. 11 Ideò mittet
illis Deus operationem erroris,
vt credant mendacio: 12 vt
iudicentur omnes qui nõ crediderunt
veritati, sed consenserunt
iniquitati. 13 Nos autem
debemus gratias agere
Deo semper pro vobis fratres
dilecti à Deo, quòd elegerit
"vos' Deus primitias in salu- "nos MS. Q. n.
tem, in sanctificatione Spiritus
& fide veritatis: 14 "in quã' "ad quod 20 MS. G. S.
& vocauit vos per Euãgelium D
nostrum, in acquisitioné gloriæ
Domini nostri Iesu Christi.
15 Itaque fratres state: &
tenete traditiones quas didicistis,
siue per sermonem, siue
per epistolam nostram. 16 Ipse
autem Dominus noster Iesus
Christus, & Deus & Pater noster
qui dilexit nos, & dedit
consolationem æternam, &
spem bonam in gratia. 17 Exhortetur corda vestra, & confirmet
in omni opere & sermone bonó.

CAP.

CAP. III.

Ephes.6, 18. Coloss.4, 3.

A DE[1] cætero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: [2]& vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omnium est fides. [3]Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos & custodiet à malo. [4]Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ *præcipimus, & facitis, & facietis. [5]Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. [6]Denuntiamus autem vobis fratres in nomi-

*præcepimus Ms. Amb. 1.

B ne Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. [7]Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: [8]neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. [9]Non

Act.20,34. 1 Cor.4,12. 1 Th.2,9.

C quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. [10]Nam & cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet. [11]*Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. [12]Iis autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operan-

*Audimus 1 Ms. G.

IN CAP. III.

1 Vt sermo Dei currat.] *Tametsi nos vincti simus, tametsi ignominiose & ignobiliter nobiscum agatur; iurrat tamen ea ipsa occasione quoque, & pateſiat clarificeturque.*

2 Importunis.] *Qui aperte & data opera Euangelium oppugnant.*

Malis.] *Qui in vestibus ouium veniunt, & doctrinam sese accipere ac profiteri velle simulant, intrinsecus verò rapaces lupi sunt. illorum insania, aperta cùm sit, nocet quidem si potest, tamen minus quàm istorum metuenda, qui vel falsam doctrinam fouent, & veram simulant.*

5 In charitate Dei.] *Quem ita ametis, vt vestri amantem nostis, adeo vt proprio filio suo pro vobis ac pro nobis omnibus tradendo non pepercerit. atque ita & Christi patientiam imitemini, cuius exempla & nostris sermonibus ac traditionibus, & sanctorum, qui inter vos sunt, documentis, exemplis, ac testimoniis agnouistis.*

6 Inordinatè.] *Suas res agente, non Christi nec vestras simpliciter & ex animo; sed pietatem ad questum vel gloriam, denique ad priuatum commodum transferente.*

13 Nolite deficere.] *Iis quos verè beneficio vestro indigere existimabitis, libenter, studiosè, alacriterq́; prospicite. quod si quis nō indigens, tamen indigere se simulans, beneficium à vobis petat, non subtrahatis, namque id non vobis sed illi fraudi fuerit; sic enim tradebat Praeceptor, Omni petenti abs te, dato; & volenti mutuare abs te, noli subducere.*

16 Pacem sempiternam,] *quam mundus nec dare potest, nec accipere.*

tes, suum panem manducent.
13 Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. 14 Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur: 15 & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. 16 Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. 17 Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. ita scribo. 18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.

Gal. 6. 9.

D

AMEN.

In Cœnobio regio D. Laurentij: anno CIƆ. IƆ. LXXXV.

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam I. D. Pauli ad Timotheum ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

MONETVR ab Apostolo Timotheus, vt sanæ ac verissimæ Euangelij doctrinæ (quam is probè tenere idoneis coram testibus professus fuerat) memor semper, lectionem, curam, disciplinam, studium, omnemque operam atque priuatam publicamque actionem in illud vnum intendat, vt ne quid vel humanæ sapientiæ, vel gratiæ, vel inuidiæ, vel denique fraudis illi doctrinæ vel adiungi vel obiici atque aduersari patiatur; sed omnia diligenter caueat & curet, quæ ad illius doctrinæ expeditionem & publicam toti orbi publicationem opportuna esse intelligit, tam idoneis Ecclesiæ ministris constituendis, & cæteris hominum ordinibus instruendis & componendis, quàm iis vel rebus vel personis quæ vel aduersari possunt, vel nihil attinent, vitandis, compescendis, & à sanctitudine Ecclesiæ, velut ea quæ prophana dicuntur, arcendis.

CAP. I.

A PAVLVS[1] Apostolus Iesu Christi secundũ imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ:
Act. 16, 1. [2]Timótheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, ⁻& pax, à Deo Patre, & Christo Iesu Dño nostró. [3]Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdã ne aliter docerent, [4]neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis:

⁻4 ms. Amb. &.

IN CAP. I.

1 Secundum imperium.] *Missus cum authoritate eius, qui mihi suo nomine imperandi potestatem tradidit. vocabula sunt ex medio iure publico petita.*

2 Filio.] *Ad nomen* BEN *alludit, quod filium ædificatũ & ædificantem significat. quem ego, inquit, in fide ædificatum produxi, alios etiam ædificaturum in fide religionis ac pietatis in Deum & officij etiam integritatis.*

4 Fabulis.] *Cuiusmodi sunt quæ nomine & inscriptione* DARASSOTH *circũferebantur multæ, magno, vti videbantur, ingenio conceptæ, & longo atque obscuro dicendi genere compositæ, quarum exempla aliquot aliàs, Deo nobis propitio, ostendemus.*

Genealogiis,] *quæ de Prophetis, legis doctoribus & magistris, de seculis ac temporibus, de docendi authoritate, de sapientibus ac sapientum discipulis, deq; huiusmodi rebus aliis circumferebãtur. hic laudabat suum magistrum, ille suum; quidam hanc explicationẽ aliis, alius huic alias præferebat. atq; ita à vera sacrorum præceptorum methodo in varias deducti ambages, id quod lex iubet, quodq; intendit, minus intelligebant, minimumq; præstabant. incidenter autem*

autem legis summam rationem perstringens indicat; primùm moralis, deinde iudicialis etiã, quam Christianorum doctrina abrogatã Euangelij aduersarij calumniabantur.

Quæstiones.] *Ex quibus ingeniorum atque opinionum cõtentiones: ex his verò animorum dissensio, ex qua simultates ac dissidia demum, odia & calumniæ atq; insidiæ, iniuriæ, iurgia, fraudes, infamiæ, & quicunque huius farinæ sunt, & proprij humanæq; industriæ fructus, oppositi omnino & repugnantes præcepti fini.*

9 Lex iusto non est posita.] *Iudicialis dicta legis diuinæ pars hic citatur: quam Christi doctrina non abrogabat, sed dicebat bonam esse & sanctam ad compescenda scelera: à quibus tamen sceleribus cùm Euangelij virtus hominum animos longè auocaret, suis veris & officiosis discipulis ac sectatoribus otiosam indicabat: nam qui nihil nocet, nulli iudicialis legis pœnæ obnoxius euadit.*

11 Quæ est secundum Euangelium.] *Ita Euangelium non damnat iudiciorũ legem, sed ea quæ lege vindicantur, non ex metu legis, sed ex animo, consilio atque virtute fugienda, ea rursus quæ illa laudantur lege, sponte præstanda esse docet: ad eamq; rem Euangelium animum incitat, agit, auget, cõformat & confirmat per Spiritum sanctum Christi. Quod scripta lex præstare non potuit, vtpote exterius vel in tabulis lapideis aut ligneis, aut etiam in mẽbranis mortuis inscripta, non in tabulis cordis carneis, quemadmodum Iesu Christi virtus inscribere potest, & inscribit ex fide & obedientia Euangelio adhibita: cuius Euangelij ministerium mihi vt Apostolo suo, hoc est, legitimè à se misso Deus credidit.*

13 In incredulitate.] *Dum ego non crederem tantam virtutẽ & efficacitatẽ Euangelio Iesu Christi esse, ex ignorantia, quæ incredulitatis in rebus diuinis comes est (S. S. E. Nisi credideritis non intelligetis) ex illa, inquam, ignorantia quidnam facerem nesciebam, & tamen vrgebam magno studio id quod faciebam: consilium autem semper erat mihi placendi Deo, nihil*

minatis: quæ quæstiones præ-
stãt magis quàm ædificationẽ
Dei quę est in fide. [5] Finis autẽ
præcepti est charitas de corde
puro, & cõscientia bona, & fi- B
de non ficta. [6] A quibus quidã
aberrantes, cõuersi sunt in va-
niloquium, [7] volẽtes esse legis
doctores, nõ intelligẽtes neq.
quæ loquũtur, neq. de quibus
affirmant. [8] Scimus autẽ quia Rom. 7. 12.
bona est lex, si quis ea legitimè
vtatur: [9] *sciẽs hoc quia lex iu- *sciences o.
sto nõ est posita, sed iniustis, &
non subditis, impiis & pecca-
toribus, sceleratis & contami-
natis, patricidis & matricidis,
homicidis, [10] fornicariis, ma-
sculorũ cõcubitoribus, plagia-
riis, mẽdacibus, periuris, & si
quid aliud sanæ doctrinæ ad-
uersatur, [11] quæ est secundum C
Euangelium glorię beati Dei,
quod creditũ est mihi. [12] Gra-
tias ago ei qui me cõfortauit* *in o.
Christo Iesu Dño nostro quia
fidelẽ me existimauit, ponens
in ministerio. [13] qui prius blas-
phemus fui & persecutor &
contumeliosus: sed misericor-
diã Dei consecutus sum, quia
ignorans feci in incredulitate.

[14] Super-

14 Superabundauit autem gra-
tia Domini nostri cum fide &
dilectione, quæ est in Christo
Iesu. 15 Fidelis sermo, & omni
Mat. 9, 11. Marc 2, 17. 1 MS. 8. acceptione dign⁹: quòd Chri-
stus Iesus venit in hunc mun-

nihil verò mihi singulariter arrogandi præter zelum illum, cuius Deus misertus vltro mihi reprehensionis & reuocationis gratiam obtulit, cui ego cùm non repugnarim, sed obsequentem me præstiterim, ad Euangelij cognitionem adductus sum cum fide & dilectione non vulgari, sed ea quæ est in Christo Iesu, qui operatur in me & velle & perficere pro bona voluntate.

dum peccatores saluos facere; quorũ primus ego sum. 16 Sed
D ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primò osten-
a deformationem o. deret Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem
eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. 17 Regi autem
seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in
secula seculorũ, Amen. 18 Hoc
præceptum commendo tibi
Timothee: secundum præce-
dentes in te prophetias vt mi-
lites in illis bonam militiam,
19 habens fidem & bonam cõ-
scientiam, quam quidam re-
pellentes, circa fidem naufra-
gauerunt. 20 ex quibus est Hy-
menæus & Alexander: quos
tradidi Satanæ, vt discant non
blasphemare.

CAP. II.

A OBsecro 1 igitur primum
omnium fieri obsecra-
tiones, orationes, postulatio-
nes, gratiarum actiones pro
omnibus hominibus, 2 pro re-
gibus & omnibus qui in sub-
limitate sunt: vt quietam &
tranquillam vitam agamus in
omni

18 Præcedentes in te prophetias.] *Quas in sacris libris conscriptas nosti, quasq́ue collato tibi diuinitus prophetiæ Spiritu, intellexisti, planeq́ue cognouisti conuenire cum doctrina Euangelij Filij Dei seruatoris peccatorum omnium qui illi credere obedireq́ue voluerint, quocunque ex genere, quocunque ex hominum ordine illi antea fuerint: namque omnes ab illo vnico seculorum rege creati, & in hanc mundi lucem editi sunt, & omnes ad regenerationem, quam ipse hominibus à seculo constituit & parauit, nunc demum vocantur; cui ob eam rem gratulatio publica multis debetur nominibus.*

Vt milites bonam militiam.] *Doctrina, explicatione & moribus id præstes atque defendas quod verum esse nosti, nihil vel tibi arrogans vel cuiquam tribuens vel cõcedens præter verum & æquum, nec à publico & catholico fine ad tuam vel aliorũ priuatam rem vel tantillum desciscens; nam ex proprietatis studio ad cæcitatem animus delabitur, tandemq́ue circa fidem naufragium facit.*

IN CAP. II.

1 Obsecro.] *Quæ hoc capite traditur, fabulis & genealogiis opposita doctrina est, & catholica, atque ad antiquorum vaticiniorum explicandam sententiam apprimè faciens.*

m 3 Hoc

3 Hoc enim.] *In traditionibus & genealogiis vulgare documentum erat, nulla re gratis esse iuuandum hominem vanorum deorũ cultorem, nisi vel necessitatis vel vtilitatis vel commodi eius qui iuuaret causa. Non monstrare viam eadem nisi sacra colenti, Quaesitum ad fontem solos deducere verpos. hac doctrina in dissertationibus de alieno cultu legitur, quam nec sanam nec piam, imò nec humanam esse Apostolus arguit argumentis grauissimis ex diuini propositi testimonio petitis.*

7 In fide] *mihi credita, & veritate ac simplicitate obeundi muneris.*

8 Sine ira & disceptatione.] *quae charitatis cursum praepediunt: est autem charitas precationum commodum vehiculum.*

9 Similiter mulieres.] *Hac rerum & officiorum partitione discernit Paulus quid ex veteris doctrina institutionibus sibi tãquam Dei Apostolo atque Gentium doctori probetur, quid non: quid sua spontè honestum, decorum, commendabileq; ostendatur, atque omnibus qui pietatem profitentur conueniat, quid contrà durum minusq; aequum sit, & ab humanitatis & modestiae atque à vera prudentia & ciuilitate Christiana alienum. Singulorum igitur ordinum partes commemorat.*

omni pietate & castitate. 3 hoc
enim bonum est & acceptum
coram saluatore nostro Deo,
4 qui omnes homines vult sal-
uos fieri, & ad agnitionem ve-
ritatis venire. 5 Vnus enim B
Deus, vnus & mediator Dei
& hominum homo Christus
Iesus: 6 qui dedit redẽptionem
semetipsum pro omnibus ˜cu- ˜14 MS.G. I.
ius testimonium temporibus
suis˜ cõfirmatum est'. 7 in quo ˜14 MS G. Q. n.
positus sum ego praedicator & 2.Tim.1.11.
Apostolus (veritatem dico, nõ
mentior) doctor Gentium in
fide & veritate. 8 Volo ergo vi- C
ros orare in omni loco: leuan-
tes puras manus, sine ira &
disceptatione. 9 Similiter & 1 Petri 3,3.
mulieres in habitu ornato: cũ
verecundia & sobrietate or-
nantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel
veste pretiosa, 10 sed quod decet mulieres promittentes pieta- D
tem per opera bona. 11 Mulier in silentio discat, cum omni
subiectione. 12 Docere autem mulieri non permitto, neque 1 Cor.14,34.
dominari in virum: sed esse in silentio. 13 Adam enim primus Genes.2,27.
formatus est: deinde Heua. 14 & Adam non est seductus: mu- Genes.3,6.
lier autem seducta, in praeuaricationem fuit. 15 Saluabitur
autem per filiorum generatio-
nem: si ˜permanserint' in fide ˜permanserit MS Q.
& dilectione & sanctificatio-
ne cum sobrietate.

14 Seducta est.] *Cùm disputationis munus aduersus serpentem vltrò suscepit, quod suarum non fuerat partium.*

15 Si permanserit.] *Domestica ac matronalis cura disciplinaeq; summa ratio.*

CAP. III.

A Fidelis [1] sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. [2] Oportet "ergo episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatũ, "pudicum, hospitalẽ, doctorem, [3] non vinolentũ, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidũ, [4] "suæ domui bene præpositũ, filios B habentem subditos cum omni castitate. [5] Si quis autem domui suæ præesse nescit: quomodo Ecclesiæ Dei diligentiã habebit?

Tit.1,7.
"enim O.
Tit.1,6.
"3 MS.Q.n.
"sed MS q.

IN CAP. III.

1 Si quis Episcopatum desiderat.] *An desiderandi licentiam largitur Paulus, an obseruãtiam, suiq; ipsius examinationem & modestiam suadet? cùm eas in Episcopo requirit partes, quæ in ambitionis mancipio nullo reperiri queunt. cur autem doctrinam hanc de ministrorum delectu ab illo exordio,* Fidelis sermo, *inchoauerit, hanc subesse arbitramur causam: Publicorum ministeriorum nomina primum ex munere officioq; imposita laborem, studium, curam & diligentiam significabant, ideoq; ex verbis facta sunt, quorum institutio ad actiones atque ad opus refertur, sic à consulendo consul, à regendo rex, à censendo censor, à ducendo dux, aliaq; quamplurima ex aliis deducta sunt verbis. Cùm verò postea ambitionis arte ac dolis humana gloria huiusmodi nomina ad suam rem traducta vsurpare cœpit, euenit, vt quæ anteà propter oneris ac muneris difficultatem horrebantur, ministeriorum nomina iam ad titulos atque imagines translata, magno studio, multoq; negotio, eoq; persæpè minus honesto, ambirentur & peterentur. cumq; natura rerũ illud postularet, quod apud pueros etiam immutatum seruauit,* Rex eris si rectè feceris, *tamen humana superbia eo processit audacia & impudentia, vt illud tanquam magni animi sermonem pronuntiaret, Quod si violandum est ius, violandum est imperij gratia. Atqui à ciuilibus ministeriis & muneribus hãc labem etiam in Ecclesiasticorum quorumdam mentes ac mores dimanasse, & antiqua & nostra etiam secula viderũt ac doluerunt. nonnullis huiusmodi munera, magis ob gloriæ quam dignitatem siue amplitudinem appellant, quàm curæ & operæ impendendæ causa admirantibus atque adeò cupientibus; ex quo effectum est, vt ministeria hæc non ex labore atque pondere, sed ex commodo & vtili atque ex subditorum numero æstimarentur. atq; ob eam rem nemo ex his ambitiosis esset qui ad splendidissimum potius, quàm ad breuissimum angustissimumq; munus non adiiceret animum: cùm tamen minimi & angustissimi cuiusq; regẽdi minimus esset labor. Ita igitur vt consulum, regum, cæterorumq; magistratuum nomina à primæua institutione ad nominis ac tituli splendorem translata fuerant, indeq; consulum familiæ consulares, & patrum patritiæ, & regum regiæ dictæ, sic etiam aduersarij publici calliditate euenit, vt* Episcopatus, Diaconatus, *& cætera sacra sanctaq; in Ecclesiam inducta nomina, magis ad fastũ iactandum, quàm ad munus & officium commendandum vsurparentur; atque ex vulgi opinione & consuetudine (qui stupet in titulis & imaginibus) magis quàm ex vero de his nominibus & verbis iudicium sumeretur. quam loquendi consuetudinem, vt vulgarem & ineptam, ad verã vsurpandorum nominum ac verborum rationem reuocatam emendare tendens Paulus, ita exorsus est.* Fidelis sermo. *λόγον rationem & institutionem & sermonem Latini interpretantur. fidele autem id dicitur, quod certa rectaq; constat fide, & nullo externo vel accepto vel illato vitio*

corruptum est; atque ita Nardum Pisticum Euangelij scriptores appellant. est itaque Apostoli mens docere Christianos eos qui à vulgi sensu longe lateq; remoti sunt, de sacris nominibus & verbis, non ex posteriore remq; ipsam consequente euentu, sed ex primaua institutionis ratione & causa, atque adeò ex ipsa actionis significatione existimare, sentire & pronũciare oportere. ita vt, sicut regem ex potentia dictum qui existimaret, ineptè loqueretur, cùm ex regendo dictum fuisse constet, ita nec certam nec statam nec fideliter ex Deo acceptam, & fideliter conseruatam sermonis rationem teneret, qui Episcopatum dignitatis præcipuè significationem habere existimans, vehementer desideraret obire. Rectus, inquit, ac fidelis sermo, sermonisq; ratio & etymos est, vt Episcopatus ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπεῖν ita appellatus, opus propriè ac primariè aptéque significet, & hoc magistratus is contineat & postulet, cui huiusmodi in Ecclesia nomen est inditum; continet, inquam, operis boni rationem, definitionem, & virtutem, quam qui obiturus sit, vt bene obeat atque vti par est præstare studeat, bonus ipse ac idoneæ virtutis exemplo spectatus sit oportet. igitur is qui ad Episcopatum gerendum institutus est, caueat ne id modò consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatem.

habebit? 6 Nõ neophytũ: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. 7 Oportet autẽ illum & testimonium habere bonũ ab iis qui foris sunt: vt nõ in opprobrium incidat & laqueum diaboli. 8 Diaconos similiter pudicos, non bilingues, nõ multo vino deditos, C non turpe lucrum sectantes: 9 habentes mysterium fidei in cõscientia pura. 10 Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullũ crimẽ habẽtes. 11 Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. 12 Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filiis suis bene pręsint, & suis domibus. 13 Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam D in

6 Neophytum.] *Ita Gracè dicebantur qui ex Gentium errore ad Euangelicam lucem recèns conuersi fuerãt huiusmodi autem nuperis fratribus certus probandæ fidei & vitæ modus erat constitutus, namque alias omnes qui ex Gentibus recepti essent, Neophyti dicerentur, exceptiq; censerentur ab Episcopatu, quod aliter habuisse exempla docent.*

9 Mysterium fidei.] *Quod illorum fidei commissum fuerit in conscientia pura, citra omnem fraudem.*

11 Mulieres.] *Illæ piis ministrationibus addictæ, quibus sanctorum hospitum & ægrotantium fratrum & sacrarum puellarum atque instituendarum virginum cura commissa erat, quarum mentio opportunè inter diaconos incidit. de his in cap. v.* Non detrahentes.] *Solent mulieres, quo diligentiores ipsæ magisq; officiosæ sunt, eo magis cæterarum quas impares sibi in opere esse existimant, vel negligentiam vel desidiam vel arrogantiam accusare, ex quo genere illud erat; Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic illi vt me adiuuet.*

13 Qui enim bene ministrauerit.] *Omnem ambitionis & promotionis (quam vocãt) cogitationem ab Ecclesiæ ministris alienissimam esse Apostolus vult, proposita spe promotionis arcanæ, omni humana æstimatione longè maioris.*

In

in fide quę eſt in Chriſto Ieſu.
14 Hæc tibi ſcribo *: ſperans
*fili Timó-thee ᴍs q.
me ad te venire citò. 15 ſi autē
tardauero: vt ſcias quomodo
oporteat te in domo Dei con-
uerſari, quæ eſt Eccleſia Dei
viui, columna & firmamentū
veritatis. 16 Et manifeſtè ma-
gnum eſt pietatis ſacramentū,
quod manifeſtatū eſt in car-
ne, iuſtificatum eſt in ſpiritu,
apparuit angelis, prædicatum
eſt Gentibus, creditum eſt in
mūdo, aſſumptum eſt in glo-
ria.

CAP. IIII.

A
SPiritus 1 autem manifeſtè
2 Tim. 3. 1. 2 Petr 3, 3. Iuda 18.
dicit quia in nouiſſimis
temporibus diſcedēt quidam
à fide, attendentes ſpiritibus
erroris & doctrinis dęmonio-
niorum, 2 in hypocriſi loquē-
tium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam cōſcien-
tiam, 3 prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos Deus
creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, &
B iis qui cognouerunt veritatem. 4 Quia omnis creatura Dei
bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione
percipitur. 5 ſanctificatur enim per verbū Dei & orationem.
6 Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu,
enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam aſſecutus es.
2 Tim. 2, 25. Tit. 3. 9. ‑ 13 ᴍs. Amb.
7 Ineptas autem & aniles fabu-
las deuita: exerce autem teip-
ſum ad pietatem. 8 Nam cor-
poralis

In fide quæ eſt in Chriſto Ieſu,] *qui probatis miniſtriū illud ſe demum dicturum pollicebatur; Quia in pauco fuiſti fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

16 Magnum eſt pietatis ſacramētum.] *De diuina arcanaq; Euangelij Chriſti virtute & efficientia ſermo eſt.*

In carne.] *Nam Verbum caro factum eſt.*

Iuſtificatum in ſpiritu.] *Verbo in hominibus habitante.*

Apparuit Angelis,] *quibus celatum fuerat myſterium hoc ab initio creaturæ, nunc verò tandem apertum fuit.*

Aſſumptum eſt in gloria,] *teſtibus videntibus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.*

IN CAP. IIII.

1 Spiritus] *propheticus ſanctus, quo Apoſtoli opportunè inſtruebantur.*

A fide] *verborum ac præceptorum Dei, quibus credere & obaudire debuiſſent.*

2 Cauteriatam.] *Similitudo ſumpta eſt à quibuſdam vanorum deorū tum famulis tum cultoribus, qui cuius profiterentur ſeruitium dei, certis in corpore notis oſtentabant, quorum expreſſa mentio in diuinæ legis cautionibus reperitur.*

7 Fabulas.] *Quales de geſtu, cultu, habitu, & exercitationibus magiſtrorum veterū circumferebantur, de abſtinentiis quorundam, de miraculis ciborum cauſa editis.*



poralis exercitatio, ad modi- C
cum vtilis eſt: pietas autem ad
omnia vtilis eſt: promiſſionē
habens vitæ quæ nunc eſt, &
futuræ. 9 Fidelis ſermo, & om-
ni acceptione dignus. 10 In hoc
enim laboramus & maledici-
mur, "quia ſperamus' in Deum *quòd ſperamus 1 MS. G.
viuū qui eſt ſaluator omnium
hominum, maximè fidelium.
11 Præcipe hæc & doce. 12 Ne-
mo adoleſcentiam tuam con-
temnat: ſed exemplum eſto fi-
delium in verbo, in conuerſa-
tione, in charitate, in fide, in ca-
ſtitate. 13 Dum venio, attende D
lectioni, exhortationi*, doctri- *& MS. Amb. 1.
næ. 14 Noli negligere gratiam quæ in te eſt: quæ data eſt tibi
per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.
15 Hæc meditare, in his eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit
omnibus. 16 Attende tibi &
doctrinæ: inſta in illis. Hoc
enim faciens, & teipſum ſaluū
facies, & eos qui te audiunt.

CAP. V.

1 SEniorem "ne increpaueris: A
ſed obſecra vt patrem: iu-
uenes, vt fratres: 2 anus, vt ma-
tres: iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate. 3 Viduas hono-
ra: quæ verè viduæ ſunt. 4 Si qua autem vidua filios aut nepo-
tes habet: "diſcat' primum domum ſuam regere, & mutuam *diſcant 2 MS. G. 1.
vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum eſt corā Deo.
5 Quæ

9 Fidelis ſermo.] *Vt & pietas certa ac propria ratione definiatur, & ea ſibi adſcripta agnoſcat, quæ ad ſe verè & propriè pertinent. Pietas autem in animo propriè conſidet, vnde & ſtudia & officia proficiſcuntur Deo grata & hominibus vtilia omnibus, atque adeò ipſi etiam à quo exercetur ad vtramque vitam conferens.*

10 Viuum.] *Qui vita ipſa eſt, ſuamq́; vitam omnibus communicare vult, ſine qua nemo ſaluus eſſe poteſt, quidquid agat aut ſibi promittat; communicat autem efficienter fidelibus, credentibus & obedientibus ſibi.*
Fidelium] *eorum qui ſeſe fideles probant his partibus & officiis præſtandis.*

13 Lectioni] *ſacra, quæ ad omnia vtilis eſt.*
Exhortationi] *eorum qui quid agendum ſit norunt.*
Doctrinæ] *eorum qui inſtrui docerique vera cupiunt.*

16 Attende tibi,] *vt quæ noſti, primùm ipſe præſtes: deinde doctrinæ, vt alios doceas iuxta miniſterium tibi à Deo demandatum, & legitima Eccleſiaſticaq́; formula declaratum.*

IN CAP. V.

1 Seniorem.] *Singularia præcepta de doctorum ac præpoſitorum cōſuetudine ac modeſtia.*
8 Fidem

[5] Quæ autem verè vidua eſt & deſolata: "ſperet' in Deum, &
"inſtet' obſecrationibus & orationibus nocte & die. [6] Nam
quæ in delitiis eſt: viuens mortua eſt. [7] Et hoc præcipe vt irre-
prehenſibiles ſint. [8] "Siquis' autem ſuorũ, & maximè do-
meſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infi-
deli deterior. [9] Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum,
B quæ fuerit vnius viri vxor, [10] in operibus bonis teſtimonium
habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pe-
des lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi om-
ne opus bonum ſubſecuta eſt. [11] Adoleſcentiores autẽ viduas
deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere vo-
lunt: [12] habentes damnationem, quia primam fidem irritam
fecerũt. [13] ſimul autẽ & otioſæ diſcunt circuire domos: nõ
ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ & curioſę, loquentes quę non
oportet. [14] Volo ergo iuniores nubere: filios procreare, ma-
tresfamilias eſſe: nullam occaſionem dare aduerſario ma-
ledicti gratia. [15] Iã enim quædam conuerſæ ſunt retro "ſatanam. [16] Si quis fidelis habet vi-
C duas, ſubminiſtret illis, "&' non grauetur Eccleſia: vt iis quæ
verè viduæ ſunt, ſufficiat. [17] Qui bene præſunt presbyteri,
duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in
verbo & doctrina. [18] Dicit enim ſcriptura: Non "infrænabis'
os boui trituranti. &, Dignus eſt operarius mercede ſua.
[19] Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere: niſi
ſub duobus aut tribus teſtibus. [20] Peccantes coram omnibus
argue: vt & cæteri timorem habeant.

"ſperat 10 MS. *Amb. s.*
"ſperauit 3 MS R. O. Q. n.
"inſtat 10 MS. *Amb.* R. G. S.
"*Iſtud ad viduam pertinere admonent Græcanica ſcholia. Itaque* Si quis, *pro* Si qua, *poſitum eſſet.*

"poſt o.
"vt MS q.

Deut. 25, 4.
1 *Cor* 9, 9.
"alligabis MS. G. S.
Matt. 10, 10
Luc. 10, 7.

8 Fidem negauit.] *Quam acceptis diuinitus præceptis adhibere & officio præſtare debet, alludit ad doctrinã de* GHOPHERIM, *i. negantibus.*

12 Primam fidem.] *Quæ ſeſe in viduitate conſtare velle profeſſæ, viduarum onere ac miniſterio ſuſcepto, poſtquam honore & victu qui ſibi deferebatur vt Chriſti ancillis & miniſtris, abuſæ fuerunt, nubere denuo volunt.*

14 Aduerſario] *doctrinæ ac veritatis Euangelicæ, id eſt, diabolo diaboliq́; ſatellitibus. nam hi facilè quodlibet leuitatis exemplum ad maledicentiam calumniamq́; arripiunt.*

17 Qui bene præſunt.] *Antiqua ratio diſtributionis rerum à fidelibus collatarum ad Eccleſiæ vſus temporales quos vocant.*

20 Peccantes] *publicè.*

21 Ele-

habeant.[21] Teſtor coram Deo D
& Chriſto Ieſu & electis An-
gelis, vt hęc cuſtodias ſine prę-
iudicio, nihil faciens in aliam
partem declinando. [22] Manus
citò nemini impoſueris, neq.
cõmunicaueris peccatis alie-
nis. Teipſum caſtum cuſtodi.
[23] Noli adhuc aquã bibere: ſed
modico vino vtere propter
ſtomachum tuũ, & frequẽtes
tuas infirmitates. [24] Quorun-
dam hominum peccata mani-
feſta ſunt, præcedẽtia ad iudi-
cium: quoſdam autem* ſubſe- *& 4 ms a. Amb. o.
quuntur. [25] Similiter & facta
bona, manifeſta ſunt: & quæ
aliter ſe habent, abſcondi non
poſſunt.

CAP. VI.

QVicunq. [1] ſunt ſub iugo A
ſerui, dños ſuos omni
honore dignos, arbitrentur: ne
nomen Dñi & doctrina blaſ-
phemetur. [2] Qui autem fideles
habent dominos, non cõtem-
nant quia fratres ſunt, ſed ma-
gis ſeruiant, quia fideles ſunt
& dilecti, qui beneficij parti-
cipes ſunt. Hęc doce, & exhor-
tare. [3] Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonib' Dñi
noſtri Ieſu Chriſti, & ei quę ſecundũ pietatẽ eſt, doctrinę: [4] ſu-
perbus eſt, nihil ſciẽs, ſed languẽs circa quęſtiones & pugnas
verborum:

21 Electis Angelis.] *Qui in electione ſua permanſerunt, exemplumq́ hominibus præſtãt conſtandi in ſuo cuiq; officio.*

22 Manus.] *Authoritatis & tradendæ & & declarandæ cauſa, antiquiſſima in Eccleſia fidelium manuum impoſitio fuit, ſacro verbo* ZZEMICHA *dicta. hãc qui indigno & improbo homini concederet, illorum quæ male gererentur rerum culpæ partem non modicam ſuſcipere cenſendus eſſet.*

24 Quorumdam.] *Hac partitione oſtendit quænam ratio ineunda ſit, vt non temerè atq; citò miniſteria indignis demandentur.*

Præcedentia.] *Quæ non patiuntur iudicem falli, vtpote quæ hominis culpam prodant, atq; hoc pacto præcedunt deducuntq́ iudicium ferre volentem.*

25 Facta bona.] *Quædam manifeſta ſunt prius* πρόδηλα *ita accipimus pro parte honeſtorum operum quæ aperta eſt. quod ſi dicat quis nonnullos multa rectè agere, tamen non palàm modeſtiæ cauſa; hæc ait Apoſtolus non poſſe demum omnino abſcondi, nam lux non poteſt eſſe quin aliquãdo luceat, nec poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.*

IN CAP. VI.

4 Pugnas verborum.] *Quales ex quorũdam ſcribarum doctrina excitabantur circa explicationes & expoſitiones nominum ſeruitutis, fraternitatis, libertatis, mercenarij & huiuſmodi aliorum. de quibus aliàs. eſt etiam* λογομαχία *ſeminea dicteriorum & maledicentiarum concertatio, qua vnus alium ſuperare & lædere ſtudet. ille hunc indoctum & grãmatiſtam ac literarum artiumq́ ignarum, hic illum hæreticum aut ſchiſmaticum aut Iudæũ, contrà ille hunc Ethnicum, Samaritanum aut Epicureum vocabat: cùm tamen, quod rem ſapientiamq́ ſpectat, nihil vterque prodeſſet.*

verborum: ex quibus oriũtur
inuidiæ,cõtentiones,blaſphe-
miæ,ſuſpiciones malæ, [5]con-
flictationes hominum mente
B corruptorum, & qui veritate
priuati ſunt,exiſtimãtiũ quæ-
ſtum eſſe pietatẽ. [6] Eſt autem
quæſtus magnus, pietas cum
Iob 1,21. Eccleſ. 5,14. ∗1 MS. 8. Prou. 27,26. Matt. 6,25. ſufficientia.[7]Nihil enim intu-
limus in ∗hunc' mundum: haud dubium,quòd nec auferre
quid poſſumus.[8]Habentes autem alimenta, & quibus tega-
mur,his contenti ſumus.[9]Nam qui volunt diuites fieri,inci-
∗1 MS. Amb. 6.8. ∗ & MS q. dunt in tentationem & laqueum∗diaboli', & deſideria mul-
ta∗inutilia,& nociua,quæ mergunt homines in interitum &
perditionem.[10]Radix enim omnium malorum eſt cupiditas:
quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe
C doloribus multis. [11]Tu autem ô homo Dei,hæc fuge: ſecta-
re verò iuſtitiam,pietatem, fi-
dem, charitatem, patientiam,
manſuetudinem. [12]Certa bo-
num certamẽ fidei:apprehen-
de vitam æternam, in qua vo-
catus es & confeſſus bonam
confeſſionem coram multis
teſtibus.[13]Pręcipio tibi coram
Deo qui viuificat omnia, &
Matt. 27,10. Ioan. 18,37. Chriſto Ieſu qui teſtimonium
reddidit ſub Põtio Pilato bo-
nam confeſſionem: [14] vt ſer-
ues mandatum ſine macula,
irreprehenſibile vſque in aduẽtum Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti. [15] quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potẽs,

5 Quæſtum.] *Ducentes pietatem pietatiſq; ſtudia ad priuatum commodum vſurpari poſſe; & non eſſe pietatis, vt ſua quis negligat commoda.*

6 Cum ſufficientia.] *αὐταρκείας cum eo quod ſatis vnicuique eſt, ex naturæ vſu, non ex opinionis abuſu viuenti, cuius modum & rationem mox deinde ſubiungens praſcribit. Siquis itaque pietatis veræ cuſtos rigiduſq; ſatelles id præterea habeat quod ſatis eſt, quodq; nulli vnquam piorum defuit, is ditiſſimus eſſe ab Apoſtolo pronuntiatur.*

11 Sectare verò] *ſtudia eorum qui ad verum præmium contendunt: hæc autem ſtudia fidei certamen in ſumma dicuntur, quod qui legitimè certarit, demum apprehendet vitam æternam à Chriſto propoſitam & donandam.*

13 Teſtimonium reddidit] *regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, & ſe in hoc natum eſſe, in mundumq; veniſſe, vt teſtimonium perhiberet veritati, quam quia mundus non poteſt accipere, non intellexit mundanus iudex, imò contemnere viſus eſt.*

14 Vſque in aduentum] *ſanctificationis ſuorum, & iudicij Euangelici.*

17 Subli-

Rex regum & Dominus dominantium, [16] qui solus habet *Apoc. 17, 14. & 19, 16.*
immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem
nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui honor & *Ioan. 1, 18. 1 Ioan. 4, 12.*
imperium * sempiternum. Amen. [17] Diuitibus huius seculi *in ms. s.
præcipe non sublime sapere, D
neque sperare in incerto diui- *Luca 12. 15.*
tiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè
ad fruendum) [18] bene agere, diuites fieri in bonis operibus,
facilè tribuere, communicare, [19] thesaurizare sibi fundamen-
tum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. [20] O
Timóthee, depositũ custodi:
deuitans prophanas vocum
nouitates, & oppositiones fal-
si nominis scientiæ, [21] quam
quidam promittentes, circa
fidem exciderunt. Gratia tecum.

17 Sublime sapere,] *superbire.*

20 Depositum.] *Simplicem, nudam, & veram Euangelicæ virtutis doctrinam fideliter obseruato & doceto, citra verborum vulgarium aut etiam nouorum elegantiam, aut oratoriæ facultatis ambitionem.*

AMEN.

In Cœnobio regio D. Laurentij, anno M. D. LXXXVI.

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam II. D. Pauli ad Timotheum ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

TRADITAM à ſe & commiſſam Euangelicæ doctrinæ veritatem, Timotheo Epheſiorum Epiſcopo, magno ſtudio rurſus conſeruandam & promouẽdam, omniq; opera & labore defendendam commendat, prædicens hãc fore aliquando quorundam auaritia ambitioneque perditorum temeritate negligendam, & pro virili obſcurandam nouis rerum atque verborum inuentis; ex quo & ipſis & ipſorum ſectatoribus ingens demum oriatur malum. Quamobrem hortatur virum, vt, quoad vita ſuperſit, officium ſuum nunquam remittat, ſuumque in hac re exemplum teneat, qui totum Apoſtolatus ſui curſum fideliter peregit, cuius curſus poſtremum tempus ſibi iam inſtare indicat, morte pro Chriſti teſtimonio oppetenda concludendum. itaque poſtremi mandati (qualia à moribundis patribus filiis dari ſolent) formulam epiſtola hæc præſtare cenſetur. Opportunitatem Epiſtolæ ſecũda Apoſtoli defenſio attulit, qua ſe propediẽ morti addictũ intellexerat.

CAP. I.

A PAVLVS [1] Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, ſecundũ promiſſionem vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu: [2] Timótheo chariſſimo filio, gratia, miſericordia, *pax à Deo Patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.

[3] Gratias ago Deo*, cui ſeruio à progenitoribus* in conſcientia pura, quòd ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die [4] deſiderãs te videre, memor

*& MS. S.

*meo MS.

*meis MS.S.

IN CAP. I.

1 Apoſtolus.] *miſſus cum authoritate legatus. legationis verò ſuæ ſummam eſſe ait, promiſsionem vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu. illa verò vita ſecum affert gratiam, miſericordiã & pacem; non humana hæc, ſed à Deo Patre, vt authore & promiſſore, & Chriſto Ieſu, per quẽ illa præſtantur, de cuius plenitudine omnes accepimus, ait Ioannes, & gratiam pro gratia.*

3 In conſcientia pura.] *Aliud eſt ſcientia, aliud conſciẽtia. Quãquam antea Ieſum Chriſtum nõ cognouerat, donec ab ipſo edoctus fuit, tamen ſemper vnico diuini cultus ſtudio actum & incitatum fuiſſe profitetur, citra omnem cogitationem proprij commodi cuiuſpiam, atque in hoc ſtudio coluiſſe doctrinam & fidem ſibi à progenitoribus traditam: laboraſſe quidẽ ignoratione Euangelicæ virtutis aliquando ingenuè fatetur, ſed miſericordiam conſecutum fuiſſe ſe gratulatus eſt aliàs, quia nõ præter propriam conſcientiam, quæ ſincera fuit, ſed præter ſcientiam errabat.*

memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear, 5 recorda-
tionem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & ha-
bitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, cer-
tus sum autem quòd & in te. 6 Propter quã causam admoneo B
te vt resuscites gratiã Dei, quæ
est in te per impositioné ma-
nuum mearũ. 7 Non enim de- Rom.8.15.
dit nobis Deus spiritum timo-
ris: sed virtutis, & dilectionis,
& sobrietatis. 8 Noli itaq. eru-
bescere testimonium Dñi no-
stri, neque me vinctũ eius: sed
collabora Euangelio secundũ
virtutem Dei, 9 qui nos libera-
uit & vocauit vocatione 4 sua 4 Al. Amb. c.1.
sancta, nõ secundũ opera no- Tit.3.5.
stra, sed secũdum propositum
suum & gratiam, quæ data est
nobis in Christo Iesu ante té- Tit.1.2.
pora secularia. 10 Manifestata C
est auté nunc per illuminatio-
nem saluatoris nostri Iesu
Christi, qui destruxit quidem
mortem, illuminauit auté vi-
tam & incorruptionem per
Euangelium: 11 in quo positus 1 Tim.2,7.
sum ego prædicator & Apo-
stolus & magister Gentium.
12 Ob quam causam etiã hæc
patior: sed non cõfundor. Scio
enim cui credidi, & certus
sum quia potens est depositũ
meum

6 Gratiam] *ministerij ex diuina authoritate profecti, quod ipsa gratia testabatur, cum virtute & magna agere & magna pati, & magna etiam vincere ministri poterant.*

8 Testimonium] *quod virtute magna reddebant Apostoli, tum magna facientes, tum etiam multa ferentes, quæ mundus grauißima & durißima existimabat, tamen in iis omnibus superabant, propter eum qui dilexit illos.*

Vinctum eius.] *Non se esse ait sua priuata causa vinctũ, sed Christi voluntate atq; consilio, vt in vinctu testimoniũ etiã redderet, & illud obseruet quod Ananiæ fuerat prædictum, Ego ostendã illi quãta oporteat eũ pati pro nomine meo.* Secundum virtuté Dei.] *Virtus Dei omnem erubescendi causam Euãgelij ministris præcidit: ita & Apostolus ipse ait, Nõ erubesco Euangeliũ, virtus enim Dei est in salutẽ omni credenti: quã virtutem cùm ipsi experirentur, quonam pacto impelli poterãt ad erubescentiã?*

9 Tempora secularia] *ante initiũ seculorũ, quæ à condito homine fluxerunt. Seculũ siue* GHOLAM *ad cõputationem rationemq; humanam refertur fluxerunt autem primũ* Notitiæ *seculi, deinde* Improbitatis, *post hæc* Tenebrarum, *deinceps* Vmbræ, *quorum seculorum plenitudinem* Lux *Christi secuta est.*

11 In quo] *Euangelio.*

Prædicator,] *id nunciandũ & preconio publicandũ Euangeliũ.* Apostolus, *cũ potestate ligandi & soluendi, vt & Apostoli cæteri.* Magister, *ad dedocendas Gentes errorem, & veram sanamq; vitæ ac pietatis doctrinam docendas.*

12 Cui credidi,] *mittenti me in Apostolatum; nam illius promisso credidi, & me ipsum fidemq; meam illi tradidi, quam ille opportuno tempore ac die illo lucidißimi aduentus sui, liberaturus est, quippe id facere potest & vult.*

13 In

meum seruare in illum diem.
13 Formam habe sanorũ ver-
borum, quæ à me audisti in fi-
D de & in dilectione in Christo
Iesu. 14 Bonum depositum cu-
*enim o. stodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. 15 Scis *hoc,
quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est
*Phygellus 4 MS. R. G. Q. n. "Phigelus' & Hermogenes. 16 Det misericordiam Dominus
*Philetus o. Ins 4, 19. Onesiphori domui: quia sæpè me refrigerauit, & catenam
meam non erubuit. 17 sed cùm Romam venisset: solicitè me
quæsiuit, & inuenit. 18 Det illi Dominus inuenire misericor-
diam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit, tu
melius nosti.

13 In fide.] *Sanæ doctrinæ verba fidẽ cum dilectione coniungunt, quæ virtutes ad Christum ducunt simul, nam separatæ non perueniunt ad præmium. Pœnitemini & credite Euangelio, dicebat primùm Ioannes, deinde etiam Iesus idem repetebat.*

CAP. II.

A TV ergo fili mi, cõfortare
in gratia quę est in Chri-
sto Iesu: 2 & quæ audisti à me
per multos testes, hæc com-
menda fidelibus hominibus,
qui idonei erũt & alios doce-
re. 3 Labora sicut bonus miles
Christi Iesu. 4 Nemo militans
*1 MS. G. S. "Deo' implicat se negotiis se-
cularibus: vt ei placeat cui se
probauit. 5 Nã & qui certat in
*coronabitur o. agone: non "coronatur' nisi le-
gitimè certauerit. 6 Laborantẽ
agricolam oportet primum de
fructibus percipere. 7 Intellige
quę dico: dabit enim tibi Dñs
in omnibus intellectũ. 8 Me-
*6 MS. Amb. G. S. mor esto, "Dominũ' IESVM
CHRISTVM resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secũdum

IN CAP. II.

2 Per multos testes] *qui Euangelij virtutem & veritatem per Spiritum sanctum cognouerant. cùm autem duo vel tres ad testimonium satis sint, ipse tamen multos protuli, quo testatior esset doctrina quam tu aliis eras commendaturus.*

6 Laborantem agricolam.] *Ratio, ius atque æquitas postulat, vt agricolæ, qui operam in colendo agro, semineq; spargendo, atque culmo repurgando, & cæteris muneribus posuit, fructus bona pars deferatur, modò nõ mercenarius sed agricola sit. itaque quicunq; in Euangelio vt agricola laborauerit, Euangelij fructũ percipiet. intelligat lector quæ scribimus.*

8 Resurrexisse.] *Qui resurrectionis illius virtutem iis communicabit, qui cum ipso commortui fuerint.* Ex semine Dauid, *qui dilectus cùm esset, quod & Dauid nomen significat, repromissum regnum, quamuis multis antea exercitatus ac tentatus, oppressus & insectatus modis, tamen demum obtinuit: ita qui pro Euangelici promissi veritate laborauerit, vt ego, causam obtinebit suam.*

9 Non

Euangelium meum, 9 in quo
laboro vſque ad vincula, quaſi
malè operans: ſed verbũ Dei
non eſt alligatum. 10 Ideo om-
nia ſuſtineo propter electos: vt
& ipſi ſalutem conſequantur,
quę eſt in Chriſto Ieſu cũ glo-
ria cæleſti. 11 Fidelis ſermo. Nã B
ſi commortui ſumus: & con-
uiuemus. 12 ſi ſuſtinebimus:
& conregnabimus. ſi negaue- Matt.10,33. Marc.8,38.
rimus: & ille negabit nos. 13 ſi Rom.3,3.
non credimus: ille fidelis per-
manet, negare ſeipſum nõ po-
teſt. 14 Hæc commone: teſtifi-
cans coram "Domino'. Noli 'Deo MS q.
contendere verbis, "ad' nihil 'in 6 MS. 'quid s.
"enim' vtile" eſt', "niſi' ad' ſub- -5 MS. -MS G. S.
uerſionem audientium. 15 So- -6 MS G. S. -2 MS. G. S.
licitè cura teipſum probabilẽ Q. n. -MS. G. S.
exhibere Deo, operariũ incon-
fuſibilem, rectè tractantem
verbum veritatis. 16 Prophana
autem & inaniloquia deuita,
multum enim "proficiunt' ad 'proficient 7 MS. R. Amb. G. S.
impietatẽ: 17 & ſermo eorum
vt cancer "ſerpit': ex quibus eſt 'ſerpet 7 MS. R. G. S.
Hyme-

9 Non eſt alligatum.] *Nam ex vinculorũ meorum fama & narratione euenit, vt complures ad me accedentes audiant ex me cauſam, hoc eſt, Euangelij præconium à me fideliter obitum: illi rurſus aliis enarrent: atque ita, dum ego in vinculis teneor, Euangelium Deiq; verbum non ſolùm excurrit, ſed volat, ſuamq; efficientiam credentibus & obtemperantibus impertitur.*

10 Propter electos.] *Qui in electione Dei de ſalute hominibus præſtanda manere volunt: namque hi ex cõſtantia mea in vinculis exemplo magis etiam animantur.*

Cum gloria cæleſti.] *Nam terrena gloria vana eſt, atque talis cenſetur iis qui cum Chriſto commortui ſunt mundo. his autem patientia ſpẽ fouet, ſpes verò horum nõ confunditur.*

12 Si negauerimus] *teſtimonium veritatis ab illo acceptæ, & rerum in nos completarum. Sed cur Petrus non fuit negatus, imò libenter & cum prærogatiua exceptus, Dicite diſcipulis eius & Petro? Alia negationis illius cenſura eſt ab hac quam Paulus ex Chriſti pronuntiato repetit. qui legit intelligat, reſq; cum rebus, tempora cum temporibus, perſonas cum perſonis componens diiudicet.*

14 Coram Domino,] *teſtimonium tuum tam in credentibus & obaudientibus quàm in repudiantibus confirmaturo.*

Noli contendere verbis.] *Cautio Apoſtolis frequentius repetita, vtpote magni ad pietatis doctrinam momenti.*

Ad ſubuerſionem.] *Namq; alij ex audientibus contentionem admirati, exiſtimant contendentes priuati commodi ſtudio adductos; alij verò doctrinam ipſam contentioni cauſam dare opinati, reſpuunt & auerſantur; alij porrò perinde ac ludo aliquo & ſpectaculo delectantur; non pauci verò ſuorum partes ſuperiores eſſe ſtudentes, contentionem magis incendunt quàm ſedant. ſed quiſnam in his aut quantus ad pietatem fructus?*

15 Rectè tractantem.] ὀρθοτομοῦντα, *quæ vera ſunt, verè, rectè, & clarè ac diſtinctè diſſerentem, non fabuloſis doctrinis aut excogitatis ſermonibus, qui à vero ad fictiones animos traducunt, & paulatim in alienas opiniones deductos demum perdunt: vt cancer ſanam omnem carnem ſenſim corripiens, bonis humoribus corruptis, exedit.*

18 Reſur-

Hymenæus & Philētus: 18 qui
à veritate exciderunt, dicentes
resurrectionem esse iā factam,
& subuerterunt quorundam
fidē. 19 Sed firmū fundamentū
C Dei stat, habens signaculum
hoc. Cognouit Dominus qui
sunt eius, & discedat ab ini-
quitate omnis qui nominat
nomen

18 Resurrectionem.] *Nō arbitramur istos planè de corporum resurrectione apertè & impudenter mentitos fuisse, quos reapse refellere ac redarguere facile fuerat, nisi forsitan palingenesin quampiam inducere studentes Pythagoricæ similem, quod etiam vt fabulosum iamq; diu explosum reiici, multisq; argumentis impugnari poterat; sed illam κενοφωνίαν, id est, inanem vocem ab istis inductam ad animorum resurrectionem relatam videri facit veræ doctrinæ summa quæ paulo pòst ab Apostolo indicatur. Fuit igitur, vt ex re ipsa apparet, huiusmodi magistrorum illorum insana assertio. Cùm Euangelica Apostolicaq; doctrina refertissima esset mentione & commemoratione resurrectionis mortuorū & resurrectionis ex mortuis, quæ oratio sæpissimè significat Animorum à peccati corpore & à mortis æterna conditione liberatorum, & ad veram vitam traductorum statum; aliquando verò postremam corporū ad vitam restitutionem innuit. Priorem illam, quam à Deo non conferri nisi credentibus & Euangelio obtemperantibus Apostoli asseuerabant, atque ita omnes ad fidem & pœnitentiam hortabantur; illam, inquam, duo isti nouatores, iam semel à Christo factam, omnibus constare & patere, communemq; esse credentibus asseuerabant; neq; opus esse vel pœnitentia vel alio viuendi studio, sed vnica fidei apprehensione, illam resurrectionem iam communiter factam & publicè, singulis credentibus tantùm, priuatè ac singulariter applicari; neq; nouum Dei & Christi opus cuiquā esse exspectādum vel expetendum vel requirendum, quando omnes credentes in accepta iam resurrectionis albo conscripti essent. quòd si inanem illam orationis siue vocis vsurpationem ab istis inductam, cum vana etiam quorundam doctrina nostro seculo miserè vsq; producta ac disseminata conferamus, deprehendemus profectò, vel eandem esse vtramque, vel si quid discriminis admittant, id in verbis, non in re ipsa hærere. Quid enim refert dicere, Publicam animorum resurrectionem iam esse factam; vel dicere, publicam & communem omnium hominū sanctificationem iam esse factam & singulis constare sola fide apprehendendam, imò & apprehensam ei qui crediderit, quamquam nulla anteactorum scelerum pœnitentia correpto, nulla melioris vitæ atque probatorum morum & officiorum disciplina & exercitatione correcto & emendato, quandoquidem quæ acta oportuit ad iustificationem & sanctificationem, ab ipso sanctificationis authore acta, peracta, ac iam transacta omnia fuerint, nihilq; ab hominibus ad illam sibi applicandam & imputandam iustitiam exigatur præter fidem. Equidem si sententiæ non singularia & inaniter vsurpata verba expendantur, nihilo ab illa Hymenæi ac Phileti hanc nostra tempestate frequentatam κενοφωνίαν numero aut pondere aut reipsa differre nobis videbitur, neq; minus prophanæ cognomentum mereri, neque minori γάγγραινα, vti à Paulo vocatur, incautorum hominum pectora & corda depasci.* 19 Sed firmum fundamentum.] *Totius diuinæ doctrinæ summa singulis hominibus inculcandā, & nulli vel tardissimi ingenij captu non facillima, & ad conseruandum breuissima, ab Apostolo ad huiusmodi vana & fallacia hominum commenta & dignoscenda & oppugnanda, hic duabus tantùm sententiis traditur. Altera Dei consilium, altera verò hominum officium spectante. Nam Dei consilium nulla hominum vel asseueratione vel inficiatione mutatur, nulla inuentione impugnatur, ita vt nō ideò*

quispiam

quispiam sanctus, iustificatus, & resurrectionis compos iam sit, propterea quòd ipse talem se esse credat, sibiq́ aut aliis videatur & persuadeat; sed ij tantùm Dei sunt, quos ipse nouerit & probauerit suos. S. S. E. Quia nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. itaque non est hominis sese commendare & probare, sed cupere, curare, & studere sese esse Deo probatum & commendatum; neque hoc fide tantùm effici posse, nisi etiam pœnitentiæ virtus & officia exerceantur, quæ Dei misericordiam, gratiam, agnitionem & probationem homini credenti conciliare possunt, ex ipsius Dei benigno consilio ac promisso: quamobrem, Omnis qui nominat nomen Domini, quod sibi conciliatum ex fide putat, non solùm nominet credens, verùm discedat quoque ab iniquitate, declinet à malo & faciat bonum, vt in suam salutem cum fructu demum nominet.

20 In magna.] *Non mirandum, ait Paulus, si inter multa milia hominum qui Christianum nomen profitentur, huiusmodi ingeniorum ac mentium monstra reperiantur: cùm omnia vnius magnæ familiæ vasa & vtensilia non æquè elegantia & honesta vel specie vel vsu sint; sed hoc differre inter vasa hæc inanima & illa animata, quod hæc se ipsa mundare & corrigere non possunt, illa verò per pœnitentiam & mentem mutare, & sordes abominari, & mundandas curare possunt; quod si fecerint, erunt vasa in honorem.*

22 Iuuenilia.] *νεωτερικὰς ἐπιθυμίας, noua recensq́ inducta desideria, quæ cum Christianæ & Ecclesiasticæ doctrinæ modestia, simplicitate & veritate pugnant.*

23 Sine disciplina.] *Quæ quanquam exactissimè tractentur & absoluantur, quod contingere tamen non potest, vtpote quæ stultæ sunt; tamen ex illis nihil deducere possis, quod ad pietatis profectum faciat. cuiusmodi sunt, cuiusmodi sunt, cuiusmodi sunt: sed piget indicare. vtinam nulla vlli mortalium vnquam occurrerent exempla.*

24 Patientem.] *Malorum tolerantem, & non reddentem malum pro malo, sed cum modestia, &c.*

25 Nequando.] *Non negat, sed ad optabiliorem partem vergit.*

nomen Domini. [20] In magna
autem domo, non solùm sunt
vasa aurea & argentea, sed &
lignea & fictilia: & quędã qui-
dem in honorem, quædã autẽ
in contumeliam. [21] Siquis er-
go emũdauerit se ab istis, erit
vas in honorẽ sanctificatum
& vtile Dño, ad omne opus
bonum paratum. [22] Iuuenilia D
autem desideria fuge: sectare
verò iustitiam, fidem, charita-
tem, & pacem cum iis qui in-
uocant Dñm de corde puro.
[23] Stultas autem & sine disci- 1 Tim. 1, 7. Tit. 3. 9.
plina quæstiones deuita: sciẽs
quia generant lites. [24] Seruum
autem Domini nõ oportet li-
tigare: sed mansuetum esse ad
omnes, docibilem, patientem,
[25] cum modestia corripientem
eos qui resistunt ˉ veritati: ˉ10 MS. Amb. c. 8. Q. B
nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam ve-
ritatem: [26] & resipiscant à diaboli laqueis, à quo "captiui" te- "capti 3 MS. Amb.
nentur ad ipsius voluntatem.

CAP.

CAP. III.

A HOc [1] autem ſcito, quòd
1 Tim. 4. 1. in nouiſſimis diebus
inſtabunt tempora periculo-
ſa. [2] & erunt homines ſeipſos
amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphémi, parentibus non
2 Reg. 3. 3. Iudæ 18. obedientes, ingrati, ſceleſti, [3] ſine affectione, ſine pace, crimi-
natores, incontinẽtes, immites, ſine benignitate, [4] proditores,
proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei:
[5] habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius ab-
B negantes. Et hos deuita. [6] ex
his enim ſunt qui penetrant
domos: & captiuas ducũt mu-
lierculas oneratas peccatis,
quæ ducũtur variis deſideriis:
[7] ſemper diſcentes, & nunquã
ad ſcientiam veritatis perue-
nientes. [8] Quemadmodũ autẽ
Exod. 7. 11. 22. Iannes & Mambres reſtiterũt
Moyſi: ita & hi reſiſtunt veri-
tati, homines corrupti mente,
reprobi circa fidem. [9] ſed vltrà
non proficient: inſipientia
enim eorum manifeſta erit
omnibus, ſicut & illorũ fuit.
C [10] Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem,
propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patien-
tiam, [11] perſecutiones, paſſiones: qualia mihi facta ſunt
Antiochiæ, Iconij, Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui:
& ex omnibus eripuit me Dominus. [12] Et omnes qui piè vo-
lunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. [13] Mali
autem homines & ſeductores proficient in peius: errantes, &

O in

IN CAP. III.

1 Periculoſa:] *Difficultatibus multis plena, cùm inter peruicaces hominum mores, inter præpoſtera ſtudia, Euangelicæ veritatis & ſimplicitatis virtus ita opprimetur, vt vehementer multos lateat.*

2 Seipſos amantes.] *Inde caput morbi.*

6 Ex his enim ſunt.] *Non omnes penetrãt, ſed quidam ex huiuſmodi gregibus.*

Quæ ducuntur variis.] *Mulierecularum harum inconſtantia mira, doctrinas doctrinaq́ magiſtros identidem mutantium, & nouis ſubinde inhiantium.*

7 Semper addiſcentes.] *Ad mulierculas eſt referendum.*

Peruenientes.] *Accedere valentes, vtpote quæ ſcientiam illam quærunt vbi non inuenire contingit.*

8 Reſtiterunt Moyſi] *Sermonibus mendacibus, & ſignis.*

10 Tu autem,] *vel meo vnius exemplo cognoſcis quid interſit inter conſtantiam Euangelicæ veritatis & virtutis, & inter iſtorum ſtudia, conatus, & præſtigias.*

14 Quæ

14 Quę didicisti] *ex Deo, cuius verè factus es discipulus, & credita sunt tibi in depositum, vt impertiaris iis qui ex animo cognoscere cupient, quod interim dum Lucifer ortus in cordibus plene instruat, tu iuuabis & confirmabis, productis ex sanctarum Scripturarum thesauro argumentis & sententiis.*

16 Diuinitus inspirata.] *Veteris ac noui Testamenti omnis talis est; & quid ipsius doctrina praestetur iis qui homines Dei, non sui homines esse volunt, apertè declaratur.*

17 Homo Dei,] *minister Dei. Sic Prophetae olim appellabantur, & idem Timotheus in priori Epistola sic est etiam ab Apostolo compellatus.*

IN CAP. IIII.

1 Viuos.] *Viuentes vita Christi & Dei.*
Mortuos] *in peccatis & delictis & desideriis carnis.*
Aduentum,] *quo apparuit, mundi seruatorem se praebens, & per eiusdem regnum, quod iis quibus receptus fuerit, communicaturum se est pollicitus, & verè communicauit.*

in errorem mittẽtes. 14 Tu ve-
rò permane in iis quæ didici- D
sti, & credita sunt tibi: sciens à
quo didiceris. 15 & quia ab in-
fantia sacras literas nosti, quæ
te possunt instruere ad salutẽ,
per fidem quæ est in Christo
Iesu. 16 Omnis scriptura diui- 2 Petri 1, 20.
nitus inspirata, vtilis est ad do-
cendum, ad arguendũ, ad *cor- *corripiendum MS q.
rigendum, ad erudiendum in
iustitia: 17 vt perfectus sit ho-
mo Dei, ad omne opus bo-
num instructus.

CAP. IIII.

Testificor 1 coram Deo & A
Iesu Christo qui iudica-
turus est viuos & mortuos, &
per aduentum ipsius, & regnum eius: 2 prædica verbum, insta
oportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patien-
tia & doctrina. 3 Erit enim tempus cùm sanam doctrinam nõ
sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros,

4 A veritate] *virtutis & efficientia qua in Christo Iesu est.*
5 Labora.] κακοπάθησον, *fer incommoda omnia, qua Euangelij causa offerẽtur tibi, dum tamen bonum hunc nuntium hominibus praedicare non desinas.*
6 Resolutionis.] *Praenoscẽs significat qua morte sit glorificaturus Deum.*
7 Bonum certamen.] *Omnia hac ad ministerij & Apostolatus sui fidem, sedulitatem, & diligentiam asseuerandam translata sunt, ad illudq́; pertinent, Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum, &c.*

13 Libros

prurientes auribus, 4 & à veri-
tate quidem auditum auertẽt,
ad fabulas autẽ conuertentur.
5 Tu verò vigila, in omnibus
labora, opus fac Euangelistæ,
ministerium tuũ imple. ~Só- ~2 MS. Amb. C.S.Q.B.
briu esto. 6 Ego enim iam de-
libor: & tempus resolutionis
meæ instat. 7 Bonũ certamen B
certaui, cursum consummaui,
fidem

fidem ſeruaui. 8 In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,
quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſo-
lùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius. 9 Fe-
ſtina ad me venire citò. 10 Demas enim me reliquit, diligens
hoc ſeculum, & abiit Theſſalonîcam: Creſcens in Galatiam,
Coloſ. 4,14. Titus in Dalmatiam. 11 Lucas eſt mecum ſolus. Marcum aſ-
ministerio MS q. ſume, & adduc tecum: eſt enim mihi vtilis in "miniſterium'.
12 Tychicum autem miſi Epheſum. 13 Penulam quam reliqui
Troade apud Carpum, veniēs
affer tecum, & libros, maximè
C autem mēbranas. 14 Alexāder
ærarius multa mala mihi oſtē-
reddat 7 MS R. Amb. G. Q. n. dit. "reddet' illi Dn̄s ſecundum
opera eius: 15 quē & tu deuita,

13 Libros,] *ſacros intelligo, &* Membranas, *in quibus ab ipſo in ſumma redacta putanda ſunt ea, quæ ex antiquis libris Legis, Prophetarum & Pſalmorum ad Euangelij veritatem facerent.*

14 Ærarius,] *æris fuſor & inciſor, qui lucri ex arte quæſiti cauſa, Apoſtolis idolomaniam diſſuadentibus negotium faciebat.*

valde enim reſtitit verbis noſtris. 16 In prima mea defenſione
reputetur 2 MS. nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis "im-
putetur'. 17 Dominus autem mihi aſtitit, & confortauit me, vt
implerετur 6 MS. Amb. per me prędicatio "impleatur',
& audiant omnes Gentes; &
liberatus ſum de ore leonis.

17 Leonis,] *Neronis. tyrannidem & ſæuitiam ex nominum pondere, ſancta lingua vſu, ſignificat.* λέοντος, Νέρωνος.

D 18 "Liberauit' me Dominus ab omni opere malo: & ſaluum
liberabit autem 3 MS. Ambroſ. G. S. faciet in regnum ſuum cæleſte. cui gloria in ſecula ſeculorū.
Priſcillam MS. R. Amb. G. S. Q. n. Amen. 19 Saluta "Priſcam' & Aquilam, & Oneſiphori domū.
20 Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui in-
Sup. 1,16. Salutat 3 MS. Amb. G. S. firmum Mileti. 21 Feſtina ante hyemem venire. "Salutant' te
Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.
nobiſcum G q. tecum S. 22 Dn̄s Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Gratia "vobiſcum'.

A M E N.

In regio Cœnobio D. Laurentij: anno M. D. LXXXVI.

O 2 BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam D. Pauli ad Titum ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

RELICTO à ſe apud Cretam Tito, authoritatem hac Epiſtola communit ad munia, quorum cauſa relictus illic fuerat, obeunda & peragenda, nempe ad Eccleſiæ miniſtros deligendos & conſtituendos, rationemque miniſterij ſui ſingulis præcipiendam, quæ eadem omnino eſſet cum Apoſtolica & Euangelica doctrina, quam breuibus capitibus hic repetit Paulus, docetque ex conſequenti cauenda eſſe cætera dogmata quæ ab hac veritate diſſentirent, & cohibendos vitandosq. quoſcunque doctores aliorum dogmatũ, quocunque ex genere fuerint hominum, & horum diſcipulos vel auditores coërcere, contendere & curare vt omnibus vera ſalutis ratio cognoſcatur & obſeruetur.

IN CAP. I.

1 Seruus.] *Non ſolùm vt opus Dei creatoris ſe ſeruum profitetur, ſed vt emptum atque ex captiuitate poſtliminio liberatum, atque veræ & ſtudioſa obedientia addictum. quo nomine primùm, deinde verò altero, Apoſtoli, & fidem & ſedulitatem ſe præſtare debere intelligit, atque hoc ipſum agit.*

Fidem electorum.] *Ad poſterius nomen prima hac expoſitio referenda,* Apoſtolus ſecũdũ fidẽ electorũ Dei; *altera verò,* Et agnitionẽ veritatis, *ad prius,* Seruus Dei; *deinde vtraque ſimul coniungenda, quoniam idem eſt ſeruus qui veritatem agnoſcit, & Apoſtolus qui aliis manifeſtandam recipit. ex his authoritatem mandatis conciliat ſuis, & curam ſuam manifeſtat, atque officio Titi pondus & authoritatem adiungit, vt quæ ille apud Cretam agebat, ex fide muneris, atque adeò ex communione Apoſtolica acta conſtaret.*

9 Am-

CAP. I.



AVLVS [1] ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti ſecundũ fidem electorum Dei & agnitionem veritatis: quæ ſecundum pietatem eſt [2] in ſpem vitæ æternæ, quam promiſit qui non mentitur, Deus, ante tempora ſecularia: [3] manifeſtauit autẽ temporibus ſuis verbũ ſuũ in prædicatione, quæ credita eſt mihi ſecundũ pręceptũ ſaluatoris Dei noſtri: [4] Tito dilecto filio ſecundum cõmunem fidem, gratia & pax à Deo Patre, & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro. [5] Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas,

A

2 Tim. 1. 9.

B

rigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego dis-
1 Tim 3,2. posui tibi. [6]Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios ha-
bens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.
1 Tim. 3, 2. [7]Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dis-
C pensatorem: non superbum, non iracundũ, non vinolentum,
non percussorem, non turpis lucri cupidum: [8]sed hospitalem,
*prudentem 17 MS. R. Q. n. benignum, *sobrium, iustum, sanctum, continentem: [9] am-
plectentem eũ qui secundum
doctrinam est, fidelem sermo-
*& 4 MS. e. s. nem, vt potens sit *exhortari in
doctrina sana, & eos qui con-
tradicunt, arguere. [10] Sũt enim
multi inobedientes, vanilo-
qui & seductores, maximè qui
de circuncisione sunt. [11] quos
oportet redargui. qui vniuer-
sas domos subuertunt, docen-
tes quæ non oportet, turpis
lucri gratia. [12] Dixit quidam
Epimenides. ex illis, proprius ipsorum Propheta, Cretenses semper men-
D daces, malæ bestiæ, ventres pigri. [13]Testimonium hoc verum
est. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide.
[14]non intendẽtes Iudaicis fa-
bulis, & mandatis hominum
Rom 14,20. auersantiũ se à veritate. [15]Om-
nia munda mundis: coinqui-
natis autem & infidelibus ni-
hil est mundum, sed inquina-
tæ sunt eorum & mens & cõ-
scientiã. [16]Confitentur se nos-
se Deum: factis autem negant, cùm sint abominati & incre-
dibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

9 Amplectentem] *ἀντεχόμενον. compotem veri ac fidelis sermonis, vtpote cui eiusdem docendi atque exercendi munus & officium suscipiendum est.*

Vt potens sit.] *Duæ doctrinæ partes, Dedocere falsum; verum docere & persuadere.*

10 Inobedientes.] *De pseudomagistris hoc dicit, qui & quòd veteris vini gustum & odorem retinebant, & quòd in Creta nati essent, gentis vitio cretizabant & ipsi etiam Cretenses, tam ex Israëlis quàm ex Græcorum genere, qui instituebantur, huiusmodi etiam vana dogmata amabant, atque ita omnes cretizabant. Vt non vanum de insulanis illis Epimenidis testimonium constaret, quod & Callimachus in Iouis hymno confirmauit.*

14 Iudaicis fabulis.] *Quibus doctrinam suam de annis, mensibus, temporibus, diebus, horis, cibo ac potu, vestibus, & aliis huiusmodi rebus illi confirmare & persuadere conantur. quarum fabularum, vt cognoscãtur, specimen aliquando exhibebimus breue, sed oportunum ad multa huius generis in nouo Testamento cognoscenda.*

26 Factis negant.] *Vtpote qui legem perpetuò prædicantes, nec rectè intelligunt, nec moribus aut re præstant.*

CAP. II.

TVᵃ autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. 2 Se- A
nes,vt ſobrij ſint,pudici,prudentes,ſani in fide,in dile-
ctione,in patientia. 3 Anus ſimiliter,in habitu ſancto,non cri-
minatrices,non multo vino ſeruientes: bene docentes, 4 vt
prudentiam doceant adoleſcentulas,vt viros ſuos ament, fi-
lios ſuos diligant, 5 prudentes,caſtas,⁻ſobrias⁻, domus curam ⁻2 MS. Hier. G.S. Q.Q.
habentes,benignas,ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur
verbum Dei. 6 Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. 7 In B
omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in
doctrina,ᵇin integritate,in grauitateᵇ 8 verbum ſanum, irre- ᵇintegritatẽ, grauitatem 1 MS. G.S.
prehenſibile: vt is qui ex aduerſo eſt,vereatur, nihil habens *Textus conformis eſt Hier.*
malum dicere de nobis. 9 Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, *Ephes. 6, 5. Coloſſ. 3, 22. 1 Petri 2, 18*
in omnibus placentes, nõ cõ-
tradicentes: 10 non fraudantes, C
ſed in omnibus fidem bonam
oſtendentes: vt doctrinã Sal-
uatoris noſtri Dei ornent in
omnibus. 11 Apparuit enim
gratia Dei ᶜſaluatoris noſtriᶜ ᶜſalutaris 1 MS. G.S. *fortè interpres noſter legit σωτῆρος, pro σωτήριος.*
omnibus hominibus: 12 eru-
diens nos vt abnegantes im-
pietatem & ſecularia deſide-
ria,ſobriè, & iuſtè, & piè vi-
uamus in hoc ſeculo, 13 expe- D
ctantes beatam ſpem & ad-
uentum gloriæ magni Dei &
Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,
14 qui dedit ſemetipſum pro
nobis,vt nos redimeret ab om-
ni iniquitate,& mũdaret ſibi populũ acceptabilẽ,ſectatorem
bonorũ operũ. 15 Hęc loquere,& exhortare & argue cũ omni
imperio. Nemo te contemnat.

IN CAP. II.

Priuata ac domeſtica diſciplina breuiſſimam ac pleniſſimam ſummam caput hoc exhibet, cuius partes in præcedentibus Epiſtolis explicatæ ſunt.

10 Ornent in omnibus.] *Vt ex moribus omnibus perſpiciatur Ieſu Chriſti doctrinæ ſanitas, integritas, & virtus, & laudetur etiam ab aduerſariis. Lege C. Plinij ad Traianum de Chriſtianis Epiſtolam.*

11 Apparuit.] *Nam hoc eſt totius Euangelij argumentum, nempe homines ad fidem vocare, vocatos pœnitentiam docere, & exercendam commendare cum ſpe aduentus gloriæ magni Dei, qui credentes & obtemperantes ſibi ita mutabit & Spiritu donabit ſancto, vt mundi & acceptabiles bona atque Deo gratiſſima ſectentur opera in vitam æternam.*

14 Sectatorem.] *ζηλωτὴν, ſtudioſum & amantiſſimum.*

15 Cum omni imperio,] *cum authoritate & grauitate, qualem Euangelica habet. S.S.E. Et docebat illos ſicut poteſtatem habens.*

CAP.

CAP. III.

A ADmone 1 illos principi-
bus & poteſtatibus ſub-
ditos eſſe, dicto obedire, ad
omne opus bonū paratos eſ-
ſe, 2 neminem blaſphemare, nō
litigioſos eſſe, ſed modeſtos:
omnem oſtendentes manſue-
tudinem ad omnes homines.
3 Eramus enim aliquando &
nos inſipientes, increduli, er-
rantes, ſeruientes deſideriis &
voluptatibus variis, in malitia
& inuidia agentes, odibiles,
B odientes inuicem. 4 Cùm autē
benignitas & humanitas ap-
paruit ſaluatoris noſtri Dei:
2 Tim.1,5. 5 non ex operibus iuſtitiæ quę
fecimus nos; ſed ſecundum
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenera-
tionis & renouationis Spiritus ſancti 6 quem effudit in nos
abūdè per Ieſum Chriſtū ſaluatorem noſtrum: 7 vt iuſtificati
gratia ipſius, hæredes ſimus
ſecundum ſpem vitæ æternæ.
C 8 Fidelis ſermo eſt: & de his vo-
lo te confirmare: vt curent bo-
nis operibus præeſſe qui cre-
dunt Deo. Hæc ſunt bona &
1 Tim.4,7. vtilia hominibus. 9 Stultas
2 Tim.2,25. autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pu-
gnas legis deuita. ſunt enim inutiles & vanæ. 10 Hæreticum
hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita:
11 ſciens

IN CAP. III.

Ciuilium morum doctrina grauiſſima & vtiliſſima.

3 Eramus.] *De ſe ſuiſq; ſimilibus confeſſionem inſtituit, qualesq; ante ſanctificationem à Chriſto ipſis conceſſam fuerint, exponit.*

4 Benignitas,] *bonitas, liberalitas.*
Humanitas.] *Amor erga homines, φιλανθρωπία.*

5 Iuſtitiæ.] *Legalis, quoniam nos nunquam potuimus legem ita praſtare, vt à maledicto legis liberaremur; nos inquam Iudæi: multo etiam minus ij qui ex præputio fuere, qui legem non habebant ſcriptam vt nos; animorum verò legem, id eſt, rationem malis opinionibus & ſtudiis perturbauerant: igitur vtriſque miſericordia Dei proſpectum eſt.*
Per lauacrum.] *Sanctificationis Chriſtianæ ſumma ratio, omnis antiqui & noui Teſtamenti myſteria complexa, quam Apoſtoli variis modis deſcribentes commendant, & ſibi conſtare gratulantur.*

7 Iuſtificati] *reapſe, non per imputationem.*
Hæredes.] *Fructus iuſtificationis atque illius finis verus.*

8 Vt curent.] *Officium eorum qui iuſtificationem Chriſti optant & cupiunt, fide & pœnitentia definitur.*

11 Et

11 Et delinquit.] *ἁμαρτάνει, & errorem suum fouet proprio iudicio, non autem vel vero vel vera monentibus obsequutus.*

11 sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cũ sit proprio iudicio cõdemnatus. 12 Cùm misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare. 13 Zenam legisperitum & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit. 14 Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. 15 Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. AMEN. D

In Cænobio regio D. Laurentij, anno M. D. LXXXVI.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam D. Pauli ad Philemonem ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

INITIO ab insinuatione ducto, commendatoriam texit Epistolam, firmissimis ad persuadendum argumentis instructam. Est autem mixta commendatio, quæ à petitione veniæ ad officij postulationem traducitur. Ait enim primùm deprecari velle se, vt seruo fugitiuo ignosceretur, tum propter scribentis gratiam, tum etiam propter fugæ vsum ipsi Paulo præstitum. Verùm aliam maiorem iam extare causam, quamobrem Onesimo non modò parcendum ignoscendumque, sed sit etiam gratulandum, quòd is è seruo Gentili frater Christianus euaserit, Domino Dominique familiæ gratior, charior, vtilior atque officiosus magis posthac deinceps futurus. amplificatur autem commendatio authoritate, gratia & exemplis eorum qui ad salutationem vel conscribendam vel excipiendam appellantur.

1 Vinctus.] *A persona suæ conditione Epistolæ initium facit, cum relatione ad Onesimi benignitatem & fidem atque studium erga sanctos. oportet enim eum qui eo animo praditus fuerit, vt quoscunque Dei sanctos suo in loco degentes vel illac iter agentes, grato hospitio susceptos, omnibus officiis afficere soleat & cõsolari, non minorem charitatem exhibere ei, quem Christi sanctum atque adeò Apostolum,* quem



PAVLVS 1 vinctus Christi Iesu, & Timótheus frater: Philemoni dilecto

quem ætate seniorem, atque omni reuerentia dignum, sibiq́; iam antea susceptum & obseruatum cognouerit, ac nunc multo magis, cùm ipsum ob Christi Iesu testimonium & gloriam vinctum esse intelligat: cùm ille præcipuè fide caleat erga Christum Dominum omnium, cuius ministris opportunum semper & obsequium & officium præstari conueniat. Nam præter omnia alia, quæ magnum momentum in se habent ad persuadendum, vel vna vinculorum & carceris mentio viri humanissimi valdeq́; pij animum mouere potuit, & ad omnem consolationem parandam, iuxta illud Pauli ipsius monitum: Mementote vinctorum tanquam simul vincti.

Timotheus frater.] *Viri nomen & fratris appellatio commendationi authoritatem pondus & decorem auget.*

lecto & adiutori nostro, 2 &
Appiæ sorori charissimæ, &
Archippo cõmilitoni nostro
& Ecclesiæ quæ in domo tua
est. 3 Gratia vobis & pax à Deo
Patre nostro, & Domino Iesu
Christo. 4 Gratias ago Deo
meo, semper memoriam tui
faciens in orationibus meis,
5 audiens charitatem tuam &
fidem quam habes in Domi-
no Iesu, & in omnes sanctos:
B 6 vt cõmunicatio fidei tuæ eui-
dens fiat in agnitione omnis*
boni ⁻quod est' ⁻ "in vobis' in
Christo Iesu. 7 Gaudium enim
magnum habui & cõsolatio-
nem in charitate tua, quia vi-
scera sanctorum requieuerũt
per te frater. 8 Propter quod
multam fiduciam habens in
Christo

*operis MS. R.G.Q.N.
quæ est 5 MS.
-4 MS. R.G.
m nobis 7 MS. Amb. G.
-MS. Q.B.

Adiutori.] *Nam cùm ille Apostolus ministraret & sanctis, suarumq́; rerum communicatione consuleret, adiutoris nomen meritò obtinuit, iuxta illud: Qui recipit Prophetam, &c.*

2 Commilitoni.] *Qui cum Apostolis Euãgelij causa iter fecerat, & contentiones pro Euangelij veritate fortiter sustinuerat, atque in eadem adhuc militia erat.*

5 In Domino.] πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν, *in Dominum Iesum, & in omnes sanctos. charitatem quam habes in Iesum Dominũ, ad omnes sanctos protendis, & quam exerces in sanctos, in Dominum Iesum intendis: namque officium erga familiares factum, ad familiæ dominum refertur.*

6 Communicatio fidei tuæ euidẽs fiat,] ἐνεργὴς, *efficax. vt fides, charitas, studia, animiq́; intentio cæteraq́; bona quæ in vobis sunt ad Christi cultum, honorem, & expectationem pertinentia, facile cognoscantur ex fideli communicatione, qua erga illius sanctos vteris.*

7 Gaudium.] *Præcedentis gratulationis & commendationis confirmatio.*

8 Multam fiduciam.] *Cùm ego vt Apostolus eius Domini, cui tu teipsum, omniaq́; tua tribuis, possem ea quæ decẽt valde fidenter imperare; tamen, vt mihi gratius esset officiũ tuũ, non ex authoritate, sed ex charitate persuadere institui, his nominibus iam tibi notis & amatis, primùm quòd tu sis frater mihi dilectus; deinde quod ego sim Paulus tibi charus vti frater, & charior vti senex. hæc hactenus constabant: nunc verò illud additum est, quòd etiam vti vinctus Christi Iesu, cuius amore vincula & carceres & quæ conditionẽ hanc secutura sunt, libenter fero. tantis itaq; nominibus & charitatis causis tibi rem, caput valde mihi dilectũ, meaq́; cura adscribendũ, nõ minore quàm filij proprij nomine cõmendo; filij, inquã, mei, tui verò iam fratris, qui tibi antè seruus minus vtilis fuerat, nunc verò & tibi & mihi vtilis.*

Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: [9] propter
charitatem magis obsecro, cùm sis talis, vt Paulus senex, nũc
autẽ & vinctus Iesu Christi. [10] Obsecro te pro meo filio quẽ
genui in vinculis, Onesimo, [11] qui tibi aliquando inutilis fuit,
nunc autem & mihi & tibi vtilis, [12] quem remisi tibi. Tu au- -3 MS.G.
tem illum vt mea viscera suscipe. [13] quem ego volueram me- ᵇid est 6 MS. Hier. G.
cum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euange- C
lij: [14] sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut
ex necessitate bonum tuum
esset, sed voluntarium. [15] For-
sitan enim ideo discessit ad
horam à te, vt æternum illum
reciperes. [16] iam nõ vt seruum,
sed pro seruo charissimũ fra-
trem, maximè mihi; quanto
autem magis tibi & in carne
& in Domino? [17] Si ergo ha-
bes me socium: suscipe illum
sicut me. [18] Si autem aliquid
nocuit tibi aut debet: hoc mi-
hi imputa. [19] Ego Paulus scri-
psi mea manu: ego reddam: vt
non dicam tibi, quòd & teip-
sum mihi debes. [20] ita frater.
Ego te fruar in Domino. Re- D
fice viscera mea in Domino. ᶜChristo MS. Hier. G.q.a.
[21] Confidens in obediẽtia tua
scripsi tibi: sciens quoniam &
super id quod dico, facies.
[22] Simul

14 Ex necessitate.] *coactum.*

15 Forsitan.] *Ex euentu causam coniectandã proponit, vt videatur illa fuga nõ mala mẽte, maloq; animo dominum offendendi, sed meliore consilio suscepta: quod si hoc non prius instituerat seruus; tamen vt succederet, diuina prouidentia effectum est.*

16 Et in carne.] *Quod non ex Israëlitis esset Onesimus, sed ex Gentibus, ex quarũ etiam genere Philemon erat: nam iuxta præcisam sacrorum authorum partitionem, bifariam tantùm diuidebantur populi, in circuncisionem & præputium, ex illo oraculo: Duæ gentes sunt in vtero tuo, &c.*

17 Socium.] *κοινωνόν. Si quicquam mihi impertiri decreuisti, id huic impertitum esse cupio, ac si ego ipse essem cui beneficium communicares.*

18 Si autem aliquid nocuit.] *Antitheton pulcherrimum. ita, inquit, meam vicem cum hoc mutatam volo, vt si quid mihi tribuere velis officij aut beneficij, illi tribuas: contrà verò, si quid ille tibi debet, id totum mihi in nominibus adscribas, idq; ego non per procuratorem vel institorem aliquem, sed propria manus syngrapha recipio, & persoluturum me polliceor, & non ponendum in nominibus debitorum erga me tuorum: in quibus illud magnum est, quod te mihi debes.*

20 Ita frater.] *Peroratio cum dulcissimo affectu. equidem in varia ac multiplici multorum eloquentiæ seriæ professorum lectione non memini me videre breuius, grauius, suauius, & efficacius persuasionis exemplum. O Diuini Spiritus admirandam scholam!*

22 Simul autem & para mihi hoſpitium. nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. 23 Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, 24 Marcus, Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores mei. 25 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro.

AMEN.

In Cœnobio regio D. Laurentij, anno M. D. LXXXVI.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam D. Pauli ad Hebræos ELVCIDATIONES.

PRÆFATIO BREVIS.



PISTOLAM *hanc ad Hebræos, cùm omnis ab initio Chriſtianæ diſciplinæ, hoc eſt, Apoſtolorum muneris, quorum ætate Chriſtianum nomen increbeſcere cœpit, Eccleſia vt Canonicam & Apoſtolicam planeq́; diuinam ſuſceperit, ſuſpexerit, & probauerit, atque communi ferè omnium conſenſu, Pauli nomine & authoritate inſignitam, per omnes ætates nationibus tradiderit cunctis: mirandum ac vehementer dolendum eſt noſtro ſeculo, quibuſdam (doctis aliàs) viris, & vti credi par eſt, Chriſtianæ pietatis ſtudioſis in mentem incidiſſe, hanc ad dubiorum authorum catalogum reuocare, duplici tantùm argumento præcipuè inductis (nã præter duo hæc, cætera omnia leuia ac nullius ad perſuadendum momenti cenſentur.) Alterum quidem ex Apoſtoli huius more & conſuetudine petitum eſt, quod vrgere magis videtur. Alterum verò ex orationis filo atque ſtylo, quo tota Epiſtola contexta apparet. Atque prioris argumentationis illa ſumma eſt: Solemne ac perpetuum Paulo eſt in omnibus Epiſtolis, non ſolùm ad Eccleſias publicè à ſe conſcribendis, verùm ad ſingularem aliquem*

 virum,

virum, vel communi de causa, vt ad Timotheum & Titum; vel de priuato argumento, vt ad Philemonem datis, suum in primis nomen appellari ac profiteri: quod non gloriæ vel arrogantiæ causa factum credimus, sed authoritatis atque attentionis apud lectorem firmandæ. hoc exemplum, in cæteris omnibus Epistolis perpetuum, hæc vnica cùm requirat, Paulum authorem non censetur agnoscere. Altera verò ita instituitur ratiocinatio: Certum quoddam atque familiare Paulo, in omnibus sibi adscriptis Epistolis, orationis atque dicendi genus perpetuò obtinetur, quo eadem rerum copia, maximè ex præcipuis cùm repetitur (repetitur autem sæpissimè) iisdem ferè verbis pronuntiatur, simillimis illustratur sententiis, & figuris omnino atq. tropis paribus exornatur; à quo genere lõgè huius Epistolæ & argumentũ abest, & oratio omnis differt, adeò vt neque exordium ipsum, neque argumentandi formulæ aliarum Epistolarum aliquod instar habeat, quod eidem authori, suiq; minimè oblito, cui aliæ tribuuntur omnes, & hanc concedendam vincat. Hæc argumentorũ atque argumentationum summa est, qua quidã Pauli iuri erga hanc Epistolã derogare conati sunt: quibus, vti nimiam curiositatem fortaßè adscribere poßumus, ita contrà satis attentam, in vtroque argumentorum perlustrando loco, minimè concedimus diligentiam. Nam principio certæ & probatæ artis (quam quidam ex his sibi non ignotam persuadent) erat personarum officia & munera ac rationes cæteras obseruatas comparauiße, temporum quoque occasiones & opportunitates cognitas perspectasq; habuiße, deinde rerum ipsarum pondera & momenta probè examinata composuiße, atq; omnia hæc diligenter expensa, ad orationis atq. styli genus relata, iudicij ferẽdi causa producere, & maturè cõsiderata statuere. Nec enim personarũ omniũ eadẽ promiscuè agẽdi vel potestas vel ratio est, vel oratio præscribi eadẽ debet.

Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus & hospes,
Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quæ
Partes in bellum missi ducis, ille profectò
Reddere personæ scit conuenientia cuique.

Atque hoc egregium præceptum, ab ipsa rerum natura profectum, quisquis accuratè teneret ac mente agitaret, quam nam personã Paulus in hac & in aliis Epistolis ageret, primùm intelligere studens, cognosceret multiplicem causam subeße, quamobrem in aliis scribentis nomen profiteri oportuerit, in hac verò non expedierit. Primùm constaret, viro huic datas eße præcipuè partes Apostolatus apud Gentes obeundi & exercendi: cùm alij, quanquam pluribus gentibus doctrinam suam communicare poßent,

tamen

tamen Apostolatus munere apud Iudæos Israëlitasq́; fungerentur, vt Iacobus, qui & præsens Hierosolymis Euangelium docebat, & Epistolam catholicam quidem illam scripsit, sed duodecim tribubus quæ in dispersione sunt, destinauit. Petrus electis aduenis dispersionis Ponti, &c. priores mittebat literas. Paulus autē nunquā Iudæorū appellatus est vel Apostolus vel doctor, sed vtrumque cognomentum Gentium præcipuè causa accepit. Namque aliud est nomen Christi portare, quod non solùm sermonibus vel publicis vel priuatis, sed rebus etiam agendis & incommodis perferendis portatur & propagatur; aliud verò doctorem & Apostolum agere, quod nemini contigit nisi singulari authoritate ad eam rem adornato & instructo, vt aliquando, Deo nobis propitio, de Apostoli officio differentes, explicabimus. Quicunque verò doctor Apostolusq́; constitutus esset, ille ex muneris authoritate & nomen præscribere in Epistolis suū & iis ad quos scribebat, nō solùm suadere sed præcipere iure poterat, quod & Paulus ipse ad Philemonem scribens apertè docet: Multam, inquit, fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, propter charitatem magis obsecro. Igitur cùm nec Apostoli nec doctoris munere apud Hebræos fungeretur Paulus, nec nomen profiteri suum, nec præceptoris orationem vsurpare debuit. ac præcipuè cùm ipse discipulorum omnium Christi maximè esset inuidiosus, quippe qui nō, vti cæteri Apostoli, à principio adhæsisset Christo, sed Christi nomine infensissimum sese initio præbens, obsequentissimum deinceps dedidisset, & acceptum à Synagoga Apostolatum in ipso legationis itinere, vt illis censebatur, prodidisset (siquidem synagogæ Apostolus ipse fuerat, vt suo loco ostendemus) quamobrem in Christi familiam conciliatus, Apostolatum quidem suscepit, verùm non ad eos quorum nuper fuerat Apostolus, sed ad Gētes, quarum & doctor institutus fuit. Alij autem Apostoli suum ab initio munus apud Israëlitas præcipuè exercere, ac deinceps semper cōseruare iussi sunt: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ite potius ad oues quæ perierūt domus Israël. Quonam pacto hi postea ad Gentes missi fuerint, alterius disputationis est aperire. Potuit autem Paulus, & quicunque alius Pauli studio atque mēte affectus, Christianæ doctrinæ rationes Iudæis differendo indicare, potuit monendo ac suadendo insinuare, atque obsecrando ad ipsorum salutē commendare. Consiliarij denique vel disputatoris atque monitoris officium facere potuit, cuius oratio non ex persona authoritate, sed ex argumenti atq; sententiæ veritate, fidem & beneuolentiam legentium postularet. id igitur quod potuit, magna cura, sedulitate ac diligentia multa, se (vtpote Gentis suæ studiosissimum) agere ac perficere conari idem ipse apud Gentes con-

fessus & professus est, Vobis dico Gentibus, quamdiu quidem. Igitur quod potuit, diligenter Paulus facit, hoc est, ministerium honorificat suum, τ̃ διακονίαν, ministrationem, inquam, suam, non qua, vt Apostolus & doctor præcipere poterat, sed qua inseruire ac ministrare poterat iis quos tantopere diligebat, quorumq́ studebat saluti, ita vt ipse ait, omnia omnibus fiebat vt aliquos lucrifaceret, Iudæis Iudæus, adeò vt ipse tanquã vnus ex Iudæis, purificationis dies, quorum vmbram iam per Euangelium abolitam nouerat, tamen annuntiaret publicè, atque hac occasione de vmbra illius luce & corpore ageret. Quamobrem Epistolam hanc ab ipso non tanquam Iudæorum Apostolo, sed tanquam vno ex Iudæis, qui de sacrorum scriptorum veritate dissererent, & in communi consulerent, conscriptam intelligimus: ideoq́ nec authoris nomen requirere, nec Apostolatus desiderare titulum, tantumq́ argumenti atque argumentationum authoritate & pondere instructam, fidem & probationem apud Iudæos sibi adstruere. Quod verò de orationis genere atque stylo obiicitur, nihil ad eleuandam Epistolæ authoritatem, vel Paulo detrahendam momenti habere, tum ipsa rerum ratio & tractanda materies arguit, tum etiam Hebraicæ, hoc est, Syricæ linguæ, qua illam à Paulo conscriptam & omnes fatentur & res ipsa comprobat, forma & facies apertè docet. Nam quamquam Christi Iesu mysterium & beneficium huius Epistolæ, vt & cæterarum, argumentum contineat; tamen tractationis occasio alia aliam orationis postulabat formam, quam in Elucidationibus vtcunque indicantes, nihil ab aliarum Epistolarum significatione atque virtute, vel rerum pondere vel verborum delectu, hanc minus habere ostendemus.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

MAGNAM Hebræorum illius tempestatis, tum magistrorum, tum discipulorum vulgò offensionem ac turbam mouerat opinio, quæ de Euangelij Christi doctrina disseminata erat: nimirum illius doctrina antiquitatem authoritatemque omnem totius Mosaicæ legis cum ritibus ceremoniisque suis aboleri. idque ingentem populi aduersus Apostolos, cæterosque Christi discipulos, cùm imperfectiores tum sanctos excitabat inuidiam, non sine imperfectiorum cõmotione aliqua, quos partim rerum perplexitas, vti videbatur, ex nouitate nata, partim potentiorum infestatio & crudelitas etiam à conrẽto ac recto Euangelicæ disciplinę cursu interdum detinebat. horum animos adhortãdi cupidus Paulus, vera antiquorum rituum ratione & institutione cum Iesu Christi veritate cõparata, instruendos suscipit, instructosque, quanquam breuiore sermone, sententiarum tamen numeris ac ponderibus solidissimo, ad certamen omne pro eadem veritate, proque sua ipsorum salute fortiter sustinendum efficacissimè hortatur.

CAP.

CAP. I.

A MVLTIFARIAM
multisque modis
olim Deus loquēs
patribus in Pro-
phetis: [2] *nouissimè dieb' istis
locutus est nobis in Filio, quē
constituit hęredem vniuerso-
rum, per quem fecit & secula:
[3] qui cùm sit splendor gloriæ,
& figura substantiæ eius, por-
tansque omnia verbo virtutis
suę, purgationem peccatorum
faciens, *sedet ad dexteram
maiesta-

*nouissimis MS. C. 1.

Sap 7, 16.

*sedit 1 MS. C.

IN CAP. I.

1 Multifariam] *ad numerum referendum. Sapè, inquit, Deus patres nostros Israëlis filios allocutus est, ex quo primùm Mosen in Ægyptum misit cùm libertatis legatione: nam & per hunc illos sæpissimè & per alios etiam vates allocutus est, vario allocutionu & vaticiniorum genere ac modo, nunc os ad os conueniens, nunc per somnium, interdum per visionem, aliquando per Angelum humana specie conspectum. ita tamen vt semper Prophetas voluntatis suæ interpretes & internuntios adhibuerit. Hoc olim factum nouimus.*

2 Nouissimè,] *nuper, his postremis diebus, qui antiquorum temporum & seculorum finis & noui seculi initium fuere.*

In Filio,] *Deo & homine.*

Quem constituit.] *vt Deum & hominem simul, nam vt Deus hæres ac dominus ab æterno fuit omnium quæ ab ipso possidebantur, & quæ per ipsum facienda erant demumq; facta sunt secula, tam antiqua quàm noua, per ipsum, inquam, vt Deum.*

3 Splendor gloriæ.] *In quo omnia lucent quæ in Patre laudantur, hoc est, quantum ad efficacitatem; quantum verò ad naturam ipsam, figura est substantiæ eius χαρακτὴρ character ab illo impressus, qui eandem substantiam tenet quàm is qui imprimit.* Verbo virtutis,] *Verbo potenti suo. nam cum ipse sit Verbum Dei, & Deus idem omnia quæ sunt, suo Verbo fert, producit, gerit, & gubernat. S. S. E. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Omnia hæc quæ de Filio hic enuntiantur vocabula, ad humani captus tenuitatem à solis natura & efficacitate translata sunt, quæ qui quemadmodum habeant ignorauerit, translationis rationem & collationem non plane intelliget. sed nunc non vacat de natura solis disserere. Hæc de primis Filij Dei partibus & muneribus, hoc est, de virtute & authoritate creandi & gubernandi omnia per Verbum suum, hoc est, per seipsum, qui Verbum Patris est. Deinceps de alteris partibus ab eodē Filio eiusdem Verbi virtute susceptis & præstitis. ita intelligimus Græcè illud, δι' ἑαυτοῦ, τουτ' ἐστὶ τοῦ ῥήματος.* Purgationem.] *Idem qui conditor fuit, rerumq; conditarum author vti Verbum fuit, idem etiam hominum, qui à conditionis suæ statu & puritate deciderāt, purgator exstitit: idem creator, idem recreator; idem generator, idem regenerator; idem primus hominum possessor, idem abalienatorū à se postea redemptor.* Peccatorum] *nostrorum. ita Græca lectio exponit.* Faciens.] *Iam facta & semel in consummationem seculorum perfecta, quod ad suam efficientiam attinet, purgatione. ita explicandum Latinum participium* faciens, *referendumq; ad aoristum, quo Latini carent, ποιησάμενος.*

Sedet,] *perpetuam tenens efficacitatem, virtutem & authoritatem, vtpote qui ad dexteram iam consedit illius magnitudinis amplissimæ quæ in excelsis est, vnde omnia alia deducuntur ac deriuantur. ad quem gradum nullus vnquam spirituum aliorum euectus est: cumq; antea imminutus fuisset paulo minus ab Angelis, quia homo mortalis erat; nunc iam post absolutam & perfectam*

perfectam expeditionem suam, omnibus Angelis tanto præstantior extat, etiam qua homo est, quanto filij legitimi atque in familia nati seruis & ministris excellunt. hoc conquisitis ex sacra lectione testimonijs confirmat Paulus, vtpote qui cum Hebræis agit, quibus curæ erat prophetico sermoni attendere, & obseruare an hæc ita haberent.

6 Et cùm iterum.] *Vocula* iterum *coniungenda verbo* dicit. *&* *ait rursus in Psalmo illo quo aduentus regni Filij Dei in habitabilem terram repræsentatur, &c.*

maiestatis in excelsis: 4 tantò
melior Angelis effectus, quan-
tò differentius præ illis nomen
hæreditauit. 5 Cui enim dixit B
aliquando angelorum, Filius *Psal. 2, 7.*
meus es tu, ego hodie genui
te? Et rursum, Ego ero illi in *2 Reg. 7, 14.*
patrē: & ipse erit mihi in filiū?
6 Et cùm iterū introducit pri-
mogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes *Psal. 96, 8. Psal. 103, 4.*
Angeli Dei. 7 Et ad Angelos quidem dicit, Qui facit Angelos
suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis. 8 Ad Filium C
autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquita- *Psal. 44, 7.*
tis, virga regni tui. 9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem:
propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis prę par-
ticipibus tuis. 10 Et, Tu in principio Domine terram fundasti: *Psal. 101, 16.*
& opera manuum tuarum sunt cęli. 11 Ipsi peribunt, tu autem
permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. 12 Et ve- D
lut amictum "mutabis" eos, & mutabuntur: tu autem idem *"inuolues 1 MS. G. S.*
ipse es, & anni tui non deficient. 13 Ad quem autem Angelo-
rum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque po- *Psal. 109, 1. 1 Cor. 15, 25*
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 14 Nōne om-
nes, sunt administratorij spiritus: in ministerium missi pro-
pter eos qui hæreditatem "capient" salutis? *"capiunt MS. Q. R. S. Q. B.*

In cap. II.

1 Propterea.] *Totius argumentationis complexionem huius capitis initium continet. est autem argumentatio integra hoc pacto: Quacunque Deus promisit, ea oportunè præstat iis, qui promissis fidem atque præceptis illius obsequium & studium adhibuerint: promittere autem & præcipere solere Deum, in confesso omnibus est, quicunque sanctorum scriptorum non sunt inscij: præstitisse verò & præstare solere, quæ pollicitus est Deus, ex eorundem scriptorum patet narrationibus, atque ex constante apud nos notitia. ita concludimus, & Deum populo suo oracula fundere per Prophetas, idq; ministerio Angelorum, & oracula illa euentu confirmari. atq; hæc prima instituta dissertationis pars est: (nam bimēbris est hæc à Paulo instituta disputatio.)*

Altera

Cap. II.

1 PRopterea abundantius A
oportet obseruare nos ea
quæ

Altera verò pars ex huius instituitur similitudine & comparatione: Vt olim Deus Prophetarum officio, Patres allocutus est, ita nunc nos ipsos, qui hoc seculo agimus, non Prophetarum tantùm sermone, sed proprij Filij legatione est allocutus. Cuius Filij legatio & promissa nobis & praecepta attulit; igitur vt illis per Prophetas factis promissis, illisq́; praeceptis fidem & obsequium praestari oportuit ab iis ad quos illi demandabantur; sic etiam hoc tempore huic nouae legationi & fidem & obauditionem praebendam esse consequitur. quòd si illis magna & plena haec adhibebantur, his nunc maiora & pleniora postulantur, cùm ex legati comparatione, tum etiam ex argumenti in legatione explicati praestantia: namque olim qui primas in illis mandatis partes apud homines agebat, non erat Deus, hoc est, natura diuina ipsa; sed Angelus quispiam à Deo ad Vatem aliquem instruendum missus, deinde Vates Dei per Angelos mandatum ad homines perferebat. ita longo personarum interuallo Dei ad homines, hoc est, ad Patres nostros deducebatur sermo. Nunc verò non iam Patribus, quibus per Prophetas abundè quod illa postulabant tempora consultum fuit, sed nos Deus ipse alloquitur, non virorum Prophetarũ legatione, sed Filij proprij alloquio & sermone, non Angelorum ministerio, sed suo ipsius Dei Spiritu; cuius figura substantiae & lucis splendor Filius hic est. Quòd si antiquae illae legationes & allocutiones certam & firmam audientium fidem, & diligentem postulabant obaudientium operam, omnia haec huic nouae Filij Dei legationi excipiendae pleniore nobis cura ac studio adhiberi oportet, propter summam legati authoritatem & legationis praestãtiam. quippe responsa illa omnia antiqua corporalem & externam mortalis huius vitae salutem, libertatem & felicitatem spectabãt, reapseq́; obseruatoribus afferebant: quae animorum verae atque vltimae felicitatis facultatem & vsum non tam praesentem exhiberent, quàm expectandum significarent. Nunc verò postrema hac legatione, non de hisce natura sua fluxis & caducis corporum atque vitae huius commodis, sed de vera animorum felicitate, de caelestis regni communicatione, atque de consequenti has demum carnis resurrectione aeternáque gloria agitur.

quæ audiuimus: ne fortè per-effluamus. [2] Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit

Ea quæ audiuimus] *à Filio nunc ad nos misso, tenere, continere, atque conseruare.*

Pereffluamus.] *Extra hunc nobis nunc allatae copiosè salutis alueum praeterlabentes pereamus, παραῤῥυῶμεν.*

2 Qui per angelos.] *Perstat in contentione, firmoq́; argumentationis huius argumento: Si sermo per Angelos, minoris dignitatis compotes ministros, erga eos quibus est denuntiatus, nusquam non efficax fuit, cùm tamen longissimè minoris ponderis atque pretij legationum illarum materia esset; consentaneum est, plurimis nominibus efficaciorem fore postremam hanc de salute publicâ legationem, tam in iis qui repudiauerint, quàm in iis qui susceperint.* Factus est firmus.] *Legationum antiquarum duo summa fuêre capita, alterum veritas & constantia Dei in promissis praestandis iis qui crederent, & proposita sequerentur praecepta; alterum verò animaduersio, iis qui sese incredulos vel contumaces praeberent praedicta. Namque lex & prophetiae benedictionem & maledictionem proponebant, quae cùm iis quibus denuntiabantur euenissent, effatorum Dei constantiam & veritatem exemplis ostendebant apertissimis. ad alteram partem oratio haec refertur.* Factus est firmus.] *Graecum verbum & firmum & manifestum significat, firmatus & manifestatus est sermo promissis praestandis. Alteram verò partem, animaduersionis videlicet in incredulos vel contumaces, illa oratio exponit,* Et omnis præuaricatio & inobedientia. *&c.*

 3 Quo-

cepit iustá mercedis retributionem: [3] quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem: quæ cùm initiũ accepisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, [4] cõtestãte Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secũdum suam voluntatem. [5] Nõ enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. –2 MS. e.s.

3 Quomodo nos.] *Contentionis complexio est pluribus excessibus cõmunita. Primò, quòd salus hæc recèns allata animis, illa salute Aegyptiaca & aliis eiusmodi exemplis ad vitæ huius temporale commodum referẽdis, vltra omnem comparationem sit maior. deinde, quòd maiorem ac digniorẽ ministrum & authorẽ agnoscat: nam idem qui minister & legatus fuit, idem author etiam illius est.*

Cùm initium accepisset.] *Huius lectionis series & ratio sic habet: Iesus primùm fuit pœnitentiæ præco, cum expositione causæ; Quia instat tempus, & appropinquauit regnum cælorum, &c. deinde mortuus, sepultus, & suscitatus, publicæ salutis negotium peregit. post hæc discipulos docuit, oportere se ad Patrem redire, salutis illius pignora & exempla ipsis communicanda cælitus missurum, quæ reuersus in cælum manifestè misit, illisq; cõmunicauit, quo-*

4 *rum etiam testimonio, vt publicè crederetur, adiuncta est diuinorum sigillorum authoritas, quorum summa in vltimo Euangelij secundum Marcum capite subducta est, atque hoc loco ab Apostolo in quatuor capita redigitur,* Signis, portentis, *&c. sed quartum singularẽ obseruationem postulat, quod tertij membrum est: hoc est,* Et Spiritus sancti distributionibus, *de quibus in prima ad Corinthios agebamus. itaque vt illa prius indicata ad veteris Testamẽti confirmationem producta fuerant, ita etiam quatuor hæc diuinorum sigillorũ genera ad noui comprobationem Testamenti à Deo Domini Iesu Christi Patre producta sunt.*

5 Non enim.] *Docet oportuisse nouam rationem altiusq; repetitam iniri, ad veritatẽ Dei præstandam. Nam cùm scriptura solui non possit, sed suas omnino partes plenè absolutas postulet, sententiam illam decantatissimam, quæ prophetici spiritus testimonium præfert, reapse præstitam decuit. Quid est homo, &c. Minuisti eum, &c. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti, &c.* OMNIA *subiecisti, &c. Hoc autẽ ad Angelos non pertinere, & ipsa naturæ rerum creationis historia apertè docet, & Vates nominatim excepit; non enim aiebat, Quid est Angelus quòd memor, &c. sed, Quid est homo. deinde, Minuisti eum paulo minus ab Angelis. Itaque non de Angelis, sed de homine oraculum illud ac testimonium pronuntiatum est. Atqui primi seculi, hoc est, primæ generationis, homini nunquam plenè conuenit, namque hæc omnia in vnum conuenisse oportet, Minutum esse paulo minus ab Angelis, gloria deinde & honore coronatum, super opera manuum Dei constitutum, omnia sub pedibus illius subiecta esse. Hæc nulli mortalium, qui hactenus fuerunt, simul tradita conspicimus: non enim quispiam hactenus super opera manuum Dei constitutus fuit; cùm & homines & Angeli opera manuum Dei sint. item nulli hactenus omnia subiecta fuisse constat; mors enim nec infernus nec sepulchrum, & quæ ad hæc pertinent, nemini subiecta hactenus fuere: & tamen nihil ab hac subiectione excipiendum fuit ei de quo hæc decantata fuerant. oportuit igitur nouum aliquem hominem mortalem extare, qui paulo minus ab Angelis minutus primùm, deinde gloria & honore coronaretur, siue ambiretur ac circundaretur. aliqua altera generatio, alterum seculum erat illud de quo agebatur;*

B mur. 6 Testatus est autem in
Psal. 8, 5. quodā loco quis, dicens, Quid
est homo quòd memor es ei? :
aut filius hominis quoniā vi-
sitas eū? 7 Minuisti eum pau-
lominus ab Angelis: gloria &
honore coronasti eum, & con-
stituisti eum super opera ma-
Matt. 28. 18. 1 Cor. 15, 26. Ephes. 1, 22. nuum tuarū. 8 Omnia subie-
cisti sub pedibus eius: In eo
enim quòd omnia ei subiecit:
nihil dimisit non subiectū ei.
Nunc autē necdum videmus
Phil. 2, 8. omnia subiecta ei. 9 Eum au-
C tem qui modico quàm Ange-
li, minoratus est, videmus Ie-
sum propter passionem mor-
tis, gloria & honore corona-
*χάριτι. tum: vt *gratia* Dei, pro omni-
bus gustaret mortem. 10 Dece-
bat enim, eum propter quem
omnia, & per quem omnia,
qui multos filios in gloriā ad-
duxerat, authorem salutis eo-
*passiones 6 ms.c. s. *cōsummari ms q. rū, per *passionē* *cōsummare*.
11 Qui

agebatur; alter, inquam, terra siue orbis ab illo prioris generationis longè diuersus, quem futurum Vates prauiderat. huius seculi & orbis Pater IESVS Christus extitit Dei Filius. hic summus differenda huius rationis cōtextus est.

8 Necdū videmus omnia subiecta ei.] *Priorum seculorum, priorumq́; generationis homini.*

9 Propter passionem mortis.] *Nā Iesus etiam vt homo, non minor Angelis erat dignitate, vtpote Altißimi Filius, ac de Spiritu sancto conceptus: minoratus autem fuit, quòd tantus existens, ad mortem vsque humiliatus fuerit, à qua Angelorum aliena natura est: verùm humiliatio hac, maxima compēsata est gloria, propter superatam sua morte humani generis mortem, propter partam & communicatam hominibus vitam. itaque breuis illa minoratio amplitudinis maximè gloriam iis peperit, quorum caput est is qui prius minoratus, postea exaltatus extitit, nomenq́; reportauit quod est super omne nomen.*

Gratia Dei.] *qui ita dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret redemptionē pro omnium debitis: omnes enim aterna morti obnoxij fuerant, & primi parentis culpa, & priuatis sui ipsorum criminibus. igitur ille prioris generationis cōmunis parēs, vti caput, mortē à se contractam in mēbra omnia diffudit. atque vt ille sese primùm condere atq; in lucem proferre non potuit cùm nondum fuisset; ita nec pòst ab allata sibi morte eripere atque in vitam restituere potuit: quare decuit has partes ab eo suscipi, per quem & propter quem omnia primùm fuerant facta, & sine quo factum est nihil quod factum est. Vt non solùm eorum qua fieri possunt author esset, sed eorum qua perirent restitutor, vt in quo vita erat, & vita erat lux hominum. Decuit eundem authorem salutis atque aterna vita à Deo constitui iis, quos non iam veteris Adami, sed Patris sui Dei filios efficiens in gloriam adducebat.*

10 Adduxerat.] *Præsentis temporis notationem habet, ἀγαγόντα adducentem.*

Consummare,] *perfectos facere, extincta ipsorum morte, atque sua iisdem communicata vita: itaque oportebat illum hominem esse, & caput eorum quos membra sua facturus ac dicturus erat.*

11 Qui enim ſanctificat.] *Prudenti inſinuatione ſummam quæſtionem ac præcipuam tractare occipit. Nam quæſtio de Sacerdote ac Sacerdotis miniſterio erat, cuius veram rationē Chriſto Ieſu conuenire Apoſtoli ac Paulus maximè prædicabant, idq́; Iudæi grauiſſimè ferebant. eſt autem argumentationis prima forma hæc in ſummam redacta. Sacerdos à Deo ſanctificatur, vt ſuo miniſterio alios ſanctificet. ille ſanctificat (propriè dicendo) non quoſlibet aut quaſlibet res, ſed homines fratres ſuos ex Iſraëlitarum genere. igitur & qui ſanctificatur à Deo, & quos hic ſanctificatus ſanctificat, ex vno genere ſunt omnes, vt in ſanctificationū ac benedictionum legibus obſeruare eſt. atqui Ieſus conſtitutus eſt à Deo ſanctiſſimus, vt alios ſanctificaret. quos nam? nempe ex ſuo genere homines, quãobrem & ipſi à Prophetis inductus, homines fratres ſuos appellat. Hæc prima argumentationis pars argumentis ex ſacro eloquio petitis corroboratur: quæ & ſua ſpōtè efficaciſſima ſunt, & apud Iſraëlitas primas tenent. primùm ipſum ſanctificatū eſſe à Deo illa authoritate firmatur,* Ego ero fidēs in eū. *deinde fratres, hoc eſt, homines ipſi ſanctificandos cōmiſſos, illo alio loco,* Ecce ego & pueri mei. *Atque hoc loco oportunè ſubindicat admirabile illud arcanū humanæ ſanctificationis ab Eſaia prædictum, & à Chriſto in ſanctiſſima illa legali pariter & communi cæna in Sacramento atque in ſpiritu & vita effectū: de quo nos quædam in Euangeliorum Elucidationibus obſeruanda ſcribebamus, atque illinc petenda monemus, donec Deus plura de his annuat.*

11 Qui enim ſanctificat, & qui
ſanctificantur: ex vno omnes.
Propter quam cauſam nō cō-
funditur fratres eos vocare,
12 dicens, Nuntiabo nomen *Pſal. 21, 23.*
tuū fratribus meis, in medio
Eccleſiæ laudabo te. 13 Et ite-
rum: Ego ero fidens in eum. *Pſal 17, 3.*
Et iterum: Ecce ego & pueri *Iſaia 8, 18.*
mei: quos dedit mihi Deus.
14 Quia ergo pueri commu-
nicauerunt carni & ſanguini,
& ipſe ſimiliter participauit
eiſdem: vt per mortē deſtrue- *Oſee 13, 14. 1 Cor. 15, 54.*
ret eū qui habebat mortis im- D
perium, id eſt diabolum: 15 &
liberaret eos qui timore mor-
tis per totam vitam obnoxij
erant ſeruituti. 16 Nuſquam
enim angelos apprehēdit: ſed
ſemen Abrahæ apprehendit.
17 Vnde debuit per omnia fra-
tribus ſimilari: vt miſericors
fieret & fidelis pontifex ad
Deum,

14 Communicauerunt carni & ſanguini] *ipſius à quo ſanctificandi erant, & ipſe ſanctificator* ſimiliter participauit eiſdem, *carni videlicet & ſanguini ipſorum, vt qui ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno ſint omnes.* Per mortem] *ſuam, quam pro omnibus guſtauit, ipſorum mortem ſuſcipiens quibus vitam communicauerat ſuam.* Diabolum,] *qui per peccatum regnabat in mundo.* 15 Timore mortis] *Æterna.*

16 Semen Abrahæ.] *Homines qui inſtar Iſaac promiſſi atque filij fidei erant.*

17 Per omnia.] *Vt mortalem ſe ſiſteret, & vt illis ſuam vitam communicaret, illorum in ſe ſuſciperet mortis debitum & ſeruitutem extra peccatum proprium, illis ſuam libertatē impertiretur.* Miſericors fieret.] *Ex ſenſu miſeriæ illorum à ſe vltro ſuſceptæ, à qua tamen ipſe ſua natura alienus erat: atque ita fidelis Pontifex ad Deum factus eſt, vt qui Deo eſſet chariſſimus*

Deum, vt repropitiaret deli-
cta populi. 18 in eo enim in
quo passus est ipse & tentatus:
potens est & eis qui tentan-
tur auxiliari.

Cap. III.

A Vnde 1 fratres sancti, vo-
cationis cælestis partici-
pes, cõsiderate Apostolum &
pontificẽ confessionis nostræ
Christum 6 MS.G.S. Iesum: 2 qui fidelis est ei qui
Num 12,7. fecit illum, sicut & Moyses in
omni domo eius. 3 Amplioris
enim gloriæ iste præ Moyse
dignus est habitus, quãtò am-
pliorẽ honorẽ habet domus,
qui fabricauit illam. 4 Omnis
namque domus fabricatur ab
aliquo. qui autem omnia crea-
uit,

rissimus Filius, & cui homines essent charissimi fratres, atqueita & misericordia ad procurationem, & virtute ad reconciliationem & sanctificationem instructus fuit.

In cap. III.

1 Fratres sancti.] *Quamquam tota Epistola ad totam Hebræorum rẽpublicam destinata sit, eius tamen argumentorum pars quædam eos spectat, qui ex illa gente iam Christum acceperant, & donati fuerant potestate filios Dei fieri; eos, inquam, qui crediderant in nomine eius, atque ex Deo nati erant. hos itaque, vt suæ sortis compotes ac participes, gratulabũdus interdum alloquitur Paulus, & communis commonet sortis, contestesq; aduocat veritatis atque virtutis Iesu Christi, vt hoc loco: interdum verò sermo ad imperfectos & ad eos qui nondum receperant Euangelium, in eoq; hærebant: nonnunquam ad vtrosque pertinet.*

Apostolum.] *Moses quondam binas partes à Deo acceperat apud populum agendas; alteras legati ad denuntiandam libertatẽ; alteras Pontificis ad deducendos ex captiuitate Israëlitas, in libertatẽ asserendos, legibus instruendos, moribus instituendos, sacris initiandos, atque adeò Sacerdotes ipsos consecrandos: Primus enim ille harum actionum Sacerdos fuit. S.S.E. Moyses in Sacerdotibus eius. ipse autem dixerat Prophetam à Deo suscitatum iri, similem sibi Prophetam, id est, qui & bonum salutis afferret nuntium, & salutẽ ipsam efficeret, & leges daret, & sacrificium faceret, & Sacerdotes constitueret. binas has partes, quas Moses in vmbra, hoc est, in externa illa salute ac libertate fideliter expleuerat, à Christo fidelissimè præstitas in salutem internam vitamq; æternam docere volens Paulus, sanctos qui apud Hebræos erant, ad commune testimonium apud cæteros reddendum citat, declarans maiore gloria dignum esse Christum Iesum quàm Mosen, propter naturæ atque conditionis dignitatem, & propter salutis huius noua ab eodem annũtiata primùm, deinde præstita excellentiam. Vocat autem Iesum Apostolum, ex prioris muneris ratione, quem alio loco circuncisionis ministrum fuisse dicit, hoc est, legatum à Deo ad salutem denuntiandam, sicut promissum fuerat: Et Ierusalem Euangelistam dabo. Eundem etiam Pontificem salutis prædicat, atque vtriusq; rei confessionem ipsis communem confirmationis causa commemorans, laudat; cuius confessionis illa summa est, Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi.* 2 In omni domo.] *In Ecclesia quõdã antiqua fidelis fuit Moses, cuius Ecclesiæ Moses nõ author sed minister fuit. noua autẽ Ecclesiæ Christus fuit & minister & author, qui etiã & illius antiquæ Gẽtis Ecclesiæq; author fuit, per quẽ & in quo & propter quam omnia facta sunt.* 4 Qui autẽ omnia creauit, Deus est,] *& Christus est Deus, ergo ipse est creator vt Deus.*

uit, Deus est. [5]Et Moyses qui-
dem fidelis erat in tota domo
eius tãquam famulus in testi-
monium eorum quæ dicenda
erant: [6]Christus verò tãquam B
filius in domo sua: quę domus
sumus nos, si fiduciam & glo-
riam spei vsque ad finem, fir-
mam retineamus. [7]Quapro-
pter sicut dicit Spiritus san-
ctus, Hodie si vocem eius au- Psal. 94.8.
dieritis, [8]nolite obdurare cor-
da vestra sicut in exacerbatio-
ne secũdum diem tentationis
in deserto, [9]vbi tentauerũt me
Patres vestri: probauerunt &
viderũt opera mea [10]quadra-
ginta annis. Propter quod in-
fensus fui generationi huic, &
dixi, Semper errant corde. Ipsi
autem non cognouerunt vias
meas, [11]quibus iuraui in ira
mea, Si introibunt in requiem
meam. [12]Videte fratres, ne for- C
tè sit in aliquo vestrũ cor ma-
lum, incredulitatis, discedendi
à Deo viuo. [13]sed adhortami-
ni vosmetipsos per singulos
dies, donec Hodie cognomi-
natur,

5 In testimonium eorum.] *Mosi à Deo arrogata fuit fides, vt ab his adhiberetur, quorum minister erat constitutus. verùm non illa fides & authoritas fuit, quæ filio adscribi debet, sed summa fides quam bono atq; fideli famulo tribui decet. ita vt quidquid ab illo diceretur, tanquam à fideli famulo, qui cum domino os ad os loquebatur, excipiendum esset, cui qui non crediderunt, suo tamen malo & exitio fidem firmauerunt, pœnis videlicet præuaricationis & inobedientiæ datis. cuius rei exemplum ad nos vsque pertinet maiori etiam studio obseruandum, quod in nostrã salutem cedet, si rectè imitemur: sin secus, in pernitiem; ideoq; illius exempli commemoratione multis pòst seculis à Spiritu sancto admoniti sumus posteri omnes.*

6 Si fiduciam.] *Ad omnes pertinet oratio hæc. Vt legatio & salus illa terrena per Mosen allata, omnibus primùm accepta fuit, qui fiducia & spe concepta nullo dempto & ex Ægypto educti, & per mare traducti in desertũ deducti sunt, liberationem cantantes & celebrantes; verùm multi ex illis postea ob incredulitatem mutatamq; fidem, atque offensionem factã Deo & Mosi Dei ministro ab obtinendæ ac potiundæ in patria quietis promisso deciderunt: ita & nos nunc, quãquam Christi legationem audierimus, quãquam illius virtutem & efficientiam tantis contestatam signis cognouerimus, nisi tamen firma fide & constante spe retineamus, adipisci quam cupimus veram salutem non possumus, quam ille solus effectam præstat credentibus & obtemperantibus. atq; adeò vt permulti ex illis propter suam incredulitatẽ & inobedientiam in solitudine vel interfecti vel quadraginta annorũ spatio extincti ceciderunt, nec promissam obtinuerunt terrenam illam requiem: ita quicunque suo peccato sibi malũ molitus fuerit, à cælestis ac verè diuina (quã Deus suam vocat) quietis ingressu arcebitur.*

13 Donec hodie.] *Quamdiu hoc vobis ad fidem Euangelio habendam, & pœnitentiam rectè instituendam conceditur, ac ex diuina benignitate prorogatur tempus: nam certum exspectationis huiusmodi tempus vobis constituendum esse diuina responsa declarauerant: Date Deo nostro gloriam, anteaquam cõtenebrescere faciat, & offen-*

natur, vt non obduretur quis
ex vobis fallacia peccati. 14 Par-
ticipes enim Christi effecti su-
mus: si tamē initium substan-
tiæ eius vsque ad finē firmum
retineamus. 15 Dum dicitur,
D Hodie si vocē eius audieritis,
nolite obdurare corda vestra
quemadmodū in illa exacer-
batione. 16 Quidam enim au-
dientes exacerbauerunt: sed
non vniuersi qui profecti sunt
ex Ægypto per Moysen.
17 Quibus autem infensus est
quadraginta annis? Nōne illis
Num. 14. 37. qui peccauerunt, quorum ca-
dauera prostrata sunt in deser-
Num. 14, 21. 23. to? 18 Quibus autem iurauit
nō introire in requiem ipsius:
nisi illis qui increduli fuerūt?
19 Et videmus quia non potue-
*in requiem ipsius MS q. runt introire * propter incre-
dulitatem.

CAP. IIII.

A TImeamus 1 ergo ne fortè
relicta pollicitatione in-
troeundi in requiem eius, exi-
stimetur aliquis ex vobis de-
esse. 2 Etenim & nobis nuntia-
tum est, quemadmodū & illis.
sed nō profuit illis sermo au-
ditus, nō admistus fidei ex iis
quæ

& offendatis ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in tenebras & in vmbram mortis. Vt non obduretur.] *Subindicat prædictam à Prophetis indurationem Iudæorū ex iusto Dei iudicio ob cōtumaciæ culpā.*

14 Participes.] *vocatione ab ipso fidelissimè facta, & promisso Patris denuntiato, cuius cōpotes erimus.* Substantiæ,] ὑποστάσεως, *subsistentia fidei & obeditionis, quæ illi debetur ad finem vsque temporis, quo ille suum nobis spiritum communicaturus est; non enim qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. omnia hæc ad præteritorum temporum referuntur exemplum.*

19 Et videmus.] *Quamquam enim initio vocati prodierunt, & promissi diuini communicatione gaudere cœperunt, tamē propter incredulitatem ab obtinenda requie repulsi fuere.*

IN CAP. IIII.

1 Timeamus.] *Collatio vmbræ antiquæ cum præsenti veritatis corpore, adiuncta suasoria monitione. Nam vt illi qui promissum acceperant deductionis, in paratas sibi à Deo sedes, & cum Mose ad Sinam vsque montem deuenerant, tamen propter metum ab exploratoribus incussum turbati, à fide defecerunt, atque ideò ipsorum culpa quietem illam non adierunt, quā Deus non nisi credentibus & obtemperantibus sibi dono dare decreuerat: ita quisquis inter nos à fide tum promissi diuini, tum eius per quem promissum nobis dandum & nuntiatum fuit & comparatum desciuerit, profectò non ingredietur in requiem illam veram.*

2 Non admistus fidei.] *Elegantissima atq; aliàs à Spiritu sancto vsurpata metaphora docet Paulus rationem quemadmodum diuina promissa suum finē assequi & præstare soleant. Vt fructus in agro nascatur, atque ad maturitatem vsque perueniat, non satis est terram esse; illa enim sine cælesti oportunoq; influxu nihil producere, nedum perficere potest. rursus imber influxusq; æthereus quamquam descendat, nisi terra excipiatur, cum illaq; misceatur percommodè, nullū fructum affert, cùm tamen*

sua

sua natura ad proferendum efficax sit, & masculam vim efficientiamq́; habeat, id quod Poëta proprio ipsis philosophandi genere breuiter apteq́; docent:

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magnos commixtus corpore fœtus.

Ad hunc itaque modum diuinorum promissorum maxima & efficacissima virtus eorum quibus illa denuntiata fuerint, fidem postulat, per quam excepta, fructum illum producit, alit, maturat & perficit, quem promissis vis, tanquam semen in se continet, siue libertatem, siue sterilitatis curationem, siue bellorum victoriam, siue aliud quippiam, quodcunque in verbo Dei indicetur, quamquam difficillimum, quamquã natura legibus exemplisq́; negatũ, tamen vbi semel à Deo pronuntiatum à fide tenaciter ac firmiter conceptum fuerit, eueniet demum oportunissimè. S.S.E. Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; sic erit Verbum meum: non reuertetur ad me vacuum, sed in omnibus ad quæ misi illud, prosperabitur: in credentibus videlicet atque obtemperantibus Verbo ipsi: nam aliàs si non commisceatur fidei eorum qui audierint, inefficax erga eosdem existit quorum causa missum fuerat; nõ quod ipsum Verbum Dei sua virtute exciderit, vt alio loco Paulus ait, sed quod ipsi sibiipsis defuerint. Si illi turbati exploratorum sermone, fidẽ promisso diuino detraxerũt, id quod nõ credidere, accepere minimè; rursus verò qui credidere, accepere certissimè & cumulatissimè, vt Iosue & Caleb, &c.

quæ audierunt. [3] Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi "perfectis'. [4] Dixit enim quodam loco de die septima sic: Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus

Psal. 94. 11.
a factis 4 M. C. S.
Genes. 2, 2.
B

3 Ingrediemur in requiem.] *Apud exercitatissimos in sacra lectione viros cùm ageret per hanc Epistolam Paulus, multa per significationem magis illius linguæ, & Gentis disputãdo rationem secutus, quàm per expositionem & connexionem enuntiat; quorum deductio illis familiaris erat, qui magis breuitati & sententiæ quàm orationis, amplitudini studebant.*

Et quidem.] *Huius breuitatis compendio duplicem in sacris libris quietis rationem obseruandam docet. Alteram illam priorem humanam, qua Israëlitæ Ægyptiaca seruitute liberati, in qua nimio plus laborauerant, ac deinde longa illa per solitudinem quadraginta annorũ vagatione finita, in Cananæorum regionem inducti sedes sortiti sunt illis à Deo promissas. quæ quãquam Dei, vt authoris, quies dicatur, non propriè dicitur Dei quies qua Deus quieuerit. Alteram autem Dei quietem indicatam in sacris & celebratam esse, qua videlicet Deus septimo ab incepti mundi die, postridieq́; absolutionis totius orbis quieuisse dicitur, & illius quietis diei perpetuò sibi futuro benedixisse, facto iam fine creationis rerum omnium quibus mundus constiturus erat. Huius autem suæ appellatæ quietis communicationem credentibus atque obtemperantibus Verbo suo promissam præstitum iri per Prophetas decantatum esse, ab eaq́; rursus exclusum iri omnes qui credere & obedire noluerint. Docet verò clarè, ex re ipsa atque externorum adnotatione intelligi posse, eam de qua Vates tanto postea temporis interuallo agebant quietem, non esse illam terrenam, sed cælestem hanc & planè diuinam, ad quam homines per Filium Dei hoc aureo seculo sunt vocati.*

8 Nam

ribus suis. 5 Et in isto rursum,
Si introibunt in requiem meã.
6 Quoniam ergo superest in-
troire quosdam in illam, & ij
quibus prioribus annũtiatum
est, nõ introierunt propter in-
credulitatem: 7 iterũ terminat
Sup. 3. 7. diem quendam: Hodie, in Da-
uid dicendo, post tãtum tem-
poris, sicut suprà dictum est,
Hodie si vocem eius audieri-
C tis: nolite obdurare corda ve-
stra. 8 Nam si eis Iesus requiem
præstitisset: nunquam de alia
loqueretur posthac die. 9 Itaq.
relinquitur sabbathismus po-
pulo Dei. 10 Qui enim ingres-
sus est in requiem eius: etiam
ipse requieuit ab operib9 suis,
sicut

8 Nam si eis Iesus.] *Locus hic etiam magno compendio verborum magnam distinctionẽ & doctrina obseruationem cõplectitur. Duos docet Paulus viros à Deo constitutos nominibus sibi affinibus appellandos; quorum quidem nomina, quamquam ex eodem verbo deducta sint, tamẽ vario literarum numero atque diuerso pronuntiationis (vt Hebræi loquuntur) pronuntiata pondere, variam etiam significationem habent, & diuersam vtrique viro agendi rationem adiudicant. est autem verbũ in sacra lingua* IASAGH, *quod seruare siue salutem afferre, siue saluum constituere; siue iam recepto in religionem vocabulo,* Saluare, *Latinè verti solet. ex hoc verbo duo duobus viris facta sunt nomina. Alterum Mosis ministro atq; comiti fidissimo, inq; ministerio successori, qui integro vocabulo appellatus fuit* IEHOSVAGH. *Alterum verò ei viro, quem omni præcedenti dissertatione Paulus Dei Filium esse asseuerauit, cuius nomẽ fuit* IESVAGH. *vtrumque Græcus sermo* ΙΗΣΟΥΝ *pronuntiare solet. verùm vt non eadem primæui ac proprij vtriusque nominis literatura nec prolatio est, ita varia etiam significandi ratio subest: quippe* IEHOSVAGH *vel Dei salutem, vel salutem futuram interpretatur qui linguam callet, idemq; significat quod in Psalmi fine Dauid pronuntiauit, Domini est salus, vel, Salus erit à Domino. ita vt nomen ipsum Iosue illum antiquum, qui homo tantũ erat, neque salutem neque seruatorem vel salutis authorem declaret, sed eum qui vel nomine suo profiteatur salutem ipsam Dei esse, à Deoq; futuram. Alterum verò nomen* IESVAGH *ipsam certam salutem, atque adeò Deum salutis authorem præsentem significat. Prior ergo ille Iesus, cùm nec salus, nec salutis esset author, requiem illam diuinam non præstitit: nam si præstitisset ille, non loqueretur Deus de alia posthac die; die, inquam, quietis saturitatisq; perpetuæ, quam Septimi diei Hebraicum nomen* SIBGHI *indicat. itaque quamquam populus antehac diem illum Sabbathi colendo identidem repetierit, atque à seruilibus istis corporeis operibus quieuerit, tamen à spirituali seruitute nunquam hactenus quieuit, quiete illa admiranda, exoptanda, & verè quies dicenda, quam Deus suam vocat, & pollicetur se daturum iis qui sibi credentes dictoq; obedientes fuerint. itaque relinquitur sabbathismus populi Dei.*

10 Qui enim ingressus.] *Descriptio est diuini Sabbathi ex euentu petita, quam qui hic legens non intellexerit, festinet, vt Paulus monet, ingredi: nam nec per Deum quietis authorem, nec per Filium Dei Iesum ducem retardabitur quominus ingrediatur, tunc verò vsu ipso, longè melius quàm lectione vlla quid nam sit illa requies cognoscet, cùm ipse se ab operibus suis quiescere videat, sicut & à suis Deus.*

sua natura ad proferendum efficax sit, & masculam vim efficientiamq́ꝫ habeat, id quod Poëta proprio ipsis philosophandi genere breuiter apteq́ꝫ docent:

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magnos commixtus corpore fœtus.

Ad hunc itaque modum diuinorum promissorum maxima & efficacissima virtus eorum quibus illa denuntiata fuerint, fidem postulat, per quam excepta, fructum illum producit, alit, maturat & perficit, quem promissi vis, tanquam semen in se continet, siue libertatem, siue sterilitatis curationem, siue bellorum victoriam, siue aliud quippiam, quodcunque in verbo Dei indicetur, quamquam difficillimum, quamquã natura legibus exemplisq́ꝫ negatũ, tamen vbi semel à Deo pronuntiatum à fide tenaciter ac firmiter conceptum fuerit, eueniet demum oportunissimè. S. S. E. Et quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; sic erit Verbum meum: non reuertetur ad me vacuum, sed in omnibus ad quæ misi illud, prosperabitur: in credentibus videlicet atque obtemperantibus Verbo ipsi: nam aliàs si non commisceatur fidei eorum qui audierint, inefficax erga eosdem existit quorum causa missum fuerat; nõ quod ipsum Verbum Dei sua virtute exciderit, vt alio loco Paulus ait, sed quod ipsi sibiipsis defuerint. Si illi turbati exploratorum sermone, fidẽ promisso diuino detraxerũt, id quod nõ credidere, accepere minimè; rursus verò qui credidere, accepere certissimè & cumulatissimè, vt Iosue & Caleb, &c.

quæ audierunt. [3] Ingrediemur
enim in requiem qui credidi-
mus: quemadmodum dixit,
Sicut iuraui in ira mea, si in- *Psal. 94. 11.*
troibunt in requiem meam: &
quidem operibus ab institu-
tione mundi "perfectis'. [4] Dixit *"factis 4 MS. C. S.*
enim quodam loco de die se-
ptima sic: Et requieuit Deus *Genes. 2. 2.*
die septima ab omnibus ope- B
ribus

3 Ingrediemur in requiem.] *Apud exercitatissimos in sacra lectione viros cùm ageret per hanc Epistolam Paulus, multa per significationem magis illius linguæ, & Gentis disputãdo rationem secutus, quàm per expositionem & connexionem enuntiat; quorum deductio illis familiaris erat, qui magis breuitati & sententiæ quàm orationis, amplitudini studebant.*

Et quidem.] *Huius breuitatis compendio duplicem in sacris libris quietis rationem obseruandam docet. Alteram illam priorem humanam, qua Israëlitæ Ægyptiaca seruitute liberati, in qua nimio plus laborauerant, ac deinde longa illa per solitudinem quadraginta annorũ vagatione finita, in Cananæorum regionem inducti sedes sortiti sunt illis à Deo promissas. quæ quãquam Dei, vt authoris, quies dicatur, non propriè dicitur Dei quies qua Deus quieuerit. Alteram autem Dei quietem indicatam in sacris & celebratam esse, qua videlicet Deus septimo ab incepti mundi die, postridieq́ꝫ absolutionis totius orbis quieuisse dicitur, & illius quietis diei perpetuò sibi futuro benedixisse, facto iam fine creationis rerum omnium quibus mundus constiturus erat. Huius autem sua appellata quietis communicationem credentibus atque obtemperantibus Verbo suo promissam præstitum iri per Prophetas decantatum esse, ab eaq́ꝫ rursus exclusum iri omnes qui credere & obedire noluerint. Docet verò clarè, ex re ipsa atque externorum adnotatione intelligi posse, eam de qua Vates tanto postea temporis interuallo agebant quietem, non esse illam terrenam, sed cœlestem hanc & planè diuinam, ad quam homines per Filium Dei hoc aureo seculo sunt vocati.*

8 Nam

ribus suis. 5 Et in isto rursum,
Si introibunt in requiem meã.
6 Quoniam ergo superest in-
troire quosdam in illam,& ij
quibus prioribus annũtiatum
est,nõ introierunt propter in-
credulitatem: 7 iterũ terminat
Sup. 3,7. diem quendam:Hodie,in Da-
uid dicendo, post tãtum tem-
poris, sicut suprà dictum est,
Hodie si vocem eius audieri-
C tis:nolite obdurare corda ve-
stra. 8 Nam si eis Iesus requiem
præstitisset: nunquam de alia
loqueretur posthac die. 9 Itaq.
relinquitur sabbathismus po-
pulo Dei. 10 Qui enim ingres-
sus est in requiem eius: etiam
ipse requieuit ab operib' suis,
sicut

8 Nam si eis Iesus.] Locus hic etiam magno compendio verborum magnam distinctionẽ & doctrina obseruationem cõplectitur. Duos docet Paulus viros à Deo constitutos nominibus sibi affinibus appellandos;quorum quidem nomina, quamquam ex eodem verbo deducta sint,tamẽ vario literarum numero atque diuerso pronuntiationis (vt Hebræi loquuntur) pronuntiata pondere,variam etiam significationem habent, & diuersam vtrique viro agendi rationem adiudicant.est autem verbũ in sacra lingua IASAGH,quod seruare siue salutem afferre, siue saluum constituere; siue iam recepto in religionem vocabulo,Saluare, Latinè verti solet. ex hoc verbo duo duobus viris facta sunt nomina. Alterum Mosis ministro atq; comiti fidissimo, inq; ministerio successori, qui integro vocabulo appellatus fuit IEHOSVAGH. Alterum verò ei viro, quem omni præcedenti dissertatione Paulus Dei Filium esse asseuerauit, cuius nomẽ fuit IESVAGH. vtrumque Græcus sermo IHΣOYN pronuntiare solet. verùm vt non eadem primæui ac proprij vtriusque nominis literatura nec prolatio est,ita varia etiam significandi ratio subest: quippe IEHOSVAGH vel Dei salutem,vel salutem futuram interpretatur qui linguam callet,idemq; significat quod in Psalmi fine Dauid pronuntiauit, Domini est salus,vel,Salus erit à Domino.ita vt nomen ipsum Iosue illum antiquum,qui homo tantũ erat, neque salutem neque seruatorem vel salutis authorem declaret , sed eum qui vel nomine suo profiteatur salutem ipsam Dei esse,à Deoq; futuram. Alterum verò nomen IESVAGH ipsam certam salutem,atque adeò Deum salutis authorem præsentem significat. Prior ergo ille Iesus, cùm nec salus,nec salutis esset author,requiem illam diuinam non præstitit:nam si præstitisset ille, non loqueretur Deus de alia posthac die ;die, inquam ,quietis saturitatisq; perpetuæ, quam Septimi diei Hebraicum nomen SIBGHI indicat. itaque quamquam populus antehac diem illum Sabbathi colendo identidem repetierit , atque à seruilibus istis corporeis operibus quieuerit , tamen à spirituali seruitute nunquam hactenus quieuit, quiete illa admiranda,exoptanda,& verè quies dicenda,quam Deus suam vocat, & pollicetur se daturum iis qui sibi credentes dictoq; obedientes fuerint. itaque relinquitur sabbathismus populi Dei.

10 Qui enim ingressus.] Descriptio est diuini Sabbathi ex euentu petita, quam qui hic legens non intellexerit ,festinet , vt Paulus monet ,ingredi: nam nec per Deum quietis authorem , nec per Filium Dei Iesum ducem retardabitur quominus ingrediatur , tunc verò vsu ipso,longè melius quàm lectione vlla quid nam sit illa requies cognoscet , cùm ipse se ab operibus suis quiescere videat, sicut & à suis Deus.

11 Incredulitatis exemplum.] *Vt multi quondam in illam terrenam quietem propter incredulitatem ingressi non sunt: sic hanc cælestem, quicunque non crediderint, nec vt par est, festinauerint, non ingredientur.*

12 Viuus.] *Duplex diuini verbi efficiētia est, altera constantia & veritas promissorum quæ credentibus & obedientibus præstantur; altera examinatio & cognitio eorum qui vel credunt, vel non credunt vt credere oportet, vel omnino infideles sunt, vel peruicaces, quanquam aliam personam exterius agant, aliam interius contineant rem. Sermo itaque ipse Dei & examinabit corda singulorum, & efficiet pro cuiusque partibus ea quæ vel pollicitus vel minatus est.*

14 Habentes ergo.] *Conclusio est præsentis disputationis de diuina requie, & peroratio atq; suasio ad illam capessendam quietem. est etiam parasceue ad alterum argumentum de sacerdotio Christi, deq; sacrificiis tam veteris quàm noui testamenti.*

15 Pro similitudine.] *Nihil enim humani laboris est, quod non sit ab illo susceptum & perlatum, præter peccatum proprium, à quo alienissimus fuit. verùm cùm nostrorum ut se peccatorum debitum suscepit, infirmitatis natiuæ nostræ conscius, misertus est valde vicem hominum, qui tanta imbecillitate tantum onus subierint.*

IN CAP. V.

1 Omnis namque Pontifex.] *Superioribus disputationibus ostenderat Iesum salutis Apostolum, atque libertatis principem ducemq; esse, longè maiore quàm Moses fuerit dignitate authoritateq; præditum, & efficacitate valentem, eundemq; ad vera, æterna, atque diuinæ quietis non indicandæ tantùm, sed certo vsu tradendæ, ministrum, Iehosua illo antiquo, vt corpus vmbra anteponēdum. Nūc verò ipsummet verum & vnicum efficacissimæ & æternæ expiationis Pontificem esse commonstrare studet, vt hoc pacto vnicum hunc Dei Filium omnium antiquorum ministrorum varia munera ex Dei voluntate & consilio plenè suscepisse, perfecteq;*

sicut* à suis Deus. [11] Festine- *& in q.
mus ergo ingredi in illam re-
quiem: vt ne in idipsum quis
incidat incredulitatis exēplū.
[12] Viuus est enim sermo Dei &
efficax, & penetrabilior omni
gladio ancipiti: & pertingens
vsq. ad diuisionem animæ ac
spiritus, compagum quoq. ac
medullarum, & discretor co-
gitationum & intentionum
cordis. [13] Et non est vlla crea- Psal. 33, 16. Eccles. 14, 20.
tura inuisibilis in conspectu D
eius. omnia autē nuda & aper-
ta sunt oculis eius, ad quē no-
bis sermo. [14] Habentes ergo
pontificem magnum qui pe-
netrauit cęlos Iesum Filiū Dei:
teneamus* cōfessionem. [15] Nō *spei nostræ c.
enim habemus pōtificem, qui
non possit compati infirmita-
tibus nostris: tentatum autem
per omnia pro similitudine
absque peccato. [16] Adeamus
ergo cum fiducia ad thronum
gratiæ*: vt misericordiam cō- *eius ms. B. S.
sequamur, & gratiam inuenia-
mus in auxilio oportuno.

CAP. V.

Omnis[1] namque Pōtifex A
ex hominibus assum-
ptus, pro hominibus cōstitui-
tur

perfecteq́; abſoluiſſe conſtet. vt Moſes, inquit, vt Ioſue, ad ſuum vterque munus delectus, homines fuerunt, Deiq́; erga homines miniſtri conſtituti: ſic etiam Sacerdotes antiqui, quibus ſacrorum authoritas, atque homines Deo recõciliandi procuratio demandata fuit, homines ipſi quoque fuerunt, qui ex propria infirmitatis conſcientia intelligerent, cæteros homines diuina benignitate, miſericordia ac venia indigere; vtpote qui & ſeipſos peccatores agnoſcentes, deprecatione atque ſacrificio primùm expiare Deoq́; conciliare ſatagebant. Atqui hanc & pro ſe & pro aliis faciendi authoritatem nec ipſi natura obtinuerant, nec proprio ſtudio aut ambitu vſurpare poterant; nam quicunque hoc tentauerant, ſeueriſſimo exemplo puniti repulſiq́; fuerunt, vt Dathan & Abiran, ſed illa authoritas, quæ Dei propria eſt, ei concedi arrogariq́; ſolet, quẽcunque Deus vocatum huic præfecerit muneri, cuius rei exemplum in Aarone olim manifeſtũ conſtituit.

tur in iis quæ ſunt ad Deũ: vt
offerat dona & ſacrificia pro
peccatis. 2 qui condolere poſſit
iis qui ignorant & errãt: quoniam & ipſe circũdatus eſt infirmitate: 3 & propterea debet,
quemadmodum pro populo,
ita etiam pro ſemetipſo offer-
a Par.16,18 re pro peccatis. 4 Nec quiſquã
B ſumit ſibi honorẽ; ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.
5 Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt põtifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum,
Pſal.2,7. Filius meus es tu: ego hodie
genui te. 6 Quemadmodum &
Pſal.105,4. in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternum, ſecũdum or-
C dinem Melchiſedec. 7 Qui in
diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesq́. ad eũ qui poſſit
illum ſaluũ facere à morte cũ
clamore valido & lachrymis
*& 10 sup. 6.2. offerens, *exauditus eſt pro ſua
reuerentia.

5 Sic & Chriſtus.] *Vmbra ſignificationem ad lucis & corporis veritatem refert hoc loco, altera ſimilitudinis parte iam pro conceſſis prætermiſſa, qua Ieſum hominẽ eſſe doceat (quippe quem hominẽ fuiſſe nemo inficias eat) alteram ex ſacrorum oraculorum teſtimoniis adſtruit, illum videlicet à Deo vocatum, appellatũ, laudatumq́; Sacerdotem ab ipſo Patre Deo, non autem ſua vel ambitione vel arrogantia inductum, vtpote quem nemo de ſe quicquam prædicantem audierit, quod nõ fuerit antea à Deo manifeſtè declaratum. S. S. E. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt; eſt Pater meus cæleſtis qui me clarificat.*

7 Qui in diebus carnis ſuæ.] *In diebus quibus ſecundum carnem infirmabatur pro iis quos expiandos ſuſceperat, non ſemel, ſed ſæpius ſeſe ſuosq́; Patri commẽdauit, vt cùm diceret: Pater, clarifica me claritate quam habui, &c. &, Pater ſancte, ſerua illos quos dediſti mihi. &, Nõ pro eis tantùm rogo, ſed pro iis qui per hos credituri ſunt in me. & iterum: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: ſed nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. & cùm dixit, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

Pro ſua reuerentia.] ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *cùm iure ſuo ſibi vẽdicare poſſet, tamẽ propter eam, qua præditus erat, modeſtiam & obedientiam, precibus maluit impetrare. vel, exauditus eſt propter eam, qua dignus fuit, acceptionem, vel propter ſuam modeſtiam & obedientiam. Quondam Aaron & Sacerdotes illi pii pro ſe atq; pro populo preces fundentes exaudiebantur, ſecundum illius temporis rationem, quam-*

r 2 quam

quam ipsi non solùm carne, sed etiam animo essent infirmi: hic verò carne tantùm infirmus pro similitudine absque peccato, spiritu autem atque animo constantissimus, peccati expers, sanctissimus & integerrimus, denique Dei Filius exauditus est à Patre identidem declarãte: nam publicè delapsa vox dixit huic; Clarificaui, & iterum clarificabo. & alias in precum supplicationumq; agone constituto apparuit Angelus Dei, confortans eum.

reuerentia. 8 & quidem cũ es-
set Filius*, didicit ex iis quæ
passus est, obedientiam: 9 & cõ-
summatus, factus est omni-
bus obtemperantibus sibi,
causa salutis æternæ, 10 appel-
latus à Deo pontifex secundũ
ordinem Melchi-sedec. 11 De
quo nobis grandis sermo &
*interpretabilis ad dicendum:
quoniam imbecilles facti estis
ad audiendum. 12 Etenim cùm
deberetis magistri esse propter
tempus: rursum indigetis vt
vos doceamini quæ sint ele-
menta exordij sermonũ Dei:
& facti estis quibus lacte opus
sit, non solido cibo. 13 Omnis
enim qui lactis est particeps,
expers est sermonis iustitiæ:
paruulus enim est. 14 Perfecto-
rum autem est solidus cibus:
eorum

*Dei Ms q.

*ininterpretabilis 10 Ms. R. G. S. Q. n.

D

8 Et quidem cùm esset Filius.] *Quamquam & Filius Dei Patri æqualis esset, vtq; homo etiam Altissimi Filius ab Angelis agnitus & vocatus; tamen obedientiam non solùm exercuit in cæteris quæ à Patre missus & iussus fecit, sed in perferendis in hominum genere laboribus & ignominiis vsque ad crucis mortem; ita hac etiam parte obediens & consummata obediẽtia nomine etiam Patri gratissimus, factus est omnibus, &c. retulit præclarum nomen æterni Sacerdotis, non tam ritu Aaronis, cuius sacrificia nihil ad perfectum adduxerunt, sed secundum ordinem & institutionem antiqui illius Melchisedechi, quem Altissimi Dei Sacerdotem sacra appellat historia. locus hic ad illũ referendus est eiusdem Pauli: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, &c.*

11 Interpretabilis.] *Qui dicendi difficilem hoc tempore interpretationem habet, exceditq; omnem humanorum verborum vim ac significationem, iis verò qui horum mysteriorum virtutem spiritu agnouerint, verborum & orationis quamlibet abundans copia, tenuis ieiunaq; videtur.*

Cùm deberetis.] *Miror (inquit Paulus) vos nunc non vestræ pœnitere ruditatis; qui cùm ante hac in scripturarum studio, atque in figurarum frequentatione versati fueritis, non tantum eruditionis acceperitis, vt venientem illarum scripturarum & figurarum lucem optaretis, optantes ex Dei dono obtineretis, obtentam verò gratularemini vobis, & aliis prædicaretis quærendamq; commendaretis: namque in huius maximi doni vsu maximè sapientiæ ratio constat.*

12 Elementa.] *vt nunc opus sit sententiis & responsis ex sacra lectione petitis, & figurarum imaginibus indicandis vos erudire tanquam pueros elementarios. Nam hæc omnia ad illã Spiritus virtutem relata, lactis magis quàm solidi cibi rationem sortiuntur.*

13 Expers,] *inexpertus, experientia carens; ideò ad iudicandum non idoneus est.*

14 Perfectorum.] *Qui non in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus versantur: hi enim & vetera sciunt & noua, atque hæc ab illis dignoscere possunt, vt Scribæ docti in regno cælorum.*

Ad

eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

A QVapropter [1] intermittẽtes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionẽ feramur, non rursum iaciẽtes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, [2] baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. [3] Et hoc faciemus, si quidẽ permiserit Deus. [4] Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati,

Matt. 12, 45.
Inf. 10, 26.
2 Pet. 2, 20.

Ad discretionem] *boni ac mali cibi. alludit ad illud, Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Hinc fit vt qui huius sermonis iustitia rationem non tenẽt, omni doctrinæ vento circumferantur, alij verò vetus vinum nouo anteponant: quamobrem Iesus Christus discipulos suos ad hũc iustitiæ sermonem, quatenus capere illi poterant, docendo instruebat: quoad Spiritu sancto omnem veritatem demum edoctos reddidit.*

IN CAP. VI.

1 Intermittentes.] *Dimittentes principia illa pietatis, quibus veteres imbuebantur & exercebantur, interim dum perfectio per Deum suo tempore afferretur. Iam nunc hanc nobis allatam curemus, agamus, accipere studeamus ea ratione qua accipiẽdam Deus docet, de qua ratione inferius aget Paulus. Atque hunc sermonem quamquam ad omnes Israëlitas pertinentem, tamen singulari notatione ad eos qui maiora & præstantiora de Euangelica doctrina sentiebant, nec procul à regno Dei aberant: hos enim præcipuè ad suam salutem & ad aliorum exemplũ de Euangelij veritate ac virtute agere vult, & hanc doctrinam illi antiquæ præponere, vt rudimentis primis ipsa perfecta scientia præfertur summa.* Fundamentum pœnitentiæ.] *Totius antiquæ doctrinæ, quæ rudimenta veræ pietatis fuit, summam partitionem sex articulis complectitur Paulus. Primus tractatus est de Pœnitentia ab operibus mortuis. Secundus De fide in Deum, qui ordine tractationis primus est. Sed à Paulo non docente, sed referente, numerus magis vsurpatur, quàm series obseruatur: quamquam & hoc apud illum ratione non careat: verùm disputare nunc nobis non vacat. Tertius est de lotionibus & purificationibus, qui multa complectitur capita. Quartus, de sacrorum ritu, quem vno nomine* ZZEMICHAH *id est, impositionis manuum comprehendit. Quintus, de Resurrectione mortuorum secundum carnem. Sextus, de Iudicio æterno siue seculi. De his omnibus, nobis, Deo propitio, aliquando aliquid edere animus est, quod multorum in nouo Testamento locorum obscuritati lucem admouere possit ex eiusdem Dei beneficio.* 3 Et hoc faciemus.] *Singularis exceptionis figura, quam apud Paulum aliàs in noui Testamenti libris obseruauimus; Ipse verò saluabitur, ita tamen quasi per ignem. apud Prophetas & Salomonem frequentior huius formulæ vsus est.* Siquidem permiserit Deus.] *Conditionalem nihil ponere in esse, & iurisperiti & dialectici suo docendi modo solent dicere.* 4 Qui semel illuminati.] *Hoc ad disputationem de peccato in Spiritum sanctum pertinet. eandem cõtinet sententiam quam D. Petri sermo ille: Si enim refugientes coinquinationes mundi, &c. qui vtramuis lectionem probè intellexerit, ambas intelliget.*

nati, guſtauerunt etiam donũ
cęleſte,& participes facti ſunt
Spiritus ſancti, [5]guſtauerunt
nihilominus bonum Dei ver-
bum, virtuteſque ſeculi ven-
turi, [6]& prolapſi ſunt: rurſus
renouari ad pœnitẽtiam, rur-
ſum crucifigẽtes ſibimetipſis B
Filium Dei,& oſtẽtui haben-
tes.[7]Terra enim ſæpè venien-
tem ſuper ſe bibens imbrem,
& generans herbam oportu-
nam illis à quibus colitur: ac-
cipit benedictionem à Deo.
[8]proferẽs autem ſpinas ac tri-
bulos: reproba eſt,& maledi-
cto proxima, cuius conſum-
matio in cõbuſtionem.[9]Con-
fidimus autem de vobis dile-
ctiſſimi meliora & viciniora
ſaluti: tametſi ita loquimur.
[10]Non enim iniuſtus Deus, vt
obliuiſcatur operis veſtri &
dilectionis quam oſtendiſtis
in nomine ipſius, qui mini-
ſtraſtis ſanctis & miniſtratis.
[11]Cupimus autem vnũquem- C
que veſtrum eandem oſtenta-
re ſolicitudinem ad expletio-
nem ſpei vſque in finem:
[12] vt

6 Prolapſi ſunt,] *ab illo verbo guſtato iam. Seueriſſimum iudicium, iuſtiſſimum tamen, vel ipſorummet qui in hanc miſeriam inciderint confeſſione.* Ad pœnitentiam.] *Id quod ſonat, communiterq́ue vocabulum aliàs ſignificat, hoc etiam hoc loco nobis indicat, ad aliam ſignificationem nimis inuitum trahi detorqueriq́ue videtur. qui legit intelligat.*

7 Terra enim.] *Quæ ab illo loco* Impoſſibile eſt *vſque ad* oſtentui habentes, *dicta ſunt, per parecbaſim inducta arbitramur: hæc verò,* Terra enim, *&c. cum illis connectimus quæ ab initio capitis vſque ad* Iudicij æterni *ſcripta ſunt. eſt autem admonitionis huius hæc ſententia: Vt terra diligenter & ſapienter ab agricolis culta, & oportunis imbribus è cælo irrigata, ſi bonam & vtilem alat referatq́ue ex bono iam concepto ſemine herbam; ad ſpicam demum maturitatemq́ue, atque adeò ad cumulatum ac tempeſtiuum fructum à Deo naturæ authore perducitur (hoc ſignificat hoc loco* benedictio) *ſin verò bono ſemine accepto, oportunoq́ue cultu exercita & cæleſtibus pluuiis tẽpeſtiuè ſaturata, ſpinas tamen ac tribulos proferat,* maledicto, *hoc eſt, ſterilitati atque execrationi* proxima eſt, *cuius germina igni tandem deſtinantur. eiuſdem argumẽti hoc eſt cum illo: Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, abſcindet, &c. qua ſimilitudine Paulus Hebræos monet, vt ratione omni tum cognitionis tum etiam ſtudiorum ac morum vitã ad Euangelij ſæpè ipſis iam denũtiati diſciplinam inſtituentes, veterem illam vmbrarum conſuetudinem in ea officia permutent, quæ Euangelio commendantur, vt tandem Euangelici fructus, hoc eſt, vitæ æternæ, Dei beneficio compotes efficiantur.*

10 Sanctis] *Apoſtolis, aliiſq́ue diſcipulis, Euãgeliiq́ue præconibus ac miniſtris à Deo ſanctificatis.* 11 Vſque in finem] *ſanctificationis diuinæ.*

12 Hære-

12 vt nō ſegnes efficiamini, ve-
rùm imitatores eorū qui fide
& patientia hæreditabūt pro-
miſſiones. 13 Abrahæ namque
promittens Deus, quoniam
neminem habuit per quē iu-
Geneſ 22, 16. raret maiorem, iurauit per ſe-
Geneſ. 12, 3. 18. 18 22, 17. metipſum, 14 dicens, Niſi be-
nedicēs benedicam te, & mul-
tiplicans multiplicabo te. 15 Et
ſic longanimiter ferens, ade-
ptus eſt repromiſſionē. 16 Ho-
mines enim per maiorem ſui
iurant: & omnis controuerſię
eorum finis ad confirmatio-
nem, eſt iuramentum. 17 In
quo abundantius volēs Deus
oſtendere pollicitationis hæ-
D redibus immobilitatem con-
ſilij ſui, interpoſuit iuſiuran-
dum: 18 vt per duas res immo-
biles, quibus impoſſibile eſt
mentiri Deum, fortiſſimū ſo-
latium habeamus. qui confu-
gimus ad tenendam propoſi-
tam ſpem, 19 quam ſicut anco-
ram habemus animę tutam ac
firmam, & incedentem vſque
ad interiora velaminis, 20 vbi
præcurſor pro nobis introiit
Ieſus, ſecūdū ordinē Melchiſe-
dec pontifex factus in ęternū.

12 Hæreditabunt.] *Hæreditare ſolent. futurū hoc loco perpetuitatis vim habet, vt ſæpè aliàs adnotauimus: eſt enim doctrinalis oratio.*

13 Abrahæ] *Docet promiſſa diuina non defutura iis, quibus per fidem & patientiam boni operis, vt aliàs explicuit, expectantur, vtpote quæ iureiurando fuerim firmata, & manifeſtis quondam exemplis oportuno tempore præſtita, cuiuſmodi in Abrahamo obſeruata ſunt, eaq́; illuſtriſſima.*

18 Per duas res.] *Altera fuit promiſſum, cuius vel ſimpliciter pronūtiati nunquā Deum pœnituit. altera verò iuſiurandum, quod vel inter homines qui veritatem iuſtitiamq́; colunt, firmiſſimum pignus cenſetur, atque ita ex lege definitur, nedum à Deo legis authore tanti cenſeatur.*

Qui confugimus.] *Non priuatam nunc perſonam, hoc eſt, ſuam tantùm Paulus indicat, ſed omnium eorum ad quos ſcribit, atque adeò totius Eccleſiæ fidelium, idq́; Prophetarum aliorumq́; miniſtrorum more agit, qui nomen etiam ſuum ad publicam cauſam conferunt. Atque ita nihil oratio hæc cum abſoluta dicentis ſanctitate pugnat.*

19 Interiora velaminis.] *Alludit ad tabernaculi interiorem partem, quæ* DEBIR *dicitur, eratq́; figura familiariſſimæ gratiæ atque conſuetudinis Dei, quæ Ieſu Chriſto conſtitit, atque ex illius plenitudine ad ſanctos omnes deriuata eſt.*

20 Præcurſor.] *Præſtare ait hanc noui Teſtamenti ætatem illi antiquæ veteriq́; ætati, ante legem & poſt legem etiam latā: quippe ante legem Abrahamus promiſſum & iuramentum habuit: poſt legem Patres vltra illa duo ſacerdotium habuerant, ſed illud nec perfectum nec perpetuum nec templum ſtabile & æternum. Nūc verò & Sacerdotem gratiſſimum extitiſſe ait, & efficaciſſimum, & qui iam litauerit, & æternum templum ingreſſus fuerit, & æterna pontificatu fungatur, & ſecundū ordinem, non Aaronis, verū Melchiſedechi, iuxta promiſſam prædictamq́; antea à Deo rationem.*

CAP. IN

CAP. VII.

Genes. 14. 18.

Hic[1] enim Melchi-sedec, A
rex Salem, sacerdos
Dei summi, qui obuiauit A-
brahæ regresso à cęde regum,
& benedixit ei: [2] cui & deci-
mas omnium diuisit Abrahã:
primùm quidem qui interpre-
tatur rex iustitiæ: deinde autẽ
& rex Salem, quod est, rex pa-
cis. [3] sine patre, sine matre, sine
genealogia, neq. initium die-
rum neque finem vitæ habẽs,
assimilatus autem filio Dei,
manet sacerdos in perpetuũ.
[4] Intue-

IN CAP. VII.

1 Hic enim Melchisedek.] *Ad præcipua Hebræorum quæstionis summam, hoc est, ad thesim ex superioribus disputationibus deductus Paulus, rem omnem diligenter differendo tractat. fuit enim olim hodieq; est maximi scandali Iudæorum pars in sacrorum suorum abolitione, quam Euangelica lux, doctrina, atque veritas docebat efficiebatq;: nam cætera præcepta legis, vel quæ ad priuatos mores vniuscuiusque hominis, vel quæ ad publicã pacem, trãquillitatem, & hominum inter se consuetudinem & gratiam atque communionem faciunt, Euangelium non tollebat, sed melius ac rectius quàm antea obseruanda & exercenda explicabat & commẽdabat. ceremonialia verò omnia antiquata & obsoleta iã post Christi mortẽ repudiabat, templumq; illud manufactum, cui tantum Iudæi tribuebant, diruendum prædicabat, vt reuera non multis postquam hæc scripta sunt annis, dirutum fuit. Hæc igitur magna Iudæorum querela fuit, qui fieri potuerit, vt illa sacrorum maiestas & sanctitas à Deo in Aarone & Aaronis posteritate instituta, tantoq; tempore cõseruata, Iesu doctrina, &, vt Apostoli prædicabãt, virtute, de medio tolleretur, atq; otiosa iã, vel potius inutilis, imò perniciosa esse diceretur. nõ esse ergo bonã Iesu doctrinã, qua tam pulchra religionis atq; Israëliticæ pietatis pars abrogaretur. hæc igitur summa quæstio est, quã dissoluturus Paulus, solidissimo primùm insistit fundamẽto veritatis diuinæ atq; constantiæ in promissis præstãdis: ita vt quod à Deo dictũ fuerit, nulla humana sapiẽtia exceptione vel interpretatione infringi aut auerti, vel in aliũ euentũ detorqueri possit. id cũ ita constet, vt à primo huius Epistolæ capite mirabili sermone deductũ est, ipsum responsum iam citatũ, nunc quoq; repetendum, atq; omnibus ex partibus explicandũ, & illis apud quos agit, obseruandũ duxit. habet verò sic respõsum: Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eũ, tu es Sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Sex autẽ partibus oraculũ constare insiciari potest nemo: prima est author Deus; secunda, Iuramentũ cũ cõfirmatione; tertia, nouus Sacerdos cõstituẽdus; quarta, Sacerdotij æternitas; quinta, Sacerdotis huius noui nomẽ; sexta, Sacerdotij ritus & cõstitutio, non similis Aaronis Sacerdotio & ordini, sed ad Sacerdotij Melchisedech instar: & quoniã omnis disputatio ad huius Sacerdotis & Sacerdotij rationẽ refertur, de hac ratione differendi initiũ ab ipsa Melchisedech persona sumit, cuius partes altiùs, hoc est, ex illius historia, quãquam breui, tamẽ multis nominibus atq; obseruationibus locuplete repetit. imprimis nomen ipsum æstimatur ex ethymo, Melchisedech, Rex iustitiæ, siue iustus rex: deinde dictum esse ait & salutatum regem Salem, quod & pacis & consummationis atque perfectionis regem interpretatur: hæc enim omnia pacis siue Salem nomine significantur: eundem etiam Sacerdotem dictum ait, Sacerdotẽ, inquam, Dei altissimi, id est, à Deo altissimo constitutum, & Deo altissimo sacratum sacrificantémque. hunc autem & Abrahæ à cæde reuertenti obuiam factum esse, & benedixisse vt maiorẽ minori, sacra-*

sacratiorem minus sacrato: id verò Abrahamum ipsum agnouisse & confessum fuisse, decimis ex omnibus expoliis oblatis. quæ verò ad Melchisedechi naturam & genus attinent, longè subliniora mortalium vice esse, quippe omnium mortalium, quorum celebris aliqua in sacris historiis mentio est, vel genus vel patria vel familia vel aliqua sanguinis nota ad cognoscendum ac distinguendum apponi solet, vt non Aaronis modò, verùm & Abrahami ipsius manifesta & certa huiusmodi annotationes adscribuntur: Melchisedechi verò nomini nulla huiusmodi adiuncta annotatio est, vel parentum, vel genealogia, vel ætatis aut annorum vitæ ac dierum initij, vel postremi è vita exitus, ita vt per omnia Filio Dei similis ostendatur, adeò vt Sacerdotium perpetuum retineat; nam qui dixit, Sacerdos in æternum secundum ordinem, τάξιν, constitutionem, ordinationem, non solùm de forma Sacerdotij illum exemplum pronuntiauit, sed de æternitate etiam, Tu es secundum constitutionem Melchisedech Sacerdos in æternũ: ergo & Melchisedech iuxta illius declarationis & iuramenti testimonium Sacerdos etiam in perpetuum manet.

4 Intuemini autem quãtus sit
hic, cui & decimas dedit de
præcipuis Abraham Patriar-
Num. 18, 21. cha. 5 Et quidem de filiis Leui
Deut. 18, 1, 2. Sacerdotium accipientes, mã-
datum habent decimas sumere
à populo secundum legem,
Iosue 14. 4. id est, à fratribus suis: quamquam
& ipsi exierint de lumbis
B Abrahę. 6 Cuius autem generatio
non annumeratur in
eis, decimas sumpsit ab Abraham,
& hunc qui habebat repromissiones,
benedixit. 7 Sine
vlla autẽ cõtradictione, quod
minus est, à meliore benedicitur.
8 Et hîc quidem, decimas
morientes homines accipiũt:
ibi autem cõtestatur, quia viuit.
9 Et (vt ita dictum sit) per
Abrahã & Leui, qui decimas
*accipit 9 MS. O. Q. R. "accepit" decimatus est. 10 adhuc
enim in lũbis patris erat,
quando

4 Intuemini autem.] *Comparatione interiecta, iudicium de Aaronis genere, persona, Sacerdotio atq; officio facit. quibus omnibus cùm inferior longè ostendatur Aaron, conuincitur non is esse qui à Deo laudatus, commẽdatus, & confirmatus fuerit æterni Sacerdotij compos, vt hoc sublato, alius petatur; nempe Iesus, in quem omnia illa quæ de Melchisedecho differebãtur, apprimè conuenire ostenduntur.*

6 Cuius autem generatio.] *Hic Melchisedechus, qui nec in Leuitis, nec in aliis Israëlis filiis numeratur, nõ vt progenitor, nec vt proles, vel ex eo quòd decimas sumpsit & benedixit, maior Abrahamo probatur.*

Et hunc qui habebat.] *Iam tunc Abraham repromissiones habebat, qui tamen & decimas dedit, & benedictionem accepit. ergo minorem sese professus est eo à quo benedictionem accipiebat; vt filius Israëlis alij Sacerdotes benedicunt, qui quamquam fratres sint, Sacerdotio tamen maiores sunt, atq; adeò accipiendis decimis præstant, & vtriq; sunt mortales, & moriũtur. igitur maior est etiam hoc nomine Melchisedek, quem Scriptura viuere testatur in æternum, iuxta constitutionem Melchisedek.*

9 Et vt ita dictum.] *Dici affirmariq; potest Aaronem esse minorem Melchisedecho, ex eo etiam quòd ipse secundum naturam Abrahamo patre minor sit, certè non maior. namque Abraham Patriarcha fuit, Aaron Patriarchæ soboles fuit cum suis omnibus: quidquid verò Pater siue Patriarcha professus est pro se posteritateq;*

ritateq; sua profitebatur. decimas autem dum daret, non solùm se, sed omnes posteros suos, in quibus erat Aarō, decimas Melchisedecho debere, & illius benedictione egere profitebatur: ex quibus omnibus dignitate maius, authoritate præstantius, efficientia potentius Melchisedeki sacerdotium quàm Aaronis esse probatur. deinde cùm aperte dicat, Sacerdotium illud prius æternum esse; manifeste deducitur, hoc alterum non esse æternum: quod si æternū non est, ergo finiendum erat, & illius Sacerdotij prioris præsentia extinguendum, & vetustate iam sua abolendum. eousque enim Leuiticum istud Sacerdotium durare Deus voluit, quoad ipse suum illum Sacerdotem publice præficeret, qui Sacerdotium secundum ordinē Melchisedek, idq; æternum teneret. hunc autem iam publice præfecit; consequitur igitur illum alterum esse abrogatum.

quando obuiauit ei Melchi-
sedec. [11] Si ergo consummatio
per sacerdotium Leuiticū erat
(populus enim sub ipso legē
accepit) quid adhuc necessa- C
rium fuit secundum ordinem
Melchi-sedec, aliū surgere sa-
cerdotem, & non secundū or-
dinem Aaron dici? [12] Transla-
to enim sacerdotio, necesse est
vt & legis translatio fiat. [13] In
quo enim hæc dicūtur: de alia
tribu est, de qua nullus altario
præsto fuit. [14] Manifestum est
enim quòd ex Iuda ortus sit
Dominus noster: in qua tribu
nihil de [a] sacerdotibus [b] Moyses
locutus

[a] sacerdotio
1 MS. R. G. A

11 Si ergo consummatio.] *Aliud argumentum quo docet necessario abolendum Leuiticum Sacerdotiū præsenti Melchisedeki Sacerdotio. Vt enim quādiu noctis vmbra durat, lunæ lumen valet, & viatoribus quoquo modo prodest; verùm vbi solis lux orbem illustrauerit, lunæ lumen absorptum otiosumq; redditur: ita magno & efficacißimo Sacerdotio lucente, minoris alterius lux nulla iam conspici potest, vtpote quæ illius lucis præstātia absorpta est. quod si Leuitici Sacerdotij lux & virtus satis efficax foret, non promisisset aliud Sacerdotium Spiritus sanctus: promisit autem alterū æternum præstantius, cui & Abrahamum & omnem Abrahami posteritatem subiecit: igitur præsente hoc, illud alterum antiquari consequitur, quippe quod nec propriam lucem virtutemq; obtinebat, nec perpetuam.*

Populus enim] *Iam hinc aliam disputationē instruere occipit de legis Mosaicæ antiquatione. est autem argumentatio hoc modo nobis instituenda: Sacerdotium & Lex adeò amicè hærent & coniuncta sunt, vt nec lex sine sacerdotio, nec sacerdotium sine lege esse poßit: nam sacerdotium & legis tuetur sanctitatē authoritatemq;, & quæ in legis præceptis præstandis desunt, suis sacris ac ritibus expiat & supplet. Lex etiam sacerdotio adhæret vt legitimo auxilio, atq; adeò honorem defert & authoritatem tribuit ac tuetur. ita cùm quis legem imprudenter vel impotenter violat, ad sacerdotij munus confugit expiationis causa. igitur si contingat sacerdotium cessare & otiosum reddi, iam legi illi cuius sacerdotium fuit, nihil illud sacerdotium profuerit: ex quo consequitur, mancam omnino illam legem relinqui, & oportuno sibiq; apto auxilio carentem. quamobrem nullus iam illius legis vsus erit. Sin verò priori sacerdotio sublato, alterum constituatur illo priori longè præstātius; necesse est alteram etiam legem constitui, quæ & dignitate & perfectione cum eodem cōueniat sacerdotio: atqui Deus sacerdotiū Melchisedeki instar se constituturū pollicitus est: igitur ex consequenti legem hoc sacerdotio dignam sese etiam allaturum indicauit. neutrum autem in*

domo

domo Leui à se constituendum declarauit, vt vtrunque ante in Leui domo constituerat: quippe legis ministrum ac latorem Mosem tūc esse voluit, ex Leui domo, & fratrem illius natu maiorem Aaronem sacerdotio praefecerat. Nūc verò ad hoc promissum neminem ex Leuitarum familia appellat, sed vnum quendam ex domo Iuda, ex qua nullus altario illi antiquo ministrauit. igitur ab hoc praestanti sacerdotio & altari, Leuiticam secundum carnem tribum exclusam accipimus. primùm ex promisso, nam Messias, siue Christus, ex Iuda tribu atque singulariter ex domo Dauid, & à Deo promissus fuerat, & ab omnibus qui Deo crederent promissis, expectabatur. ex hac autem Dominum hunc nostrum Iesum ortum fuisse, manifestum omnibus & suo tempore fuit, & nunc nemo inficias it (ait Paulus) atque Dauid ipse Dominum suum eum vocat, quem Messiam expectabat, vt cui sacerdotium à Deo adscriptum arrogabat, cum iuramento confirmatum. ergo esse constat Sacerdotē eundemq; Regem; vtrūque enim quadrare oportet in eum qui secūdum ordinem Melchisedeki declarandus fuit sacerdos in aeternum. Sacerdotis autem sacrum facere ac Deo populum conciliare munus officiumq; est. Regis autem, leges promulgare ac tueri. igitur consequitur in hac noua rerum constitutione eundem esse & aeterni sacerdotij antistitem, & aeternae legis latorem.

locutus est. [15] Et amplius adhuc manifestum est: si secundùm similitudinem Melchisédec exurgat alius sacerdos, [16] qui non secundū legē mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitae insolubilis. [17] Contestatur enim,

Psal. 109, 4. Quoniam tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchi-sédec. [18] Reprobatio quidem fit praecedentis mandati: propter infirmitatē eius & inutilitatem. [19] nihil enim ad perfectum adduxit lex: intro-

15 Et amplius adhuc.] *Superiores disputationes ex responso & authoritate antea cōstructas & firmatas, nunc iam ex re ipsa atque ex euentu confirmat Paulus hoc pacto: Si quis sacerdos alius omnino ab illis antiquis extiterit, qui suum officium non imperfectè, nec secundùm tempus faciat, vt illi alij faciebant, assiduè eadem sacra repetentes; nec moriatur vt illi moriebantur, & nouis indies successoribus sufficiebantur; sed perfectè, absolutè, pleneq; peragat; ita vt iis pro quibus fecerit, vitam insolubilem conciliet, nec tamen ipse vbi hoc semel fecerit, moriatur, sed aeternus permaneat, aeternumq; obtineat sacerdotium: manifestum erit ex ipsa re, sacerdotium illud prius, esse iam cum socia sibi lege abrogatum tanquam otiosum, & quod nec tunc cùm exercebatur, carnis imbecillitatē excessisset, nec postea quicquam agēs, quando melius illud efficacissimumq; constat. hanc rem autem ex altero illo sacerdotio expectandam, ipsum diuinum responsum contestatum est,* Tu es sacerdos in aeternum, secūdum ordinem Melchi-sédek. *ex quo testimonio arguitur, illud alterum Aaronicum inualidum inefficaxq; esse, atque ideò reiiciendum & repudiandū, vbi alterum hoc efficax & aeternum fuerit constitutum.* 19 Nihil enim ad perfectum.] *Summa capita rerum percurrit Paulus, vtpote qui scientibus legem scribebat: nos vt par erat, explicare volentes magnis indigeremus spatiis, contenti autem nunc fuerimus indicandis rerum sententiis. Post latā legem plebiscitum factum est, quo populus per Mosen legislatorem rogatus fuit, An vellet legem, ita vt ipse Deo dictante condiderat, suscipere, seseq; Dei populum illis obseruandis legibus profiteri: ast*

populus, & se omnia quæcunque iusserit Dominus, facturum recipit: recipit etiam Moses Dei verbis, perpetuam fore Dei gratiam, tutelam, & singularem benignitatem aduersus populum illum legis studio & exercitationi, atque actionibus plenè deditum & vacantem. itaque fœdus inter Deum ac populum feritur, cuius fœderis sponsor constituitur Aaron sacerdotij munere: is hostia cæsa sacroq; faciendo spondet pro Deo ac populo, vt medius, internuntius, Apostolus, atq; sponsor vtriusque partis; inferuntur benedictiones, & maledictiones admittuntur & firmantur, populo respondente, Amen, Amen. Et tamen, vt ipsa deinceps tempora seculaq; omnia arguere, nunquam lex ab illis quibus fuerat suscepta, officio integro atque integris moribus præstita est. quippe quæ non in cordibus hominum per Spiritum sanctum, sed in tabulis lapideis conscripta erat, in quo infirmabatur per carnem; ex quo euenit vt sacerdotij sponsio illa, propter carnis infirmitudinem, non demum constaret, quia neminem ad perfectum adduxit lex.

introductio verò melioris spei,
per quã proximamus ad Deũ.
20 Et quantum est non sine iu-
reiurando (alij quidem, sine
iureiurando sacerdotes facti
sunt: 21 hic autem cum iureiu- D
rando per eum qui dixit ad il-
lum: Iurauit Dominus, & non *Psal. 109.4.*
pœnitebit eum: tu es sacerdos
in æternum) 22 in tantum me-
lioris testamẽti sponsor factus
est Iesus. 23 Et alij quidẽ plures
facti sunt sacerdotes, idcircò
quòd morte prohiberentur
permanere: 24 hic autem eo
quòd maneat in æternũ, sem-
piternum

Introductio verò.] *Aliud caput, hoc est, superiori oppositũ, & cõparatũ ex aduerso, significat autẽ illo respõso,* Tu es sacerdos, *cõtineri reprobationẽ prioris mãdati, propter infirmitatẽ, &c. & rursus contineri* ἐπεισαγωγὴν, introductionem melioris spei, *hoc est, inducere meliorem spem,* per quã proximamus ad Deum, *quia illo promisso indicatur alia lex afferenda, & scribenda in cordibus hominum, spondendaq; per sacrificium illud* æternũ, secundum ordinẽ Melchi-sédek: *quod quia tale tantumq; erat, & nunquam defuturũ promittebatur, iuramento confirmatum fuit, id quod alteri illi Aaronico non contigit, vtpote quod inefficaxq; & omni ex parte infirmum Deus cognouerat. hanc autem argumentationem oportuna complexione absoluit Paulus illa sententia,* In tantum melioris testamenti sponsor, *&c.*

22 In tantũ.] *κατὰ τοσοῦτο, id est, adeò melioris fœderis factus est sponsor hic Sacerdos Iesus; tanto, inquam, melioris quanto ipse meliori Sacerdotio præfectus est.*

23 Et alij quidem plures.] *Vna ratio quamobrem vetus Sacerdotium non præstitit id quod pro populo spondebat, fuit, vt diximus, ex parte legis, cui, in quo infirmabatur per carnem, impoßibile erat ad perfectum quicquã adducere. iam nũc altera adornatur ex parte ministrorum, qui cùm mortales essent, atque singuli breui tempore morerentur, æternum Sacerdotium tenere non poterãt, illud, inquam,* secundũ ordinem Melchi-sédek: *imò & illud suum alij aliis sibi superstitibus relinquebant; quidam etiam senio confecti viuentes adhuc cedebant, nec quamuis ministerium idem sortirentur, moribus tamen & integritate pares erant, interdumque sibi ipsis dißimiles reddebantur; quamobrem & ministerio abdicabantur. denique quonam pacto ipsi pro populo in officio atque legis obseruantia continendo, spondere poterant, & sponsum præstare, cùm ipsimet pro seipsis nihil perfectum & consummatum sponderent, seq; primos omnium &*

infirmos

piternum habet sacerdotium.
25 Vnde & saluare in perpetuũ
potest "accedens' per semetip- (accedentes 8 MS S G.S. Q.n.)
sum ad Deum: semper viuens
ad interpellãdum pro "nobis'. (cis 7 MS. 6.3.)
26 Talis enim decebat vt no-
bis esset Pontifex, sanctus, in-
nocens, impollutus, segrega-
tus à peccatoribus, & excel-
sior cęlis factus. 27 qui non ha-
bet necessitatẽ quotidie (quẽ-
admodum sacerdotes) prius (Leuit.9,7. 16,6.)
pro suis delictis hostias offer-
re, deinde pro populi. hoc
enim fecit semel, se offerendo.
28 Lex enim homines consti-
tuit sacerdotes infirmitatem
habentes: sermo autem iuris-
iurandi qui post legem est, Fi-
lium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

1 CApitulum autem super ea quæ dicuntur, Talem habemus Pontificem, qui cõsedit in dextera sedis magnitudinis

infirmos & imperfectos, vel ipsa sui primùm expiandi assidua cura confiterentur?

26 Vt nobis.] *Nobis sanctificandis, & in sanctitate & iustitia coram Deo seruituris omnibus diebus nostris.*

Impollutus.] *Alludit ad figuram sequestrationis antiqui Sacerdotis, quæ ante expiationis festum solẽnis erat, quo vel per illum diem sese ille purum, & à vulgi consuetudine alienũ prabẽs, postridie publicam expiationem procurare posset: id quod nec semper eueniebat, cùm aliquando in ipsa sequestratione sese ipse impurum agnosceret; quamobrem & socium adhibebat, cui eiusmodi impedimento intercidente, suas committeret partes.*

27 Quotidie.] *Assiduitas illa nouas quotidie hostias sacrificandi, sacrificiorum & Sacerdotij arguebat imperfectionem.*

28 Lex enim.] *Confert nunc illos legis Sacerdotes cũ Dei Filio, quos nulla ex parte comparari posse multis de causis affirmat. quòd ipse nũquam pollutus, nũquam non innocens, nunquam non segregatus à peccatoribus, nũquam non placens Deo fuerit, nũnquam Sacerdotio deciderit: nam cùm moreretur, tunc maximè Sacerdotium exercebat, sese ipsum offerendo hostiam viuam, æternam, gratissimam, pro mille, si ita loqui liceat, centumq́ millibus mundis sufficientẽ. id autẽ iureiurãdo citato cõfirmat.* Qui post legẽ est,] *illamq́ arguit.*

IN CAP. VIII.

1 Capitulum autem.] *Hac oratione significat omniũ quæ superiùs disserta sunt, breuem & expeditam summam in vnum caput à se redigi, ad Iesum Christum omnia referẽdo, qui & natura & virtute & gratia omniũ rerum compos est, quæ in Sacerdote secundum ordinem Melchi-sédek promisso obseruanda olim indicabantur, & nunc obseruata constant.* Sedis magnitudinis.] *Græcè magnam adnotationem habent omnia hæc, propter articulorum vsum.* Dextera *authoritatem summam significat:* Sedes *thronum summum Dei, ex quo omnis virtus & efficientia proficiscitur.* Magnitudo *distinguit ab angustiis tabernaculi antiqui ac templi à Salomone conditi, & à posteris etiam restituti, quæ omnia angusta breuiaq́ fuerunt, atque Dei sedem vtcunque referebant, sed eam tamen terrenam & adumbratam magis quàm expressam, cùm cælum Dei sedes sit, & terra scabellum pedum eius. Sedendi verò habitus ac situs, hoc loco magnam etiam significationem habet*

gratia, potestatis, authoritatis, & etiam quietis Iesu Christi in Sacerdotio Pontificatuq; suo iam perfecto & absoluto, atque Patri gratissimo, ideoq; non amplius iterum repetendo eo modo quo initio absolutum fuit cuius habitus & situs copia antiquis Leuitica tribus Sacerdotibus nūquam concessa fuit: nemini enim ex illis non solùm in interiore tabernaculo, sed nec in exteriore, imò nec in toto Leuitarum atrio vel sedes constituta fuit, vel sedendi facultas data, vt in sacro apparatu docebamus. Omnes enim in locis illis vel stabant orantes & sacrum facientes, vel in motu & actione versabantur; qui habitus ministrare quidem illos, sed non perministrare arguebat. Iesus Christus verò ministrauit, & vno ministerio peracto perministrauit atque consummauit, idq; vltimus verbus factum pronuntiauit, cùm iam finem hostia sibi sacrificata imponeret, dicens, Consummatum est.

dinis in cælis: [2]sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit [a] Dominus [b] & non homo. [3]Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur, vnde necesse est & hūc habere aliquid quod offerat: [4]si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cùm essent qui offerrent secūdum legem munera, [5]qui exēplari & vmbræ deseruiunt cęlestium. Sicut responsum est B Moysi, cùm consummaret tabernaculū, Vide (inquit) omnia facito secūdum exemplar quod

[a] Deus ms. R b.

Exo. 25.9.40 Act. 7,44.

2 Sanctorum] *Antiquum tabernaculum & templum & eorum partes & hostiæ & sacrificia omnia sancta dicebantur, erantq; vmbra maximorum verorumq; sanctorum tēpli Dei & sacrificij illius perfecti, cuius minister Iesus constitutus fuit.* Tabernaculi veri,] *humani cordis & animi, Dei beneficio atque virtute sanctificationis constructi, & ad Dei habitationem comparati. Plura hic de cæli ac terræ significatione arcanoq; sensu dici poterant, si tanta vel nobis facultas, vel lectoris capacitas esset. verùm his rectè acceptis, & summa modestia piè cogitatis, vt maiora cognoscantur, Author ipse dabit.*

3 Omnis enim Pontifex.] *Duorum generum sancta esse dicebamus; altera in ipsis rebus sacrificandis spectabantur; altera verò in iis quæ ad locum sacrificij referuntur, cuiusmodi sunt tabernaculum, altaria, tum hostiarum, tum thymiamatis, & cæterorum quæ ad hæc comparabantur, vt lignorum, ignis, & aliorum quæ in Leuitico obseruare est. de vtroq; hoc genere nunc disserere parat Paulus. prius quidem illis verbis proposuit singulariter,* Sanctorum minister *posterius verò ita subiūxit,* Et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. *deinde prius explicatiùs indicans, dicit,* Omnem Pontificem constitui ad offerendum. *oblationis autem duplicem materiam esse ostendit,* Munera, *quæ sacro vocabulo* MINHA, *ex farina vino ac sale confecta; &* Hostias, *quæ omnia quæ sacrificari purè poterant animalia complectuntur.* 4 Si ergo] *pro si enim,* εἰμὲν γὰρ. *De Sacerdotio ac Sacerdotij huius efficacissimi loco nunc rursus agit: dixerat Iesum esse Sacerdotem, sedereq; in dextera magnitudinis gloriæ in cælis, & veri tabernaculi à Deo facti esse ministrum. itaq; illud Sacerdotium aliud longè præstantissimum Leuitico Sacerdotio esse asseuerat, nec eiusdem loci nec tribus, nec muneris, omninoq; nihil terrenum habens, sed planè cæleste & spirituale. Respondet autem obiectioni, Si ergo Iesus Sacerdos constitutus est, cur non hæsit diutiùs vel in æternum in terris, vbi Sacerdotio fungeretur suo? quam sic Paulus soluit: Si*

Iesus

quod tibi ostēsum est in mon-
te. 6 Nunc autem melius sorti-
tus est ministerium quantò &
melioris testamenti mediator
est, quod in melioribus repro-
missionibus sancitum est. 7 Nā
si illud prius culpa vacasset:
non vtique secundi locus in-
quireretur. 8 Vituperans enim
Iere. 31, 31. eos dicit: Ecce dies venient,
dicit Dominus: & cōsummā-
bo super domum Israël, & su-
per domū Iuda testamentum
C nouum, 9 non secundùm te-
stamentum quod feci patri-
bus eorum in die qua appre-
hendi manum eorum vt edu-
cerem illos de terra Ægypti:
quoniam ipsi non permanse-
runt in testamēto meo: & ego
neglexi eos, dicit Dominus.
10 Quia hoc est testamentum
quod disponam domui Israël
post dies illos, dicit Dominus:
Dando leges meas in mētem
eorum, & in corde eorum su-
perscribam eas: & ero eis in
Deum, & ipsi erunt mihi in
populum: 11 & non docebit
vnusquisque proximum suū,
& vnusquisque fratrē suum,
dicens, Cognosce Dominum:
quoniam

Iesus Christus perpetuò esset in terris, Sacerdotium terrenum habere videretur, quod tamē ex diuinis oraculis esse non potuit; quippe cùm vnum in terris Sacerdotium cōstitutum fuerit ex lege in tribu Leui, ex qua tribu Iesus nō fuit. quorsum ergo attinebat aliud Sacerdotium terrenum, quod non constitutum fuerat, nec promissum? nam Sacerdotium terrenum, si legitimum esse debebat, suos iam Sacerdotes habebat, qui offerrent munera secundum legem. sed duo esse non poterant huiusmodi, cùm vnum Deus esse voluerit; siquidem vnius corporis vnica tantum vmbra, & vnius lucis vnica vmbra est; vnius exēplaris cælestis, Mosi à Deo in monte commōstratis, vnicum exemplum statutum est. non enim dixit Deus, Secundum exemplaria quæ; sed, Secūdum exemplar quod tibi ostēsum est, omniaq; simul ad illud exemplar confici mandata sunt: ita vnū in terris legitimum exemplū siue vna vmbra vnius cælestis exemplaris atque lucis vnius erat. Huic exemplo, atque vmbræ huic, Leuitici Sacerdotes deseruiebant, quamobrem nō oportuit alium quēpiam ex alia tribu eidem ministerio præfici. Sed illud aliud perfectum Sacerdotium cum suo Sacerdote extare oportuit, cuius exemplum & vmbram Leuiticum istud referebat, & lege sancitum erat; quod quia lex, quæ sanxerat, absolutum reddere non potuit, nec ipsum etiā legem, pro qua fœdere ferito spopōderat, integrā præstare assereréq; potuit, repudiatum est, & illud alterum postliminio reuocatum, quod æternum est, & secundum ordinem Melchi-sédek. Hoc igitur obtinet Iesus, tanto melius sortitus ministerium, quanto melioris fœderis mediator est. Namque Aaron fuit mediator fœderis inter Deum & homines pacti; pacti autem conditio erat legem præstare; lex in tabulis scripta erat; corda hominum in sua infirmitudine ab Adamo contracta permanebant: itaque lex monebat, promittebat, accusabat, minabatur, nō tamen tangebat corda hominum, aut ex duritia in mitem & lenem mutabat facultatem, aut ex infirmitudine ad virtutem transferebat. ex

quo

quo factũ est vt Sacerdotij illius labor & sponsio imbecillitatis & inefficaciæ arguerentur: quare illud cum lege, cuius sponsionẽ susceperat, ad culpam vocatum est, & alia noua lex in cordibus hominum Spiritus sancti virtute per Iesum ministrum inscripta, & meliori Sacerdotio constabilita est per æternum hunc Sacerdotem Iesum, cuius sponsio id quod in sese recepit, abundè præstitit. Nec verò hæc nouo aut recenti consilio Dei acta sunt, sed ita futura longè antè manifestis oraculis promissa ab eo qui vtrinsq. vim dignouerat, atque seculorum succedentibus exemplis apud homines etiam dignoscenda statuerat in hunc modum, Ecce dies venient, *&c.*

13 Veterauit prius,] *hoc est, Id quod prius erat vetus esse arguit, namque nouum veteri secundum naturam opponitur & antiquato. antiquatum autem quod dicitur, senium adnexum habet: sed senectus morbus est ad interitum properans.*

quoniam omnes scient me à D
minore vsque ad maiorem eorum: [12] quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. [13] Dicendo autem nouũ: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est.

CAP. IX.

HAbuit [1] quidẽ & prius, A
iustificationes culturæ & san-

In cap. IX.

1 Habuit quidem.] *Cùm de præstãtia Sacerdotis abundè disseruerit, nunc deinceps ad locorum, hoc est, templi vtriusque comparationem redit: qua vt melius cognoscatur, ex terreni siue tabernaculi siue tẽpli descriptione inchoatur. Est autẽ primi versus obscurior oratio propter distinctionem inclusam, impeditiusq́; explicatam. nam vsq; ad* Iustificationes culturæ, *res vna; deinde vsque ad* Seculare, *altera indicatur, quas ita nos consequemur. Duo quondam Sacerdotibus ad sacrorum obeundum exercendumq́; munus cõstituta fuerunt loca, diuersis tamen temporibus. Namque ex quo primùm lex in solitudine lata est, tabernaculi siue tentorij siue vmbraculi nomine domus quædam mobilis constructa fuit, cuius celebritas toto peregrinationum atque bellorum tempore durauit. Hæc sua lingua* OHEL, *Græca* σκηνὴ, *vtraque vmbraculum siue vmbram significante, dicitur. Alter locus Salomonis regni initiis, quamquam diuersa materia exædificatus, tamen à prioris exempli ratione, proportione, & caussis non diuersus, propter maiorem speratam durationem, atque ædificij firmitudinem, nomẽ habuit* BETH GHOLAMIM, *id est, Domus seculorum siue secularis & perpetuæ, quasi multis seculis permãsuram auspicari vellent. Vtramque autem hoc loco duplici distinctam nomine, vnica tantũ descriptione complectitur Paulus; vtpote quæ, materia excepta, certè re, significatione atq; vsu, vna erat domus. siue enim Rex foris in militia atque in itinere agens, tentorium teneat, siue in vrbe regias ædes colat, vterque locus & aula nomine & iure censetur. Tertium orationis huius membrum explicandum est.* Iustificationes culturæ, *δικαιώματα λατρείας, atque vel vnicus versus hic Epistolam hanc Hebraicè conscriptam confirmare posit, cùm verbis siue vocibus, siue (vt Logici loquuntur) terminis constet, nulli nisi Hebraicè scienti familiaribus, iisq́; in sacrorum tantùm sermone vsitatis. cùm enim illa in lingua quicquam quod ad sacrũ cultũ pertineat rectè & ritè, siue agendum siue faciendum lex præcipit, aut historia aliqua describit, huiusmodi verborum frequens vsurpatio est,* IAGHASSE CHEMISPATO LEGHABODATHO, *quæ Latinè totidem verbis reddita, sic sonant,* Fiat iuxta iudicium suum, *siue* rationem suã, ad cultum

cultum suum. *His annotatis, facilè iam quid primus versus velit, assequemur. ait enim Paulus, certam olim in vtroque siue tabernaculo siue templo, tum locorum, tum apparatus rationem constitisse, idq́ non sine significatione & vsu. est igitur hæc orationis apertior sententia: Prius illud tabernaculum mobile certas ad cultumq́ destinatas partes rationesq́ habuit ad amussim obseruandas, quas item postea illud alterum sanctum templum quod seculorum siue seculare appellatum est, nullo modo variatas conseruauit. & quoniam ædes illa siue templum Ierosolymitanum, tanta apud Iudæos veneratione celebratur, vt illius præsentia videri posset superuacanea*

Exod.25,8. 26,1.36,4. & sanctum seculare. 2 Taber-
naculum enim factum est pri-
mùm, in quo erant candela-
bra, & mẽsa, & propositio pa-
nũ, quæ dicitur Sancta. 3 Post
velamentum autem secundũ,
tabernaculum, quod dicitur
Sancta Sanctorum: 4 aureum
habens thuribulum, & arcam
testamenti circumtectam ex
omni parte auro, in qua vrna
aurea habens manna, & virga
3 Reg.8,9. Aaron quæ fronduerat, & ta-
2 Par.5,10. bulę testamenti, 5 superq. eam
Exod.25,22. erãt Cherubim gloriæ obum-
brantia propitiatoriũ, de qui-
bus non est modò dicendum
B per singula. 6 His verò ita cõ-
positis, in priori quidẽ taber-
naculo semper introibant Sa-
cerdotes, sacrificiorum officia
consummantes. 7 in secundo
Exod.30,10. Leu.16,2.30 autẽ, semel in anno solus Põ-
tifex, non sine sanguine quem
offerret MS.2. "offert' pro sua & populi igno-
rantia. 8 hoc significante Spiri-
tu sancto, nondum propalatã
esse

tabernaculi antiquioris mentio; ait Paulus, non tam habendam esse materiæ quàm institutionis & antiquitatis rationem, siquidem illud tentorium prius factum fuerat, & seculare sanctum *ad illius instar, non autem vice versa constructum. atque,* Tabernaculum enim factum est primùm, *per parenthesin legendum. quæ verò* Iustificationes culturæ *hoc loco sint, è vestigio declaratur,* In quo erant candelabra, *&c.*

2 Quæ dicitur.] *Pars tabernaculi, in qua erant mensa, &c. dicitur* Sancta, *quod statim distinguitur à Sanctis Sanctorum. operæpretium fuerit.*

6 His verò itaq. compositis,] *quas iustificationes culturæ superius dixerat.*

In priori,] *in ea parte tabernaculi quæ dicitur* Sancta. [Semper,] *bis per singulos dies.*

Sacrificia,] *τὰς λατρείας, culturas suas in illo loco consummandas, vt quæ pertinerent ad cãdelabrum, propositos panes, & huiusmodi, &c.*

7 Semel in anno,] *in festo expiationis publicæ, quæ pro peccatis toto illo anno publicè priuatéq́ admissis peragebatur, in qua culpa Sacerdos ipse primùm sese profitebatur.*

Ignorantia.] *Nam pro peccatis ex certa malitia ac proteruia admissis, quæ* ZADON *dicitur, illa expiatio non fiebat; altera enim ratio de huiusmodi criminibus fuerat instituta.*

8 Nondum propalatam.] *Interim dum illa diuisio inter Hekal & Debir (sic enim dicebantur duæ illæ tabernaculi partes) duraret, nõ esse peruiam omnibus Sacerdotibus viã Debir, donec totum efficeretur vnum; quod Christo moriente effectum fuit, velo in duas partes à summo ad imum scisso. quamobrem semel tantùm in anno adibatur* Sanctũ Sanctorum,

t *siue*

fine Dobit à Sacerdote summo, pridie tamen singulari obseruatione sequestrato, & non citra timorem & confessionem propriæ ignorantiæ, ita vt is non se dignum profiteretur illo ingressu, sed ex benignitate tamen ac iussu Dei ingredi ad expiationem illius anni pro se & aliis. perpetuam autem expiationem quæ in Sanctu Sanctorum peragenda erat, nec illius loci nec temporis, nec illius Sacerdotij dignitatis esse.

esse sanctorum viam, adhuc
priore tabernaculo habente
statum. [9]quæ parabola est tẽ-
poris instantis: iuxta quã mu-
nera & hostiæ offeruntur, quę
non possunt iuxta conscien-
tiam perfectum facere seruiẽ-
tem, [10]solummodo in cibis &
in potibus, & variis baptisma-
tibus, & iustitiis carnis vsque
ad tempus correctionis im-
positis. [11] Christus autem as-
sistens Pontifex futurorũ bo-
norum per amplius & perfe-
ctius tabernaculum non ma-
nufactum, id est, non huius
creatio-

9 Temporis instantis.] *Totum illud tabernaculum illo modo situm & instructum, eius temporis quo lex duraret, significationem obtinebat.* Perfectum facere.] *Auferendo non solùm peccata, ex corpore peccati tãquam membra deducta, sed ipsum peccati corpus. hoc igitur lege alia sacrificia & ritualia nõ potuerũt.*

10 Iustitiis carnis,] *ritibus & præparationibus atque obseruationibus quæ in carnis purificationem adhibebantur, nec internam animi vim attingebant, sed significabant quidem aliquando peragendum esse, verùm non illo pacto peragendum, sed alia virtute, quæ interna corrigeret, ex qua correctione rectè omnia deinceps procederẽt. ad huius vsque correctionis, Dei virtute efficiendæ tempus oportunum, illa quæ diximus frequentabantur; quæ, cùm perficere non possent, huius correctionis desiderium augebant, & spem fidelibus amplificabant. Hæc summa totius illius antiquæ culturæ, quæ ad singulorum nominum explicationem magnum otium & negotium postularet.*

11 Christus autem.] *Collatio est lucis cum vmbra.* Christus, *Vnctus. hic Vnctus, inquam, & Rex & Sacerdos.*

Assistens,] παραγενόμενος, *accedens, postquam peruenit qui venturus erat; ad verbum, adfactus, adaptatus, & verè ad eam rem præfectus. atque multo antè quàm homo factus exstaret, eius Pontificatus ius in se continens, & cùm gigneretur homo ad eam authoritatem destinatus. deinde verò cùm cætera sacrificia antiquarentur, ipse admotus ad verum & æternum, ratum, atque probatissimum sacrum peragendum. omnia hæc vocabulum hoc nobis repræsentat, quæ quisquis rectè distinxerit, explicare sigillatim poterit.*

Futurorum.] *Æternorum, quæ Lex illa scripta non dabat, sed per significationem & consequentiam prædicebat danda à Deo. ipsa verò tantùm præsentia bona promittebat, & promissa cultoribus præstabat: Qui enim per Angelos dictus est sermo, factus est firmus. futura verò salutis bona per Christum danda prædicebantur, quæ ab ipso verè & efficienter donata sunt iis qui receperunt eum, qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, &c.*

Per amplius.] *Non solùm magnitudine amplius, sed ex naturæ bonitate longè præstantius, vtpote quod non ligno, non lino, non saxo, non auro constaret, sed spiritu suo, non huius creationis, huius humanæ sortis ac vitiosæ, qua antiquatum illud Sacerdotium vtebatur.*

12 Neque

C creationis: [12]neq. per sangui-
*& 6 MS. *3. nem hircorum "aut' vitulorũ,
Act 20,28. 1 Petri 1,19. sed per proprium sanguinem
1 Ioan. 1,7. Apoc. 1,5. introiuit semel in Sancta, æ-
terna redemptione inuenta.
Leuit. 9,8. 16,6,14. [13]Si enim sanguis hircorum &
Num. 19,4. taurorũ & cinis vitulæ asper-
sus, inquinatos sanctificat ad
Luca 1,77. Rom. 5,5.6. emundationem carnis: [14]quã-
tò magis sanguis Christi qui
per Spiritum sanctum semet-
ipsum obtulit immaculatum
*emundabit 7 MS. R. C 3. Deo, "emundauit' conscien-
*vestram 7 MS. C 9. tiã "nostrã' ab operibus mor-
tuis, ad seruiendum Deo vi-
uẽti? [15]Et ideò noui testamèn-
ti mediator est: vt morte in-
D tercedente, in redemptionem
earum præuaricationum quæ
erant sub priori testamento,
repromissionem accipiãt qui
vocati

12 Neque per sanguinem.] *Præstantiore non solum tabernaculo, sed sacrificij materia, hoc est, sanguine vsus. ille alius sacerdos semel in anno pro se & pro populo sanguinẽ intra sancta aspergebat: hic verò semel in vita suũ ipsius sanguinem in sancta profudit pro iis omnibus quorum debita in se receperat; quæ effusio in cõsummationem seculorum semel facta, æternùm duratura est.*

In Sancta] *spiritualia & cælestia, quorum vmbra erat id quod appellatur* DEBIR. ·ιιμ

13 Si enim.] *Argumentum hoc plurimum vbique valet, sed apud Israëlitas & frequẽs & magni momenti ad conuincendum habetur, ab ipsis* KALVAHHOMER, *hoc est, graue ac leue, siue* Statera *dictum. Si ei quod sua natura inefficax est, tamen ob institutionem & acceptationem, efficaciæ ratio aliqua conceditur in [illegible]d qua adbibetur; id quod ex se virtutis [illegible]acitatis infinitudinem habet, quantum [illegible] in iis ad quæ propriè & aptissimè à Deo [illegible]lente & probãte accommodatur? Atqui [illegible]rum ac hircorum sanguis, & cinis vitulæ [illegible]us, nullam ex natura sua vim habent, nõ [illegible] ad Spiritum sanctificandum, sed neque a[illegible]nem emundandam; & tamen ex institutione & voluntate Dei eiusmodi ritu & ceremonia hoc exterius efficiebatur, virtute atque significatione quadam arcana efficientia alterius sacrificij expectandi: quanto magis hoc non modò exterius sed interius efficiet immaculatus Christi sanguis, qui emundauit conscientiam nostram liberatam à peccato, hoc est, peccati corpore, vt vltra nõ seruiamus peccato, mortuis operibus, vt antea, impliciti, sed Deo viuenti in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.*

15 Et ideo.] *Sacerdos ille vetus, mediator erat veteris illius testamenti, procurabatq́; hominum illam externam expiationem hostia cædenda, sanguineq́; aspergendo, hac significatione, vt sicut illa hostia cæsa pro omnibus vitam illam suam animalem, quæ sensibus & affectibus inseruierat, deponebat; ita omnibus præteritæ contaminationes deponerentur, ac deinceps alia vita ab illis animalibus affectibus aliena viueretur. moriebatur itaque hostia, & illud iis pro quibus cædebatur, testatum & mandatum relinquebat. emundabatur caro eorum qui illius mysterij communione vtebantur, idq́; ex instituto atque dicto Dei sæpe repetentis in lege: Et ignoscetur eis: siue, Et emundabuntur; à præteritis, inquam, contaminationibus. verùm quod de perpetua morte, vitiis & peccatis in posterum, de nouitate melioris vitæ, illa hostia mandabatur, tamen non præstabatur: quamobrem similes quotannis repetebantur instaurabanturq́; ritus secundum ordinem Aaron. Verùm enimverò huius noui testamẽti mediator, aliud egit & peregit,*

siue Debir à Sacerdote summo, pridie tamen singulari obseruatione sequestrato, & non citra timorem & confessionem propriæ ignorantiæ, ita vt is non se dignum profiteretur illo ingressu, sed ex benignitate tamen ac iussu Dei ingredi ad expiationem illius anni pro se & aliis. perpetuam autem expiationem quæ in Sanctu Sanctorum peragenda erat, nec illius loci nec temporis, nec illius Sacerdotij dignitatis esse.

esse sanctorum viam, adhuc
priore tabernaculo habente
statum. 9 quæ parabola est tē-
poris instantis: iuxta quā mu-
nera & hostiæ offeruntur, quę
non possunt iuxta conscien-
tiam perfectum facere seruiē-
tem, 10 solummodo in cibis &
in potibus, & variis baptisma-
tibus, & iustitiis carnis vsque
ad tempus correctionis im-
positis. 11 Christus autem as-
sistens Pontifex futurorū bo-
norum per amplius & perfe-
ctius tabernaculum non ma-
nufactum, id est, non huius
creatio-

9 Temporis instantis.] *Totum illud tabernaculum illo modo situm & instructum, eius temporis quo lex duraret, significationem obtinebat.* Perfectum facere.] *Auferendo non solùm peccata, ex corpore peccati tāquam membra deducta, sed ipsum peccati corpus. hoc igitur legalia sacrificia & ritualia nō potuerūt.*

10 Iustitiis carnis,] *ritibus & præparationibus atque obseruationibus quæ in carnis purificationem adhibebantur, nec internam animi vim attingebant, sed significabant quidem aliquando peragendum esse, verùm non illo pacto peragendum, sed alia virtute, quæ interna corrigeret, ex qua correctione rectè omnia deinceps procederēt. ad huius vsque correctionis, Dei virtute efficiendæ tempus oportunum, illa quæ diximus frequentabantur; quæ, tùm perficere non possent, huius correctionis desiderium augebant, & spem fidelibus amplificabant. Hæc summa totius illius antiquæ culturæ, quæ ad singulorum nominum explicationem magnum otium & negotium postularet.*

11 Christus autem.] *Collatio est lucis cum vmbra.* Christus, *Vnctus. hic Vnctus, inquam, & Rex & Sacerdos.*

Assistens,] *παραγενόμενος, accedens, postquam peruenit qui venturus erat; ad verbum, adfactus, adaptatus, & verè ad eam rem præfectus. atque multo antè quàm homo factus exstaret, eius Pontificatus ius in se continens, & cùm gigneretur homo ad eam authoritatem destinatus. deinde verò cùm cætera sacrificia antiquarentur, ipse admotus ad verum & æternum, ratum, atque probatissimum sacrum peragendum. omnia hæc vocabulum hoc nobis repræsentat, quæ quisquis rectè distinxerit, explicare sigillatim poterit.*

Futurorum.] *Æternorum, quæ Lex illa scripta non dabat, sed per significationem & consequentiam prædicebat danda à Deo. ipsa verò tantùm præsentia bona promittebat, & promissa cultoribus præstabat: Qui enim per Angelos dictus est sermo, factus est firmus. futura verò salutis bona per Christum danda prædicebantur, quæ ab ipso verè & efficienter donata sunt iis qui receperunt eum, qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, &c.*

Per amplius.] *Non solùm magnitudine amplius, sed ex naturæ bonitate longè præstantius, vtpote quod non ligno, non lino, non saxo, non auro constaret, sed spiritu suo, non huius creationis, huius humanæ sortis ac vitiosæ, qua antiquatum istud Sacerdotium vtebatur.*

12 Neque

C creationis: [12]neq. per ſangui-
nem hircorum "aut' vitulorũ, *Vel 6 MS. G. 5.*
ſed per proprium ſanguinem *Act 20,28. 1 Petri 1,19.*
introiuit ſemel in Sancta, æ- *1 Ioan. 1,7. Apoc. 1,5.*
terna redemptione inuenta.
[13]Si enim ſanguis hircorum & *Leuit. 9,8. 16,6,14.*
taurorũ & cinis vitulæ aſper- *Num. 19,4.*
ſus, inquinatos ſanctificat ad
emundationem carnis: [14]quã- *Luca 1,77. Rom. 5,5.6.*
tò magis ſanguis Chriſti qui
per Spiritum ſanctum ſemet-
ipſum obtulit immaculatum
Deo, "emundauit' conſcien- *emundabit 7 MS. R.C.I.*
tiã "noſtrã' ab operibus mor- *veſtram 7 MS. C. 9.*
tuis, ad ſeruiendum Deo vi-
uẽti? [15]Et ideò noui teſtamen-
ti mediator eſt: vt morte in-
D tercedente, in redemptionem
earum præuaricationum quæ
erant ſub priori teſtamento,
repromiſſionem accipiãt qui
vocati

12 Neque per ſanguinem.] *Præstantiore non ſolùm tabernaculo, ſed ſacrificij materia, hoc eſt, ſanguine vſus. ille alius ſacerdos ſemel in anno pro ſe & pro populo ſanguinẽ intra ſancta aſpergebat: hic verò ſemel in vita ſuũ ipſius ſanguinem in ſancta profudit pro iis omnibus quorum debita in ſe receperat; quæ effuſio in cõſummationem ſeculorum ſemel facta, æternùm duratura eſt.*

In Sancta] *ſpiritualia & cœleſtia, quorum vmbra erat id quod appellatur* DEBIR.

13 Si enim.] *Argumentum hoc plurimùm vbique valet, ſed apud Iſraëlitas & frequẽs & magni momenti ad conuincendum habetur, ab ipſis* KALVAHHOMER, *hoc eſt, graue ac leue, ſiue* Statera *dictum. Si ei quod ſua natura inefficax eſt, tamen ob inſtitutionem & acceptationem, efficaciæ ratio aliqua conceditur in [illegible] quæ adhibetur; id quod ex ſe virtutis [illegible]cacitatis infinitudinem habet, quantum [illegible] in iis ad quæ propriè & aptiſſimè à Deo [illegible]lente & probãte accommodatur? Atqui [illegible]rum ac hircorum ſanguis, & cinis vitulæ [illegible]ſus, nullam ex natura ſua vim habent, nõ [illegible] ad Spiritum ſanctificandum, ſed neque a[illegible]nem emundandam; & tamen ex inſtitutione & voluntate Dei eiuſmodi ritu & ceremonia hoc exterius efficiebatur, virtute atque ſignificatione quadam arcana efficientia alterius ſacrificij expectandi: quanto magis hoc non modò exterius ſed interius efficiet immaculatus Chriſti ſanguis, qui emundauit conſcientiam noſtram liberatam à peccato, hoc eſt, peccati corpore, vt vltra nõ ſeruiamus peccato, mortuis operibus, vt antea, impliciti, ſed Deo viuenti in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.*

15 Et ideo.] *Sacerdos ille vetus, mediator erat veteris illius teſtamenti, procurabatq; hominum illam externam expiationem hoſtia cadenda, ſanguineq; aſpergendo, hac ſignificatione, vt ſicut illa hoſtia cæſa pro omnibus vitam illam ſuam animalem, quæ ſenſibus & affectibus inſeruierat, deponebat; ita omnibus præteritæ contaminationes deponerentur, ac deinceps alia vita ab illis animalibus affectibus aliena viueretur. moriebatur itaque hoſtia, & illud iis pro quibus cadebatur, teſtatum & mandatum relinquebat. emundabatur caro eorum qui illius myſterij communione vtebantur, idq; ex inſtituto atque dicto Dei ſæpe repetentiis in lege:* Et *ignoſcetur eis: ſiue,* Et *emundabuntur; à præteritis, inquam, contaminationibus. verùm quod de perpetua morte, vitiis & peccatis in poſterum, de nouitate melioris vitæ, illa hoſtia mandabatur, tamen non præſtabatur: quamobrem ſimiles quotannis repetebantur inſtaurabanturq; ritus ſecundum ordinem Aaron. Verùm enimverò huius noui teſtamẽti mediator, aliud egit & peregit,*

 quippe

quippe qui moriens, omnes quos expiandos susceperat, commori fecit, cum vitiis & concupiscentiis suis, iuxta veterem hominem cruci secum affixos. & resurgens denuò omnes etiam secum in spiritu & veritate resurgentes, ad nouam vitam traduxit per lauacrum regenerationis & renouationis per Spiritum sanctum, quem effudit super eos abundè, vt iustificati gratia ipsius, hæredes sint secundum spem vitæ æternæ, & repromissionem accipiant (qui vocati sunt) æternæ hæreditatis. Quis non planè doctrinam hanc Pauli esse iam agnoscat, totidem si nõ semper verbis, at iisdem tamen sententiarum ponderibus in aliis omnibus epistolis pertractatam.

16 Vbi enim testamentum.] *Hic etiam ex rerum atque linguarum imperitia nonnulli orationis impropriæ scriptorem hunc arguunt, quos potius impropriæ eruditionis argutos oportuit; existimantes testamenti vim atque ius diuersum esse in morientium hominum ratione, atque in cæsarum hostiarum sacrificiis, cùm tamen eadem sint, & eodem sacro verbo* BERITH *vtraque omnino nominari possint, à quo non ita alienum est διαθήκη, quæ dispositio siue institutio ex verbo reddi potest, vt Berith quod Latinè sæpe pactum, sæpissimè fœdus redditur, declarationem siue expositionem etiam aptissimè dicemus. atque in magno Opere, Deo nobis propitio, ostendemus, cæsæ ac mortem oppetentis hostiæ imaginem iisdem lineis diduci, & coloribus induci, atque hominis morientis ac testãtis formã. ex quo solertissima hæc D. Pauli disertissimaq; disputatio manifestè probabitur, quæ & iam, vt nobis videtur, vel ex iis quæ indicauimus, innotescit.*

18 Vnde nec primum.] *Describit ritum in pacto siue fœdere siue testamento antiquo confirmando obseruatum, in quo illa exigebantur: Partes, hoc est, testator, & ij quibus testamenti legata mandabantur, & testamẽtum ipsum, & exceptor siue minister, qui Sacerdos idem erat, & Mandatorum per hæredes receptio.*

22 Omnia penè.] *Namq; omnia quæ in tabernaculo erant cum ipso tabernaculo, quæq; videri poterãt, humanas partes referebãt, & ab huius creationis vita mortẽ necessariã esse suo modo illa sanguinis aspersi receptione profitebantur.* Non fit remissio.] *Legalis illa vetus, de qua hactenus disputatum est.*

23 Exemplaria.] *Pro exemplis hic vsurpatur nomen. Nam primum & perfectissimum exemplar,*

vocati sunt ęternę hęreditatis.
16 Vbi enim testamentum est: Gal. 3,15.
mors necesse est intercedat testatoris.
17 Testamentũ enim,
in mortuis confirmatum est:
alioquin nondum valet, dum
viuit qui testatus est. 18 Vnde
nec primum quidẽ sine sanguine dedicatum est.
19 lecto
enim omni mandato legis à
Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum E
& hircorum cum aqua & lana
coccinea & hyssópo: ipsum
quoq. librum & omnem populum aspersit, dicens, Hic Exod 24,8. Matt. 26,28.
sanguis testamẽti, quod mandauit ad vos Deus.
21 Etiam tabernaculum & omnia vasa
ministerij sanguine similiter
aspersit. 22 Et omnia penè in
sanguine secundũ legem mũdantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.
23 Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium, his mundari: F
ipsa autem cælestia, melioribus

exemplar, quod propriè res ipsa est, πρωτότυπον Gracè dicitur; cuius imitata siue imagines siue vmbra & species, ἀντίτυπα vocantur; aliàs ὑποδείγματα, vt hoc loco.

bus hostiis quàm istis. 24 Non
enim in manufacta Sancta Ie-
sus introiuit exemplaria vero-
rum: sed in ipsum cælum, vt
appareat nunc vultui Dei pro
nobis. 25 Neque vt sæpè offe-
rat semetipsum, quemadmo-
dum Pontifex intrat in San-
cta, per singulos annos in san-
G guine alieno: 26 alioquin opor-
tebat eum frequenter pati ab
origine mundi: nunc autem
ⁿin consummationem M S q. semel ⁿin consummatione se-
ᵒdestitutionem 15 MS. Q. n. culorum, ad ᵒdestitutionem
peccati, per hostiam suam ap-
paruit. 27 Et quemadmodum
statutum est hominibus se-
mel mori, post hoc autem iu-
Rom. 5,6,8. 1 Pet. 3, 18. dicium: 28 sic & Christus se-
mel oblatus est ad multorum
exhaurienda peccata, secundò
sine peccato apparebit expe-
ctantibus se, in salutem.

CAP. X.

Leuit. 16,14. A VMbrá enim habens lex,
futurorum bonorũ, nõ
ipsam

24 Exemplaria verorum.] *ἀντίτυπα, quæ ex veris delineata fuere. in hac nõ introiuit Iesus vt Sacerdos expiaturus, sed in ipsa prototypa, hoc est, in ipsum cælum, quod sedes Dei est; atque adeò in cælum spirituale, quod in paruo mundo est, quod vbi rectè constitutum fuerit, sedes ac templum Dei verißimum est. hoc mysterium magnum est, quod à Paulo indicatum qui legit, intelligat. Vnico igitur sacrificio corporis ac sanguinis sui Christus penetrauit Sancta illa, nemini antea mortali accessa, & pro omnibus in perpetuum litauit, remißione præteritorum peccatorum his, quorũ causa faciebat, à Patre impetrata, atq; ideò cum Patre consedit, quantum attinet ad ministerium & Sacerdotium, quod illud sacrificium æternum sit, & semel faciendum fuit, non vnquam antea eo modo factum, nec deinceps posthac eo modo repetendum & instaurandum.*

26 In consummationem seculorũ,] *tam præteritorum quàm futurorum. nam qui pro omnium seculorum hominibus sese obtulit, omnia etiam consummauit atque concinnauit secula.* Ad destitutionem *corporis* peccati, *quod omnium antea seculorum tam priuatis quàm publicis hostiis & sacrificiis nunquã destitutũ, id est, nunquam fuerat sublatum; nunc verò ab hoc Vncto de medio sublatum ac cruci affixum est. Agnoscimus & hoc loco ac sermone Pauli doctrinam.*

28 Ad multorũ exhaurienda peccata.] *quæ ipse suscepta pertulit in corpore suo super lignum, cuius liuore sanati sumus.* Secundò, *aduentu sanctificationis & gloriæ atque iudicij Euangelio prædicti, non vt pro spectantibus se denuo sese in mortẽ offerat, sed vt vitã sanctitatemq; suã illis reapse cõmunicãs impertiatur.*

IN CAP. X. 1 Vmbram enim habens lex.] *Lex quamquam fidelibus cultoribus sui bona illa terrena dabat, non dabat cum illis cælestia atq; futura bona: sed illa quidem dabat, quibus, velut vmbra quadam, futura bona describebantur siue significabantur & declarabantur donanda, non ex ipsius legis virtute & efficacitate, sed ex virtute promissorum quondam factorum, quæ suo tempore per alium à legis illius ministro præstanda erant. & cùm ipsa*

lex peccatorum remißionem sapè commemoraret, nunquam æternam præstabat; illam videlicet antea promissam, & piis omnibus postulatam & expectatam; sed conferebat suis illis sacrificiis quandam illius æternæ vmbram in externis emundationibus carnis, & peccatis quotidianis, ex ignorantia, vt ipsa lex declarat, admißis. & cùm non conferret vim ad futura cauenda peccata & superanda, opus erat aßiduis sacrificiis, quæ bis in die vt minimum fiebant, & illo etiam annuo, communi, ac publico, quod ieiunij legitimi celeberrimo die repetebatur.

ipsam imaginem rerum: per
singulos annos eisdē ipsis ho-
stiis quas offerunt indesinen-
ter, nunquam potest acceden-
tes perfectos facere: 2 alioquin
cessassent offerri, ideò quòd
nullam haberent vltra con-
scientiam peccati, cultores se-
mel mundati. 3 sed in ipsis cō-
memoratio peccatorum per
singulos annos fit. 4 impossi-
bile enim est sanguine tauro-
rum & hircorum auferri pec-
cata. 5 Ideò ingrediens mun-
dum dicit: Hostiam & obla- Psal. 39.7.
tionem noluisti: corpus autē
aptasti

Imaginem] *Cùm imago hic vmbræ opponatur, idem significat atque corpus. nam corpus solidum propriè ab vmbra tanquam oppositum distinguitur: est autem vmbra omnis, alicuius corporis vmbra. corpus autem & prius natura est, & præstantius longè quàm ipsius vmbra; quippe vmbra vel nihil est corpori comparata, vel priuatio corporis est, vel ad summū obscura quædam & inanis corporis est delineatio. hic non agitur nunc de oppositione vmbræ ac lucis, de qua aliàs. Græcum nomen εἰκόνα hoc nunc significat, quod magis propriè de imaginibus densis, & corporea mole cōstantibus, quàm de pictis tabellis dicitur. itaq; sic explicamus. cùm enim lex non ipsum rerum corpus haberet, sed rerum potius vmbram contineret: habuit quidem cōdonationis peccatorum vmbram quandam, sed non ipsam perfectam æternamq; corporis peccati abolitionem.*

2 Semel mundati] *à peccati corpore secundum conscientiam, quod non ita ipsis contingere confeßio annua manifestat.*

3 Commemoratio peccatorum.] *Illo die expiationis* CHEPHVRIM *dicto, omnium peccati generum confeßio publicè fiebat, cuius exemplum ex ipsa antiquitatis lectione descriptum in magno Opere referendum curabimus.*

4 Auferri peccata.] *Peccatorum corpus quod intimè carnis infirmitudini inhærens, nullis externis expiationibus elui potest: natura enim sanguinis taurorum & hircorū huius tantæ virtutis expers est, nec anima taurorum & cæterorum commune quicquam habet cum humana anima, vt pro ipsa poßit sufficere. itaq; omnia illa significabant quidem per mysterium, non autem præstabant rem ipsam sua ex virtute.*

5 Hostiam.] *Christi personam inducens per Psalten Spiritus sanctus, æternæ expiationis rationem breui carminum atque verborum periodo complexus est, quam rationem Christus ipse in mundum veniens, & sermone & officio repræsentauit; Hostiam, inquiens, illam antea cæsam totiesq; repetitam, nec munus victimis vel ex priuatis hominibus vel ex publico sumptu additum voluisti ratū gratumq; ducere, (namq; hoc volendi verbum in diuino sermone significat) Corpus autem Mysticum mihi verum corpus obtinenti aptasti. hoc autem dixisse fertur Christus veniens in mundum* εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, *ingressus in illum Cosmon, qui intra materialē & visibilem hunc mundum erat. Mysterium in mysterio reconditum est: qui indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur illi.*

6 Holo-

aptaſti mihi: [6] holocautoma-
ta, & pro peccato, non tibi pla-
B cuerunt. [7] Tunc dixi. Ecce ve-
Ibidem. nio: in capite libri ſcriptũ eſt
de me: Vt faciam Deus volun-
tatem tuam. [8] Superiùs dicens,
Quia hoſtias & oblationes, &
holocautomata, & pro pecca-
to noluiſti, nec placita ſunt ti-
bi, quæ ſecundum legem offe-
runtur, [9] tunc dixi, Ecce venio,
vt faciam Deus voluntatem
tuam: aufert primum, vt ſe-
quens ſtatuat. [10] In qua volun-
tate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chri-
ſti ſemel. [11] Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie
miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias quæ nunquam
C poſſunt auferre peccata: [12] hic autem vnam pro peccatis of-
ferens hoſtiam, in ſempiter-
num ſedet in dextera Dei. [13] de
Pſal. 109, 5. 1 Cor, 15, 25. cætero expectans, donec po-
nãtur inimici eius ſcabellum
pedum eius. [14] Vna enim ob-
latione, cõſummauit in ſem-
piternum ſanctificatos. [15] Cõ-
teſtatur autem nos & Spiritus ſanctus. Poſtquam enim di-
Iere. 31, 31, 33 Sup. 8, 8. xit: [16] Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt
Dabo M3. Hayme, 8. dies illos, dicit Dominus, "Dando' leges meas in cordibus
eorum, & in mentibus eo-
rum ſuperſcribam eas: [17] &
peccatorum & iniquitatum
eorum iam non recordabor
amplius.

6 Holocautomata.] *Varia ſacrificiorũ genera ſimul commemorat, de quibus ſuo loco.*

7 Tunc dixi,] *adaptato mihi iam corpore.* In capite libri.] *Tui libri æterni, in quo tui conſilij ratio conſcripta eſt, & in capite etiam libri viſibilis fidelibus traditi, ſcriptum eſt de me:* IPSVM CONTERET CAPVT TVVM.

9 Aufert primum.] *Efficacitatem prioris illius ſacrificiorum generis tollit, vt poſterius hoc proprij ſacrificij genus efficax & certum aſſeueret.*

10 In qua voluntate] *Dei Patris, qui in Filio ſibi complacuit, ſancti effecti ſumus, quod & ab Angelis in huius Sacerdotis & victimæ ortu fuerat decantatum: Et in terra pax, hominibus bona voluntas.*

12 Sedet.] *Hic ſermo atque habitus, huic vni Sacerdoti tributus, identidem commemoratur à Paulo.*

13 Inimici eius.] *Viſibiles & inuiſibiles, qui hominum genus obſident, quiq; vexant, & Chriſti in ipſos efficacitatem & virtutem oppugnant. eſt autem efficacia Chriſti ea, quam conteſtatur Spiritus ſanctus.*

17 Peccatorum,] *quæ ex iniquitatibus proficiſcuntur, tanquam ex corpore vel fonte.* Iniquitatum,] *quæ cæterorum peccatorum fons & origo ſunt.*

19 Ha-

lex peccatorum remißionem sæpè commemoraret, nunquam æternam præstabat; illam videlicet antea promissam, & piis omnibus postulatam & expectatam; sed conferebat suis illis sacrificiis quandam illius æternæ vmbram in externis emundationibus carnis, & peccatis quotidianis, ex ignorantia, vt ipsa lex declarat, admißis. & cùm non conferret vim ad futura cauenda peccata & superanda, opus erat aßiduis sacrificiis, quæ bis in die vt minimum fiebant, & illo etiam annuo, communi, ac publico, quod ieiunij legitimi celeberrimo die repetebatur.

ipsam imaginem rerum: per
singulos annos eisdẽ ipsis ho-
stiis quas offerunt indesinen-
ter, nunquam potest acceden-
tes perfectos facere: 2 alioquin
cessassent offerri, ideò quòd
nullam haberent vltra con-
scientiam peccati, cultores se-
mel mundati. 3 sed in ipsis cõ-
memoratio peccatorum per
singulos annos fit. 4 impossi-
bile enim est sanguine tauro-
rum & hircorum auferri pec-
cata. 5 Ideò ingrediens mun-
dum dicit: Hostiam & obla- *Psal. 39, 7.*
tionem noluisti: corpus autẽ
aptasti

Imaginem] *Cùm imago hic vmbræ opponatur, idem significat atque corpus. nam corpus solidum propriè ab vmbra tanquam oppositum distinguitur: est autem vmbra omnis, alicuius corporis vmbra. corpus autem & prius natura est, & præstantius longè quàm ipsius vmbra; quippe vmbra vel nihil est corpori comparata, vel priuatio corporis est, vel ad summũ obscura quædam & inanis corporis est delineatio. hic non agitur nunc de oppositione vmbræ ac lucis, de qua aliàs. Græcum nomen εἰκόνα hoc nunc significat, quod magis propriè de imaginibus densis, & corporea mole cõstantibus, quàm de pictis tabellis dicitur. itaq; sic explicamus. cùm enim lex non ipsum rerum corpus haberet, sed rerum potius vmbram contineret: habuit quidem cõdonationis peccatorum vmbram quandam, sed non ipsam perfectam æternamq; corporis peccati abolitionem.*

2 Semel mundati] *à peccati corpore secundum conscientiam, quod non ita ipsis contingere confeßio annua manifestat.*

3 Commemoratio peccatorum.] *Illo die expiationis* CHEPHVRIM *dicto, omnium peccati generum confeßio publicè fiebat, cuius exemplum ex ipsa antiquitatis lectione descriptum in magno Opere referendum curabimus.*

4 Auferri peccata.] *Peccatorum corpus quod intimè carnis infirmitudini inhærens, nullis externis expiationibus elui potest: natura enim sanguinis taurorum & hircorũ huius tantæ virtutis expers est, nec anima taurorum & cæterorum commune quicquam habet cum humana anima, vt pro ipsa poßit sufficere. itaq; omnia illa significabant quidem per mysterium, non autem præstabant rem ipsam sua ex virtute.*

5 Hostiam.] *Christi personam inducens per Psalten Spiritus sanctus, æternæ expiationis rationem breui carminum atque verborum periodo complexus est, quam rationem Christus ipse in mundum veniens, & sermone & officio repræsentauit; Hostiam, inquiens, illam antea cæsam totiesq; repetitam, nec munus victimis vel ex priuatis hominibus vel ex publico sumptu additum voluisti ratũ gratumq; ducere, (namq; hoc volendi verbum in diuino sermone significat) Corpus autem Mysticum mihi verum corpus obtinenti aptasti. hoc autem dixisse fertur Christus veniens in mundum εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, ingressus in illum Cosmon, qui intra materialẽ & visibilem hunc mundum erat. Mysterium in mysterio reconditum est: qui indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur illi.*

6 Holo-

aptasti mihi: [6] holocautomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. [7] Tunc dixi. Ecce venio: in capite libri scriptū est de me: Vt faciam Deus voluntatem tuam. [8] Superiùs dicens, Quia hostias & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, [9] tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat. [10] In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. [11] Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias quæ nunquam possunt auferre peccata: [12] hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei. [13] de cætero expectans, donec ponātur inimici eius scabellum pedum eius. [14] Vna enim oblatione, cōsummauit in sempiternum sanctificatos. [15] Cōtestatur autem nos & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit: [16] Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, "Dando' leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: [17] & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

B — *Ibidem.*

C — *Psal. 109, 5. 1 Cor. 15, 25.* — *Iere. 31, 31, 33 Sup. 8, 8.* — *"Dabo ms. Haymo, &.*

6 Holocautomata.] *Varia sacrificiorū genera simul commemorat, de quibus suo loco.*

7 Tunc dixi,] *adaptato mihi iam corpore.* In capite libri.] *Tui libri æterni, in quo tui consilij ratio conscripta est, & in capite etiam libri visibilis fidelibus traditi, scriptum est de me:* IPSVM CONTERET CAPVT TVVM.

9 Aufert primum.] *Efficacitatem prioris illius sacrificiorum generis tollit, vt posterius hoc proprij sacrificij genus efficax & certum asseueret.*

10 In qua voluntate] *Dei Patris, qui in Filio sibi complacuit, sancti effecti sumus, quod & ab Angelis in huius Sacerdotis & victimæ ortu fuerat decantatum: Et in terra pax, hominibus bona voluntas.*

12 Sedet.] *Hic sermo atque habitus, huic vni Sacerdoti tributus, identidem commemoratur à Paulo.*

13 Inimici eius.] *Visibiles & inuisibiles, qui hominum genus obsident, quiq; vexant, & Christi in ipsos efficacitatem & virtutem oppugnant. est autem efficacia Christi ea, quam contestatur Spiritus sanctus.*

17 Peccatorum,] *quæ ex iniquitatibus proficiscuntur, tanquam ex corpore vel fonte.* Iniquitatum,] *quæ cæterorum peccatorum fons & origo sunt.*

19 Ha-

amplius. [18] Vbi autem horum
remissio: iam non est oblatio
pro peccato. [19] Habentes itaq. D
fratres fiduciam in introitu
sanctorum in sanguine Chri-
sti: [20] quam initiauit nobis viã
nouam & viuentem per vela-
men, id est carnem suam, [21] &
sacerdotem magnum super
domũ Dei, [22] accedamus cum
vero corde in plenitudine fi-
dei, aspersi corda à conscien-
tia mala, & abluti corpus aqua
munda, [23] teneamus spei no-
stræ confessionem indeclina-
bilem (fidelis enim est qui re-
promisit) [24] & consideremus
inuicem in prouocationem
charitatis & bonorum operũ:
[25] non

19 Habentes itaque.] *Disputationis epilogus, cum suasione, ad quam totius sermonis argumentum pertinet. Fiduciam hic certã, & constãtem rei persuasionem vero innixam interpretamur, aptè conueniente Latino vocabulo. est autem verborum sensus hic: Cùm igitur certa teneamus fide, Vnctum hũc non taurorum aut hircorum, sed suo proprio sanguine fuso, sancta illa antea hominibus præclusa ingressum fuisse, atq; primùm nobis ad illa viam nouam & viuentem aperuisse; quod & ipse facturum se receperat dicens, Ego sum via veritas & vita: & quoniã ipse semper in opere est, & præsentem semper habet suam illam hostiã, nec vnquam discessit à domo Dei, quam per velamen, id est, carnem suam, ingressus, nobis patefecit,* Accedamus, *&c.*

22 Cum vero.] *Explicatio corporis ac veritatis, quam vmbra illa expiationis diei significabat, ad cuius vsum cultores pœnitentiã profitebantur, aspergebantur victimarum sanguine, & corpus aquis lauabant mundis. hoc significabatur purgatio vera, per summum illum Sacerdotem promissum facienda, iuxta conscientiam peccati corpus deleturum, & externa etiam peccata expiaturum, atque redditurum suos sanctos & immaculatos coram Deo, tam interius quàm exterius. cuius beneficij quoniã Paulus, & nonnulli alij ex Israëlitis, ex virtute Christi participes facti fuerant, quos & aliis testes oportebat esse, & monitores ad eandem fidem & spem, atque ad Euangelij viam ac doctrinam ineundam adhortatores, ideò ipse hoc omnibus officium commendat faciendum singulis videlicet iuxta præsentis temporis conditionem & statum, quod interpretando partiundum fuerit; vt quæ perfectos spectant, ad eosdem referantur verba; & rursus ea quæ nondum perfectos tangunt, ad eosdem; deinde coniunctim omnia omnibus, quandoquidem vna omnium Ecclesia est.* 23 Qui repromisit,] *& promisso stabit suo erga eos qui & ipsi fide atque spe huius promissi constantes Euangelio per pœnitentiam obedierint.*

24 Consideremus inuicem.] *Alij aliis obseruationi & exemplo simus, vt quod imperfectiores in iis qui perfecti sunt viderint, imitentur, & fidem cum charitate coniunctam adhibeant diuino promisso, atque sese inuicem ament, & amore boniq; officiis vtrinque prouocentur, imò & contendant; amore, inquam, non simulatione vel superbia, vel hypocrisi; & omnes vnum hoc agant, non discedentes à communione & consuetudine mutua. hoc dicebat Paulus, quòd nonnulli viderentur à cæteris discipulis Christi segregari, quamquam & ipsi crederent; fortassè propter metum sæuitiæ in Christianos, tam à Gentibus quàm à pertinacibus Iudæis exercitæ.*

25 Appro-

non deferentes collectionem
nostram, sicut consuetudinis
est quibusdam, sed consolantes,
& tantò magis quantò videritis
appropinquantē diem.
Sap.6,4. E 26 Voluntariè enim peccantibus
nobis post acceptam notitiam
veritatis, iam non relinquitur
pro peccatis hostia,
27 terribilis autem quędam expectatio
iudicij & ignis æmulatio,
quæ consumptura est
aduersarios. 28 Irritam quis faciens
legem Moysi: sine vlla
Deut.17,6. 19,15. miseratione, duobus vel tribus
Matt.18,16. Ioan 8,17. testibus moritur. 29 quantò
2Cor.13 1. magis putatis, deteriora
mereri supplicia qui Filiū Dei
conculcauerit, & sanguinem
testamenti pollutum duxerit,
in quo sanctificatus est, & spiritui
gratiæ contumeliā fecerit?
30 Scimus enim qui dixit,
Deut.32,35. Rom.12,19. Mihi "vindictam", ego "retribuam".
ᵃvindicta 1 MS G.E. Et iterum: "Quia iudicabit
ᵇreddam 4 MS. Dominus populū suū.
–3MS.G.E. Psal.134,14 31 Horrendum est incidere in
manus

25 Appropinquantem diem.] *Diē Euāgelica virtutis & efficientiæ in eos, qui credentes perseuerauerint vsque in finem, eundemq́ diem vltionis in eos, qui Euāgelium repulerint.*

26 Voluntariè enim peccant.] *Hic vnus ex iis locis est quæ D. Petrus ab indoctis & instabilibus deprauari ait. Spectat autem eos qui in Spiritum sanctum peccant, peccatum ad mortem, quod qui peccauerit, vt quis pro eo oret Ioannes iam non dicit,*

Iam non relinquitur.] *Quia semel passus est Christus & crucifixus, non iterum pro huiusmodi crucifigendus. refertur locus ad illum superius adnotatum: Impoßibile enim est eos qui semel illuminati sunt, &c. ideò Paulus hic,* Nobis, *ait, suam in quantum erat conditionem significans, & quid sit voluntariè peccare ipsemet explicat. qui legit intelligat, & metuat.*

27 Expectatio iudicij.] *Reprobatio, terribilißimum iudicij genus.*

28 Irritam.] *Sententiam ex pronuntiato ac præiudicio confirmat, argumentatione statera adhibita, quam contentionem in nostris Rhetoricis dicimus. sed ex multis præceptis, quorū violatio capitalis in lege est, ea propriè ad hunc locum pertinent, quæ de homicidio aut vulnere consulto atque deliberata voluntate illato, cauent. nam in huiusmodi Lex iubet animam pro anima, vulnus pro vulnere, dentem pro dente. est enim humanum corpus animæ siue spiritus domus ac templum quoddam: anima Dei est, & ex consequenti corpus vt animæ templum. quicunque corpus vel occidit vel violat, animæ templum diruit vel violat. igitur si cum hac ratione & culpa illa conferatur conculcati Filij Dei in eo loco in quo habitabat, & polluti ducti sanguinis testamenti noui, in quo ipse sanctificatus fuerat, & contumelia Spiritui sancto facta, quanto magis, &c.* 29 Pollutum duxerit.] *Non pluris fecerit quàm communem aliquem alium sanguinem, qui nihil sancti habere censetur, cùm tamen ipse in eo sanctificatus re ipsa fuerit.* 30 Populum suum,] *degenerantem à virtute & veritate populi sui.*

V 32 Reme-

manus Dei viuentis. 32 Reme-
moramini autē pristinos dies:
in quibus illuminati, magnū
certamen sustinuistis passio-
num. 33 & in altero quidem
opprobriis & tribulationibus
spectaculum facti: in altero
autem socij taliter conuersan-
tium effecti. 34 Nam & vinctis
compassi estis: & rapinam bo- G
norum vestrorū cum gaudio
suscepistis, cognoscentes vos
habere meliorē & manentem
substantiam. 35 Nolite itaque
amittere confidētiam vestrā,
quæ magnam habet remune-
rationem. 36 Patiētia enim vo-
bis necessaria est: vt voluntatē
Dei facientes, reportetis pro-
missionē. 37 Adhuc enim mo- Abac. 2, 3. 1 Petri 1, 6.
dicum aliquantulumque, qui
venturus est, veniet, & nō tar-
dabit: 38 iustus autem meus ex Rom. 1, 17. Galat. 3, 11.
fide "viuit". quòd si subtraxerit *viuet a. c. 5.
se: non placebit animæ meæ.
38 Nos autē nō sumus subtra-
ctionis "filij" in perditionē: sed *6 MS. c. 5.
fidei in acquisitionem animę.

CAP.

32 Rememoramini.] *Ad constantiam adhortatur exemplo eorū qui Euangelio primùm credentes, & lumen diuinum acceperunt, & virtutem etiam libenter pro Christi nomine grauissima quæque ab hominibus ferendi.*

33 In altero.] *τοῦτο μὲν τοῦτο δὲ, idem hic valet quod Latinorum geminatum Tum. Tum, inquit, ipsimet certamen illud percurristis opprobriorum & molestiarum, tum rursus aliis eiusmodi certamine laborantibus monitores, adhortatores, & adiutores fuistis, nec quicquā quod Christi martyres paterentur, à vobis alienū putastis, quod ego ipse testari possum, cuius vinculis vos compassi fueritis. S. S. E. Ibāt gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro Christi nomine cōtumeliam pati. & augebatur quotidie discipulorum numerus.*

34 Rapinam.] *Quæ vulgò grauissimū ducitur malum, cui ploratur lacrymis amissæ pecuniæ veris: piis autem, & boni propositi tenacibus animis, minima exiguaque malorum hæc censetur portio, maximè persuasis meliorē aliàs fundum sibi esse paratum, eumque æternum.*

35 Nolite.] *Quo tēpore hæc scribebat Paulus, bona pars eorum qui inter Hebræos perfecti Christi discipuli fuerant, vel martyrij suppliciis occisi, vel exilio mulctati, vel ad Euangelium aliis populis ac gentibus adnuntiandum profecti, in Iudææ regione desiderabantur: imperfectorum qui reliqui erant, variis agitabantur tentationibus à Satana, Satanæque ministris cum externis tum internis; vacillabant nōnulli metu incommodorum & molestiarum præsentium; quidam etiam in spe atque expectatione sacrosancti promissi frigebant, nimis longum existimantes iam illius expectandi tēpus, qualis angusti animi ratiocinatio esse solet. hos ad fidei constantiā admonere adhortarique, studet Paulus grauissimis rationibus, hoc est, authoritate & efficacitate, atque etiam voluntate promittentis, deinde breuitate temporis, quod non ex humani computi angustiis, verùm ex Dei virtute & efficientia æstimari oportet, apud quem mille anni vt dies vnus, & vnus dies vt anni mille. item ex promissi ac doni magnitudine, quod omni expectatione, quāuis longissima, dignissimum sit; & tamen non adeò in longum differtur, quin expectantibus cumulatè contingat. postremò*

ex con-

ex conditione promißi ipsius, quod non nisi credentibus & patienter expectantibus, atque in bonorum operum exercitatione occupatis præstandum esse declaratum est. atque hanc patiētiam & bonarum actionum studium fidei illius quæ primum in salutis negocio principium & caput esse dicitur, testimonium esse, cui exhibendo studere ij debent, qui animæ suæ negotiantur salutem. Subtractionem hic Paulus fidei opponit; constanti, inquam, fidei. nam & viua fides vel constantia est, vel sine constantia viuere non potest. pertinet autem sententia hæc ad illud Iesu Christi pronuntiatum: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrorsum, aptus est regno Dei.

CAP. XI.

A Est[1] autem fides, sperandarum substātia rerum, argumentum non apparentium. [2] In hac enim testimonium consecuti sunt senes. [3] Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei: vt ex inuisibilibus

Genes. 1, 2, 3.

IN CAP. XI.

1 Est autem fides.] *Hæc definitio siue descriptio fidei opportunè in hunc locum inducta est, in quo de ipsius constantia agebatur. in qua duo sunt nomina,* Hypostasis *&* Elenchos, *pro quibus Latinus interpres substantia & argumentum reddidit. est autem nobis imprasentiarum Hypostasis breuis quadam ac præsens res, pignus in se continens maioris rei aliquando futura. in naturalibus hypostasis exemplum erit Nux integra & sana magnam nucem arborem virtute in se continens, quam si seminetur, demum proferet. in morum arte, vitaq; consuetudine, hypostasis mihi erit authenticum diploma à rege traditum, quo se ille mihi ad se vocato & venienti, certum munus planè regium largiturum pollicetur: id enim ex dignitatis regia atque veritatis ratione certißimum mihi promissum facit, dummodo id mea non subducatur culpa. Elenchus autem breuis tabella est, quæ artis siue tractationis cuiuspiam summa capita contracta indicat, quæ postea sigillatim explicantur plenius; quam rationem Latinus interpres rectè expensam habens, Argumentum optimè dixit, eadem significatione, qua Comœdiæ cuiuspiam Periocha argumentum Romanis dicitur. Poterat etiam verti Specimen, vt non partem quandam rei, sed rei totius summam rationem virtute comprehensam significaret. est itaque descriptionis siue explicationis huius expositio huiusmodi: Vt qui nucem habet, dicere potest se virtute & hypostasi habere ingentem nucem arborem: qui diploma regium; affirmare potest, voluntatem regis ad beneficium sibi conferendum, nisi ipse demereatur, se iam cognitam habere: & qui artis indicem potenter obtinet, se artis omnem summam tenere ait: Sic qui promißi diuini notitia atque fide certa præditus est, quasi summam quandam mente atque animo obtentam intuetur earum rerum, quæ sibi in posterum exhibenda promissa atque ad sperandum declarata sunt, quamobrem ex fide in spem rapitur, atque ex vtraque virtute ad facessenda quæ iussus est, animatur & accingitur; atque promittentis & iubentis virtute promotus, difficultatem omnem ad finem vsque obediētia superat.*

3 Aptata.] *Quamquam promissorum ratio ad futurum pertineat tempus, tamen fides & futurum & præteritum respicit. præteritum quidem credit & obseruat, atque ex hoc etiam firmatur ad futurorum spem: cùm enim credit omnia ex nihilo creata & aptata secula rerum quæ manifestè videntur, credit eiusdem virtutis atque benignitatis esse quæcunque in futurum promissa fuerint, etiam si difficillima, imò si secundum naturam impoßibilia videantur præstare; atque ita credens sperat & obsequitur promittenti ac iubenti, & obsequium ad finem vsque perfert.*

bilibus visibilia fierent. [4]Fide, Genes.4,4.
plurimã hostiam Abel, quàm
Caim, obtulit Deo: per quam Matt.23,34.
testimonium consecutus est
esse iustus, testimonium per-
hibente muneribus eius Deo,
& per illam defunctus adhuc
loquitur. [5]Fide, Henoch trãs- Genes.5,24. Eccl.44,16. 49,16.
latus est, ne videret mortem,
& nõ inueniebatur: quia trãs-
tulit illum Deus: ante transla-
tionem enim testimoniũ ha-
buit placuisse Deo. [6]Sine fide B
autem impossibile est placere
Deo. Credere enim oportet
accedẽtem ad Deum quia est,
& inquirentibus se remunera-
tor sit. [7]Fide, Noë respõso ac- Gen 6,13,18 Eccl.44.17.
cepto de iis quæ adhuc nõ vi-
debantur, metuens, aptauit
arcam in salutem domus suæ,
per quam damnauit mũdum:
& iustitiæ quæ per fidem est
hæres institutus. [8]Fide, qui Gen.12,4.13,1
vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus
erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quò iret. [9]Fide, demo-
ratus est in Terra repromissionis, tanquam in aliena, in ca-
sulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromis-
sionis eiusdem. [10]Expectabat enim fundamenta habentem C
ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. [11]Fide, & ipsa Sara Genes.17,19. 18,10. 21,2.
sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præ-
ter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui re-
promise-

4 Testimoniũ perhibente muneribus.] *qui respexit ad Abel & ad munera eius, qui salutis sibi à Deo conferendæ fide, & melius & plenius sacrificabat, & quamquam ab impio fratre occideretur, tamẽ à fide tum salutis suæ, tum iudicij diuini nõ auellebatur, quamobrem fides illa effecit vt viri cruor in terra effusus & occultatus clamaret, à Deóque auditus vindicaretur.*

6 Sine fide.] *Vnum ex primis pietatis veræ disciplinæ rudimentis atque principiis omnium piorum consensu concessis. in duo autem capita maxima principium hoc diuiditur; alterum naturam ipsam diuinam; alterum Diuinæ naturæ in homines humanasq; res prouidentiam spectat. nam prius complures ex mundi sapientibus concessere, posterius nonnulli negarunt, cùm tamen alterum sine altero consistere omnino non possit, nec ad salutem hominum alterius tantùm fides prodesse.*

7 Damnauit mundum] *impietatis & cõtumaciæ, cùm nemo excusare posset prædicti iam iudicij ignorationem: quin illud tam vastum opus, tam multis annis, tam studiosè cœptum, tam pertinaci labore promotum ac demum absolutum excusationem prorsus refelleret.* Iustitiæ.] *De qua sermo omnis præcipuè instituitur à Paulo. fuit autem institutus hæres promisso & oraculo illo: Et statuam pactum meum tecum.*

12 Ab

promiserat. [12] Propter quod
& ab vno orti sunt (& hoc
Eccles. 44, 22. 23. emortuo) tanquam sydera cę-
li in multitudine, & sicut are-
na quæ est ad oram maris, in-
numerabilis. [13] Iuxta fidem
defuncti sunt omnes isti, non
acceptis repromissionib⁹, sed
à longè eas aspicientes, & salu-
tantes, & confitentes, quia pe-
regrini & hospites sunt super
terram. [14] Qui enim hæc di-
cunt: significãt se patriam in-
quirere. [15] Et si quidem ipsius
meminissent de qua exierunt:
habebant vtique tempus re-
D uertendi. [16] nunc autem me-
liorem appetunt, id est, cæle-
stem. Ideò non confunditur
Deus vocari Deus eorum, pa-
rauit enim illis ciuitatē. [17] Fi-
Genes. 22, 9. Eccles. 44, 21. de, obtulit Abrahã Isaac, cùm
tentaretur: & vnigenitum of-
*in quo MS. q. 2. ferebat, *qui susceperat repro-
missiones: [18] (ad quem dictum
Genes. 21, 12. Rom. 9, 7. est, Quia in Isaac vocabitur
tibi semen,) [19] arbitrans quia
& à mortuis suscitare potens
est Deus. vnde eum & in pa-
Genes. 27, 27. 36. rabolam accepit. [20] Fide, & de
E futuris, benedixit Isaac, Iacob
Genes. 48, 15. & Esau. [21] Fide, Iacob moriens, singulos filiorũ Ioseph bene-
dixit:

12 Ab vno] *Abrahamo, de quo scriptum est: Vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.*

13 Iuxta fidem.] *Non abiecta, sed conseruata fuit etiam fides morientibus bis Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, & multis horũ posteris, quos multos par est ducentorum & eo amplius annorum spacio in Ægypto natos vitaq; functos fuisse, repromissionibus non modò cælestibus (quæ tunc non patefacta erant vt nũc sunt) sed neque terrenis etiam acceptis, & tamen terrenas posteris suis largitum iri, & cælestes ipsi etiam sibi præstandas esse credidere, idq; arcana significatione apertis tamen verbis profitebantur.*

16 Deus eorum.] ELOHIM, *gubernatorem, rectorem, & regem illorum etiam post mortem sese prædicat.*

18 Ad quem dictum est.] *Fidei sapientia omnem Dialecticam & Philosophicam ratiocinationem longè superat, & quæ pugnare secum videntur, & contradictoria à Logicis dicuntur, tamen vno primo maximoq; principio componere nouit, hoc est, Nihil Deo impossibile est.*

19 In Parabolam.] *Deus tentatum Abrahamum, & fidei constantia probatum, vtriusque virtutis exemplum posteris constituit seculis, hoc est, fidei in credendo, & obedientiæ in agendo. Vocabulum parabola respondet hoc loco Hebraico verbo* MASSAL, *siue Syrico* MOSLO, *vestigiumq; certum est linguæ qua primùm Epistola hæc scripta fuerat.*

21 Singulos filiorum.] *Singulis suam singularem felicitatem precatus prædixit, quæ quamquam longè pòst futuræ erant, ipsi tamen per fidem tanquam in elencho siue argumento tenebantur.*

Adorauit

bilibus visibilia fierent. 4 Fide, G.nes.4,4.
plurimã hostiam Abel, quàm
Caim, obtulit Deo: per quam Matt.23,34.
testimonium consecutus est
esse iustus, testimonium per-
hibente muneribus eius Deo,
& per illam defunctus adhuc
loquitur. 5 Fide, Henoch trãs- Genes.5,24. Eccl.44,16. 49,16.
latus est, ne videret mortem,
& nõ inueniebatur: quia trãs-
tulit illum Deus: ante transla-
tionem enim testimoniũ ha-
buit placuisse Deo. 6 Sine fide B
autem impossibile est placere
Deo. Credere enim oportet ~5 MS. 6. Q.n.
accedẽtem ad Deum quia est,
& inquirentibus se remunera-
tor sit. 7 Fide, Noë respõso ac- Gen.6,13,18. Eccl.44.17.
cepto de iis quæ adhuc nõ vi-
debantur, metuens, aptauit
arcam in salutem domus suæ,
per quam damnauit mũdum:
& iustitiæ quæ per fidem est
hæres institutus. 8 Fide, qui Gen.2,4.13,1
vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus
erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quò iret. 9 Fide, demo-
ratus est in Terra repromissionis, tanquam in aliena, in ca-
sulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromis-
sionis eiusdem. 10 Expectabat enim fundamenta habentem C
ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. 11 Fide, & ipsa Sara Genes.17,19. 18,10. 21,2.
sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præ-
ter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui re-
promisse-

4 Testimoniũ perhibente muneribus.] *qui respexit ad Abel & ad munera eius, qui salutis sibi à Deo conferendæ fide, & melius & plenius sacrificabat, & quamquam ab impio fratre occideretur, tamẽ à fide tum salutis suæ, tum iudicij diuini nõ auellebatur, quamobrem fides illa effecit vt viri cruor in terra effusus & occultatus clamaret, à Deóque auditus vindicaretur.*

6 Sine fide.] *Vnum ex primis pietatis veræ disciplinæ rudimentis atque principiis omnium piorum consensu concessis. in duo autem capita maxima principium hoc diuiditur; alterum naturam ipsam diuinam; alterum Diuinæ naturæ in homines humanasq; res prouidentiam spectat. nam prius complures ex mundi sapientibus concessere, posterius nonnulli negarunt, cùm tamen alterum sine altero consistere omnino non possit, nec ad salutem hominum alterius tantùm fides prodesse.*

7 Damnauit mundum] *impietatis & cõtumaciæ, cùm nemo excusare posset prædicti iam iudicij ignorationem: quin illud tam vastum opus, tam multis annis, tam studiosè cœptum, tam pertinaci labore promotum ac demum absolutum excusationem prorsus refelleret.* Iustitiæ.] *De qua sermo omnis præcipuè instituitur à Paulo. fuit autem institutus hæres promisso & oraculo illo: Et statuam pactum meum tecum.*

12 Ab

promiſerat. 12 Propter quod
& ab vno orti ſunt (& hoc
Eccleſ.44,21. 23. emortuo) tanquam ſydera cę-
li in multitudine, & ſicut are-
na quæ eſt ad oram maris, in-
numerabilis. 13 Iuxta fidem
defuncti ſunt omnes iſti, non
acceptis repromiſſionib9, ſed
à longè eas aſpicientes, & ſalu-
tantes, & confitentes, quia pe-
regrini & hoſpites ſunt ſuper
terram. 14 Qui enim hæc di-
cunt: ſignificãt ſe patriam in-
quirere. 15 Et ſi quidem ipſius
meminiſſent de qua exierunt:
habebant vtique tempus re-
D uertendi. 16 nunc autem me-
liorem appetunt, id eſt, cæle-
ſtem. Ideò non confunditur
Deus vocari Deus eorum, pa-
rauit enim illis ciuitatẽ. 17 Fi-
Geneſ.22,9. Eccleſ.44,21. de, obtulit Abrahã Iſaac, cùm
tentaretur: & vnigenitum of-
*in quo ms. q. 2. ferebat, *qui ſuſceperat repro-
miſſiones: 18 (ad quem dictum
Geneſ.21,12. Rom.9,7. eſt, Quia in Iſaac vocabitur
tibi ſemen,) 19 arbitrans quia
& à mortuis ſuſcitare potens
eſt Deus. vnde eum & in pa-
Geneſ.27,27. 36. rabolam accepit. 20 Fide, & de
E futuris, benedixit Iſaac, Iacob
Geneſ.48,15. & Eſau. 21 Fide, Iacob moriens, ſingulos filiorũ Ioſeph bene-
dixit:

12 Ab vno] *Abrahamo, de quo ſcriptum eſt: Vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.*

13 Iuxta fidem.] *Non abiecta, ſed conſeruata ſuit etiam fides morientibus his Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, & multis horũ poſteris, quos multos par eſt ducentorum & eo amplius annorum ſpacio in Ægypto natos vitaq; functos fuiſſe, repromiſſionibus non modò cæleſtibus (quæ tunc non patefacta erant vt nũc ſunt) ſed neque terrenis etiam acceptis, & tamen terrenas poſteris ſuis largitum iri, & cæleſtes ipſi etiam ſibi præſtandas eſſe credidere, idq; arcana ſignificatione apertis tamen verbis profitebantur.*

16 Deus eorum.] ELOHIM, *gubernatorem, rectorem, & regem illorum etiam poſt mortem ſeſe prædicat.*

18 Ad quem dictum eſt.] *Fidei ſapientia omnem Dialecticam & Philoſophicam ratiocinationem longè ſuperat, & quæ pugnare ſecum videntur, & contradictoria à Logicis dicuntur, tamen vno primo maximoq; principio componere nouit, hoc eſt,* Nihil Deo *impoſſibile eſt.*

19 In Parabolam.] *Deus tentatum Abrahamum, & fidei conſtantia probatum, vtriuſque virtutis exemplum poſteris conſtituit ſeculis, hoc eſt, fidei in credendo, & obedientiæ in agendo. Vocabulum parabola reſpondet hoc loco Hebraico verbo* MASSAL, *ſiue Syrico* MOSLO, *veſtigiumq; certum eſt linguæ qua primùm* Epiſtola *hæc ſcripta fuerat.*

21 Singulos filiorum.] *Singulis ſuam ſingularem felicitatem precatus prædixit, quæ quamquam longè pòſt futura erant, ipſi tamen per fidem tanquam in elencho ſiue argumento tenebantur.*

Adorauit

Adorauit fastigium.] προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. *An hoc idem significet Latinè quod Græcè, & in vtraque lingua idem quod* חשבעלכביעה *expendat, qui sciet, diligenter, memineritq́; Epistolam hanc non Græce primùm, sed Hebraicè, hoc est, Syricè conscriptam, atque ad fontes recurrat. Sunt qui ingeniosè hic commentantur, & mira antiquitatis cognitione sibi plaudunt: verùm illud sæpius clamamus, in sacrarum lectionum simplici maiestate nullus ingenio locus est. non hic explicationem omittimus nos propter inscitiam loci, sed propter nimiam scientiam eorum qui audacius hæc quàm expediat, tractant, quibus quamquam multa de hoc virgæ fastigio scripta sint, nihil tamen quod verum loci sensum attingat, scriptum affirmamus, atq; ideò parcius & maiori religione de sacris lectionibus statuendum denuntiamus; namque id diuinare magis quàm explorare est. Demum qui Hebraicè nescierit, sese hic diuinaturum non speret, vbi interpres Græcus ingeniis crucem ponere voluisse videtur.*

23 Moyses natus.] *Mira profectò fuit Mosis parentum solertia & obseruatio, atque in his constantia, sed omnia hæc ex fidei doctrina ac virtute nata fuêre, qui singularem & præstantem infantis elegantiam, non nisi magna ex causa diuinitus effectam interpretati sunt: quãobrem illum diligenter primùm occultandum, deinde tuto exponendum, atque obseruatrice constituta, boni euẽtus expectatione custodiendum curauere.*

27 Sustinuit.] *Expectauit sibi Deum fautorem ac liberatorem futurum contra regis iram, diligentiam & manum, non secus quàm si ipsum sibi Deum præsentem videret.* ἐκαρτέρησε.

29 Ægyptij deuorati sunt,] *qui non fide deducti, sed furore acti, eãdem quàm Israëlitæ viam ingredi ausi fuêre.*

30 Circuitu dierum septem,] *quos Israëlitarum tentaturus fidem Deus præscripserat.*

dixit: & adorauit fastigium Genes. 47, 31.
virgæ eius. 22 Fide, Ioseph mo- Genes. 50, 24. 25.
riens, de profectione filiorum
Israël memoratus est: & de os-
sibus suis mandauit. 23 Fide,
Moyses natus, occultatus est Exod. 2, 2. Act. 7, 20.
mensibus tribus à parentibus
suis: eo quòd vidissent elegã-
tem infantem, & non timue-
rũt regis edictũ. 24 Fide, Moy- Exod. 1, 16. Exod. 2, 11.
ses grandis factus, negauit se
esse filium filiæ Pharaonis:
25 magis eligens affligi cũ po-
pulo Dei, quàm temporalis
peccati habere iucunditatem,
26 maiores diuitias æstimans
thesauro Ægyptiorũ, impro-
periũ Christi. aspiciebat enim
in remunerationem. 27 Fide, F
reliquit Ægyptum: non veri-
tus animositatem regis. inui-
sibilem enim tanquam vidẽs
sustinuit. 28 Fide, celebrauit Exod. 12, 11. 21.
pascha, & sanguinis effusionẽ:
ne qui vastabat primitiua, tã-
geret eos. 29 Fide, transierunt Exod. 14, 22.
mare-rubrum tanquam per
aridam terram: quod experti
Ægyptij, deuorati sunt. 30 Fide, Iosue 6, 20.
muri Iericho corruerunt, cir-
cuitu dierum septem. 31 Fide,
Rahab meretrix non periit cũ Iosue 6, 23. 25.
incredulis:

32 Et

Iosue 2, 1.
incredulis: excipiens explora-
tores cũ pace. [32] Et quid adhuc
dicã? Deficiet enim me tẽpus
enarrantem de Gedeõ, Barac,
Sampson, Iephte, Dauid, Sa-
G muel,& Prophetis. [33] qui per
fidem,deuicerunt regna, ope-
rati sunt iustitiam,adepti sunt
repromissiones, obturauerũt
ora leonum, [34] extinxerũt im-
petum ignis, *effugauerunt (*effugerunt 4 MS.G.S.)
aciem gladij,conualuerunt de
infirmitate,fortes facti sunt in
bello,castra verterunt extero-
rum. [35] acceperũt mulieres de
resurrectione mortuos suos.
alij autem distenti sunt, non
suscipiẽtes redemptionem, vt
meliorem inuenirent resurre-
ctionem. [36] Alij verò ludibria
& verbera experti, insuper &
vincula & carceres: [37] lapidati
sunt,secti sunt,tentati sunt, in
occisione gladij mortui sunt,
circuierunt in melótis,in pel-
libus caprinis, egentes, angu-
stiati,afflicti: [38] quibus dignus
non erat mundus.in solitudi-
nibus errantes,in mõtibus,&
speluncis,& in cauernis terrę.
[39] Et hi omnes testimonio fi-
dei probati, non acceperunt
repro-

32 Et Prophetis] *Elia, Heliseo & aliis, quos omnes cum iis quos antea nominauit, in summã coniungens Paulus, deinde per certas cuiusque actiones è vestigio commemoratas, agnoscendos ac distinguendos lectori relinquit.*

33 Operati sunt iustitiam,] *quæ secũdum legem erat, quam exercebant diligenter in fide & spe iustitiæ Dei.*

Repromissiones] *terrenæ hæreditatis, atq; omnium earum rerum, quæ illis & promissæ fuerunt, & verè contigerunt, in figura cælestiũ promissorum fidelibus præstandorum.*

34 Conualuerũt,] *vt Dauid & Ezechias.*

35 Distenti sunt] *fidei virtutem, & ad maximas obeundas gerendasq; res ac peruincendas, & ad grauissima discrimina & pericula, tum vitæ tum aliarum rerum quæ ad vitã pertinent, valere, atque in vtroque genere spectari, propositis ex sacra lectione exẽplis, Paulus docet. fuerũt distenti cõplures Prophetæ Dei Eliæ atque Helisei tempore, deliberato ad mortem animo, ferendam potius grauissimam, quàm impiorum hominũ imperio subitò mutandam.*

39 Testimonio fidei.] *Opera magna studia & curam iustitiæ exercendæ, actionesq; omnes à Deo imperatas obeundi, damna, incommoda, tormenta, atque etiam mortem constanti animo pertulerunt. Denique superius commemoratorum capitum nomina omnia in summam redacta, fidei testimonium Paulus appellat, qui nunquam fidem ab obsequio disiungere solet, si rectè percipiatur. conuenit hoc maximè cum illa Iacobi doctrina: Ostende tu mihi fidẽ tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.*

Non acceperunt repromissionem] *illam cælestem, quæ illorum seculis quamquam facta & pronuntiata erat, non tamen vsque ad nostra tempora præstita fuit; itaque illi illam credentes atque expectantes, & vixerunt, & diem huius vitæ extremum obierunt, cùm Deus illius præstandæ opportunitatem ad nostrum vsque tempus, hoc est, ad seculorum fines distulisset.*

IN

repromissionem. [40] Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

Cap. XII.

IDeoque[1] & nos tantam habentes impositam nubem testium: deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, [2] aspiciẽtes in authorẽ fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. [3] Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. [4] Nondum enim vsq. ad sanguinẽ restitistis, aduersus peccatũ repugnantes:

A Rom. 6, 4. Colos. 3, 8. Ephes. 4, 25. 1 Petri 2, 1. 4, 2.

-9 MS. G. S.

sedit 2 MS. G. S.

B

-1 MS. G. S.

In cap. XII.

1 Ideoque & nos] *Incepta suasionis perorationẽ firmissimo argumento, eodemq; multis adiunctis confirmato persequitur. Si sancti illi, quamquam repromissionem longè postea præstandam intelligerent, tamen perpetuum fidei & spei cursum magnis actionibus & passionibus comprobatum ad extremum vsque vitæ huius mortalis tempus percurrerunt; Sancti, inquam, tam multi tam illustres, qui à primis vsque seculis vixerũt, cur nos tot fidei testibus, atque etiam, vt ita dicamus, vadibus præsentibus, nostriq; breuissimi temporis, imò iam præsentis opportunitatem gratulantibus spectatoribus, omni peccati atque diffidentiæ pondere deposito, non alacriter atque strenuè nostrum hoc exiguum certamen peragemus, oculis in eũ intentis, qui quondam promiserat credenda, nunc verò credita, à se perfectè consummata præstat. atq; idem sese certaminis à nobis vincendi ducem antesignanum, atque suo ipsius exemplo magistrum & patronum præbet. qui proposito sibi gaudio regni cælestis nobis comparandi, & crudelem mortem & ignominiam sustinuit & superauit.*

3 Recogitate] *eum qui cùm non suæ salutis, qua ipse non indigebat, vtpote qui salus ipsa vitaq; erat, sed peccatorum salutis causa tot tantaq; in terris peregisset, tantaq; ad mortem vsque perpeteretur, tamen grauissimam etiã pertulit contradictionem ab ipsis, quorum salutis atque vitæ negotium susceperat & peragebat: vt nõ solùm probra, ignominiam, detractionem virtutis, atq; veritatis suæ irrisionem ante mortem, sed in ipso etiam mortis tempore audierit, Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce & credimus ei. Et, Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potuit. Sperauit in Deo, liberet eum si vult. & huius generis grauissima multa, tamen propter eosdẽ ipsos sustinuit. Hunc igitur ante oculos statuite, vt intelligatis quãtum oporteat vos pro vestra qua indigetis vita ac felicitate sustinere, nedum cum tãto minora sint ea certamina, quibus in præsentiarum exercemini, quippe qui nondum etiam ad sanguinem vsque restitistis, externis adhuc & minoribus laboribus operam nauastis, vt opprobriis, exprobrationibus, maledictis, contumeliis, quidam & direptione rerum, alij carcere, alij ad summũ exiliis hactenus affecti.* 4 Aduersus peccatum,] *ex vno certaminum genere ad alterum etiam commendandum sermo à Paulo inducitur. Motus omnis exteriorum certaminum ex pusillanimitate proficiscitur, pusillanimitas in homine ipso nascitur seipsum*

gnantes: 5 & obliti estis conso-
lationis, quæ vobis, tanquam
Prou. 3,11. Iob 5,17. filiis loquitur, dicens, Fili mi,
noli negligere disciplinam
Domini: neque fatigeris dum
Apoc. 3,19. ab eo argúeris. 6 Quem enim
diligit Dominus, castigat: fla-
gellat autem omnem filium
quem recipit. 7 In disciplina
perseuerate. Tanquam filiis
vobis offert se Deus. quis
enim filius, quem non corri-
pit pater? 8 Quòd si extra di-
sciplinam estis, cuius partici-
pes facti sunt omnes: ergo
adulteri, & non filij estis. 9 De-
C inde patres quidem carnis no-
stræ, eruditores habuimus, &
reuerebamur eos. num multò
magis obtemperabimus Pa-
tri spirituum, & viuemus? 10 Et
illi quidem in tempore pau-
corum dierum, secúdum vo-
luntatem suã erudiebant nos:
hic autem ad id quod vtile est
in recipiédo sanctificationem
eius.

seipsum vincere nesciente: nam victoriarum maxima sui ipsius est. quisquis nullo interius citato affectui succumbit, nulli exteriori cedet pugnæ. affectus autem omnis contra diuinam legem peccatum est, maximè cum expugnato dominatur cordi, siue is cupiditatis, siue metus, siue gaudij, siue doloris, siue ambitionis, siue superbiæ, siue cuiuscunque alterius formæ sit, ad vnum ex tribus generibus referenda. his cùm primis resistere oportet vsque ad sanguinem, id est, quoad homo, quantum in se est, peccato in se occiso, ipse etiam peccato moriatur, membraq́ mortificet, quæ peccato antea viuebant, eaq́ mortua & sacrificata in spirituali hac pugna Deo dicet, qui sic mortua suscipiens suscitabit ad seruiendum, non peccato, sed iustitiæ. ita quisquis in hac pugna contenderit, ita vt suorum ipsius membrorũ victor euadat, is profectò cæteras exterius oblatas contentiones & pugnas contemnet, tantùm abest vt perhorrescat. atque hanc contentionis & pugnæ disciplinam cæterarum omnium præcipuam & efficientißimam multis sententiis docet & confirmat Deus, qui ipse sese & Patrem suorum & in hac disciplina magistrum præbet.

9 Patres quidem carnis.] *A minori exemplo vero & recto, rem omni ex parte maiorem vtilioremq́ confirmat.*

Et reuerebamur.] *Terreni patres quas artes filios discere volunt, eruditores ipsi docent, qui optimi omnium magistri in terris esse possunt, si eas artes quas ipsi norunt, filiis tradant; bonas, inquam, artes. quippe & ipsi studiosius docent liberos suos, & filij magis etiam (si modo probi sunt) paterno studio & exemplo afficiuntur. verùm cùm patres filiis animum & spiritum ad disciplinam addere non poßint (nec enim ea hominum virtus & facultas est) metum & reuerentiam incutere curant, atque ita filij, quod animo magno agere non poßint, hoc est, maiori quàm ipsis natura constet, metu tamen & reuerentia agunt, & tamen sic proficiunt. At verò Deus non disciplinam solùm tradit, sed discere volenti animũ & vitam auget, & spiritum addit. Si enim patres terreni norunt bona data dare filiis suis, quanto magis Pater cælestis dabit spiritum bonum petentibus se.*

X 11 Omnis

11 Omnis autem diſciplina.] *Quãquam ex ſimilitudine aliarum diſciplinarum hæc dicta videri poſſint, quarum amara initio radix dulces demum profert fructus; tamen verbum iuſtitiæ quo ſententia hæc finitur, de diuinis diſciplinis agi indicat. quales ſunt quæ de pœnitentia, mortificatione ſui ipſius, de tolerandis aduerſis, de charitate etiam erga inimicos, de victoria mali per bonum officium, & quæ ad hoc pertinent genus: quæ, quamquam iuxta carnis infirmitudinem, duriora initio videantur, tamen fructum in ſanctificatione adferunt præſtantiſſimum.*

12 Remiſſas manus.] *Hebraica lingua familiares idiotiſmi ſunt, quibus ad virtutem & fortitudinem atque conſtantiã excitat Paulus.*

14 Pacem] *Summa diſciplinarum, quas commendauerat percurrit capita.* Cum omnibus,] *neminem excipit.*

Sanctimoniam]*cordis præcipuè, de qua ſcriptum eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

15 Nequa radix amaritudinis.] *Quidquid aduerſus candidam ſinceramq́; charitatem producitur, quãquam in ſpeciem pulchrũ & gratum quibuſdam videatur, ex huiuſmodi radice proficiſcitur, & multos inquinat, atque à iuſtificationis fructu alienat. ex quo principio contentionum genera omnia ingenij, doctrinæ, gentilitatis & commoditatum commodorumq́; æmulationes.*

16 Propter vnam eſcam] *viliſſimam panis & lentis, primogenita ſua vendidit, in quibus diuinorũ promiſſorũ continebatur ſumma.*

17 Reprobatus eſt] *à patre ſuo ex conſilio inſpirationeq́; Dei.*

18 Ad tractabilem montem.] *Ex locorũ, apparatus, rerum ac perſonarum comparatione, docet etiam hanc gratiæ atque ſanctificationis legem ſuauiſſimam, facillimam, minimè, vt antiquam illam, metuendam: nam quæ illam alteram anteceſſere, & conſequuta ſunt, omnia terribilia horrendaq́; fuerunt, & quæ mortem, cuius miniſtrationem lex illa exhibebat, minitarentur & indicarent.*

eius. [11]Omnis autem diſcipli-
na in præſenti quidem videtur
non eſſe gaudij, ſed mœroris:
poſtea autem fructum paca-
tiſſimum exercitatis per eam,
*reddet iuſtitiæ. [12]Propter *reddit 6 MS.C.
quod remiſſas manus & ſolu-
ta genua erigite: [13]& greſſus
rectos facite pedibus veſtris:
vt non claudicans quis erret,
magis autẽ ſanetur. [14]Pacem Rom.12,18.
ſequimini cum omnibus, &
ſanctimoniam: ſine qua nemo
videbit Deum: [15]cõtemplan-
tes nequis deſit gratiæ Dei: ne
qua radix amaritudinis ſur-
ſum germinans impediat, &
per illam inquinentur multi.
[16]Nequis fornicator aut pro- E
phanus vt Eſau: qui propter Geneſ.25.33.
vnam eſcam vendidit primi-
tiua ſua: [17]ſcitote enim quo-
niam & poſtea cupiens hære- Geneſ.27,38.
ditare benedictionem, repro-
batus eſt: non enim inuenit
pœnitentiæ locum, quãquam
cum lachrymis inquiſiſſet eá.
[18]Non enim acceſſiſtis ad tra-
ctabilem montem, & *acceſſi- Exod.19,12. 20,21.
bilem ignem, & turbinem, & *accéſibilem 4 MS.R.C.S.
caliginem,

caliginem, & procellam, [19]&
tubę ſonum,& vocem verbo-
*audierant ms. rum,quam qui "audierũt', ex-
cuſauerũt ſe,ne eis fieret ver-
bum. [20](Non enim portabant
Exod.19.13. quod dicebatur, Et ſi beſtia
tetigerit mõtem, lapidabitur.
F [21]Et ita terribile erat quod vi-
debatur,Moyſes dixit: Exter-
ritus ſum & tremebundus.)
[22]Sed acceſſiſtis ad Sion mon-
tem,& ciuitatem Dei viuen-
tis,Ieruſalẽ cæleſtem, & mul-
torum millium Angelorum
frequentiam, [23] & Eccleſiam
primitiuorum,qui conſcripti
ſunt in cælis,& iudicem om-
nium Deum,& ſpiritus iuſto-
rum perfectorum, [24]& teſta-
menti noui mediatorem Ie-
ſum,& ſanguinis aſperſionem
melius loquentem quã Abel.
[25]Videte ne recuſetis loquen-
tem. Si enim illi non effuge-
rũt,recuſantes eum qui ſuper
G terrã loquebatur: multò ma-
gis nos,qui de cælis loquẽtem
nobis,auertimus. [26]cuius vox
mouit terram tunc: nunc au-
Agg.2,7. tem repromittit,dicẽs,Adhuc
ſemel: & ego mouebo non ſo-
lùm terram , ſed & cælum.
[27]Quod

22 Ieruſalem]*non terreſtrem hanc & mutabilem,ſed ſupremam illam verè altam pacis viſionem,quæ perpetuum habitatorem,curatorem ac regem habet nunquam mutabilẽ Deũ; quare & ipſa nunquam ſua carebit pace,ſalute & perfectione;quæ vocabulũ* SALEM *ſignificat.*

23 Primitiuorum,]*quos à morte & Angelo percutiente Agni illius immaculati occiſi ſanguis excepit,ſibiq́ dicauit. hoc autem Phaſe illa antiqua ſignificabat,ſed illi excepti fuerant à morte propter cruentam notam liminaribus domuum conſpectam; hi verò nominibus ſuis æterno & incorruptibili charactere in cælo conſcriptis ad ſalutem ſunt conſeruati.*

Iuſtorum perfectorum,] *quos Deus hoc tempore perfecit, & magnis virtutibus auxit in teſtimonium veritatis Chriſti Ieſu,qui non vt Moſes teſtamenti alterius mediator contremiſcit,ſed magna authoritate Deo aſſidet Patri,poteſtate omni obtenta in cælo & in terra.*

24 Melius loquentem.] *Abel ſanguis de terra iudicium poſtulãs damnabat: Ieſu Chriſti ſanguis in cælo ſemper loquitur conciliationem,pacem,miſericordiam,vitamq́ ſui etiam effuſoribus expetens,poſtulans , & iis qui non recuſauerint impetrans. Nam Chriſtus in ipſo mortis & contumeliarum atque iniuriarum quas pro omnibus ferebat tempore,in ipſo contradicentium ſibi certamine, pro illis etiam ita precabatur : Pater ignoſce illis , quia neſciunt quid faciunt.*

25 Si enim illi.]*Cain qui cùm ad pœnitentiam à Deo reuocaretur de fraterno ſanguine à ſe effuſo,negauit ſibi vllam de fratre curã eſſe, ob eamq́ culpam pœnas tulit grauiſſimas,tum viuens ipſe,tum demum cũ tota prole domoq́, & quamuis longa diductis gente propinquis extinctus penitus. Alludit etiam ad legis latæ in Sina tempus: namq́ omnia illa ſecula ab initio mũdi ad legẽ vſq́ ad eandẽ iudicij rationẽ pertinent; à Ieſu Chriſti vero ſacrificio nouũ iã Teſtamentum,alteraq́ iudicij ratio eſt. illa ſuum finem conſigerunt,& mota iam loco ſunt,atq́ nouæ creaturarum regenerationi ceſſere.*

28 Regnum immobile.] *De se, deq; Apostolis, & qui in illorum conditionem deducti iam erant, hæc Paulus testatur, vt hoc testimonio gentem suam ad idem regnum exoptãdum & quærendum alliciat, quod non nisi pusillo gregi datur, hoc est, pauperibus spiritu: obiter verò, suo ipsius more, quænam illius regni filiis in hac terrena peregrinatione adhuc detentis vita, quæ studia, quæq; actio, quave mens maneant, breuissimè indicat. idemq; in summa dicit, quod Zacharias fuerat vaticinatus: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.*

Cum metu & reuerentia,] *tanquam filij, non iam vt serui.* μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.

IN CAP. XIII.

1 Charitas fraternitatis.] *Hactenus de Christi virtutis atque efficacitatis ratione disertissimè egit, ad cuius communicationem impetrandam, duabus potissimùm partibus instructos esse debere homines docuit, fide constantissima, & pietatis exercitatione ac studio, quæ alio nomine Pœnitentia dicitur, quæq; in actionibus spectatur. huius ergo doctrinam deinceps commodis partitionibus percurrit. officiumq; omne in duo prima diuidit genera: alterum earum actionum quibus vnusquisque sese atq; eos quos coniunctissimos habet, quósque curandos natura ipsa commendat, exercere debet. alterum verò earum quæ ad communem hominum inter se consuetudinem faciũt, à quibus prius sermonem inchoat, quod illa altera, quamquam natura ordine præcedere videantur, Christianæ verò pietatis & ciuilitatis disciplina subsequuntur, illud enim Ethnici & Publicani faciunt; eos, inquam, diligunt, quos sibi aut natura, aut vsus vtilitasq; conciliauerit, vt verò omnes in vniuersum homines, etiam qui remotissimi esse videntur, fratrum numero & iure censeantur, officioq; colantur, Christianæ charitatis præstantissima nobilitas ingenuitasq; est.*

[27] Quod autem Adhuc semel
dicit: declarat mobilium trãs-
lationem tanquam factorum,
vt maneant ea quæ sunt im-
mobilia. [28] Itaque regnum im-
mobile suscipientes, habemus
gratiam: per quam seruiamus
placentes Deo, cum metu &
reuerentia. [29] Etenim Deus *Deut 4, 24. Rom. 12, 10.*
noster ignis consumens est.

CAP. XIII.

CHaritas [1] fraternitatis A
manéat in vobis. [2] Et *5 MS. & Q. n.*
hospitalitatẽ nolite obliuisci, *Rom. 12, 13. 1 Pet. 4, 9.*
per hãc enim placuerunt qui- *Genes. 18, 3. 19, 2.*
dam, angelis hospitio receptis. *latuerunt 2 MS. & Q. n.*
[3] Mementote vinctorum, tan-
quã simul vincti; & laboran-
tium, tanquam & ipsi in cor-
pore morantes. [4] Honorabile
connubium in omnibus, &
thorus immaculatus. Forni-
catores enim & adulteros iu-
dicabit Deus. [5] Sint mores sine
auaritia: cõtenti præsentibus.
ipse enim dixit: Non te deserã, *Deut. 31, 8. Iosue 1, 5.*
neque derelinquam. [6] ita vt
confidenter dicamus: Domi- *Psal 55, 12. 117, 6.*
nus mihi adiutor: non time-
bo quid faciat mihi homo.
[7] Memen-

7 Intuen-

B 7 Mementote præpositorum
vestrorũ, qui vobis locuti sunt
verbum Dei: quorum intuen-
tes exitum cõuersationis, imi-
tamini fidem. 8 Iesus Christus
heri & hodie: ipse & in secula.
9 Doctrinis variis & peregri-
nis nolite abduci. Optimũ est
ite enim gratia "stabiliri cor, non
escis: quæ non profuerũt am-
bulantibus in eis. 10 Habemus
altare: de quo edere non habẽt
potestatem qui tabernaculo
Leuit. 4, 12. 6, 30. 16, 27. deseruiunt. 11 Quorum enim
animaliũ infertur sanguis pro
peccato

7 Intuentes exitum.] *Cùm partim eorum in vincula coniecti, partim in exilium pulsi, nonnulli etiam & capitis supplicio pro Verbi testimonio affecti fuerint.*

8 Heri & hodie.] *Æternus est virtute, sapientia & efficientia. atq; his tribus nominibus vniuersum tempus, & id quod vltra tẽpus produci potest, significatur.* Heri *præteritum sine fine, præcipuè in lingua sacra,* EMES. Hodie *præsens.* In secula, *infinitum futurum. illum autem omnium rerum quæ facta iam sunt, quæ fiunt, quæq; fieri in posterum possunt, Pontificem & Principem virtute & authoritate esse affirmat, atque ita nũc suis adesse, ita deinceps adfuturum prædicat, atq; hactenus ab initio mundi adfuit. eundem veterum temporum authorem sapientissimum, eundem horum etiam nouorum iuxta diuini consilij rationes effectorem; quamobrem, vt qui illis antiquis, dũ ætas illa tulit, ritè operam dabat, probabatur pro temporis ratione: sic iam hac rerum nouitate, qui ad illa reduci voluerit antiqua, ex eiusdem Iesu Christi, qui hodiernam induxit rationem, improbatur.*

9 Doctrinis variis.] *Quidquid ab hac quam hodie vigere Iesus Christus voluit doctrina discrepat, varium ac peregrinum ducendum, atq; ideò iam vt vetus & obsoletum relinquẽdum. Huiusmodi sunt ea quæ de puritate & impuritate ciborũ à Scribis tradita prædicantur; quorum obseruatio an animorum puritatem attingat, viderint qui cùm diu id fecerint, nihil tamen profecêre, vt neque etiam profuêre Sacerdotibus & Leuitis ipsis illa munda & pura hostiarum carnes iuxta externum ritum.* 10 Habemus altare.] *Duo hostiarum genera olim fuere; alterũ frequentius; rarius alterũ. frequẽtius illud fuit, quod singulos per dies repetebatur, quodq; statis festis celebrabatur, præter priuatas & votiuas aliquorum hominum victimas, aliasq; pro peccatis debitas. ex his pars aliqua Sacerdotibus, aliqua etiam ipsis offerentibus interdum cedebat, vt quæ pacifica dictitabantur. Alterum verò genus rarius erat victimarũ, cuius nulla portio cuiquam tribuebatur, nec Sacerdotibus quidem ipsis, vt caper quem* HAZAZEL *vocabant, & vitula rufa, quarum sanguis intra Sancta inferebatur semel in anno, carnes verò nemini comedendæ permittebantur, sed integra corpora extra castra exclusa cremabantur. nam quæ huius erant generis, totius populi debitum referebant, & omnium impuritatẽ, quasi vicario munere repræsentabant, etiam Sacerdotum ipsorum. quamobrem quo die hæc fiebant, nihil de cibo ac potu communiter vel priuatè agebatur, sed omnium mens & studia intenta erant in illam hostiam, cuius mors publici debiti atque communis sanctificationis causa destinata erat. Huius igitur vmbræ veritas nobis constat, quibus Iesus datus à Deo est communis ac publica sanctificationis causa, qui omnium nostrûm debita & impuritatem summoturus ipse in se nostro nomine suscipiens, è ciuitate abductus extra portã passus est, suaq; morte nostrã peccatis obnoxiam carnem maxima ignis, hoc est, amoris virtutisq; suæ efficacitate deleuit. huic sacrificio, huic*

 hostia

28 Regnum immobile.] *De se, deq; Apostolis, & qui in illorum conditionem deducti iam erant, hæc Paulus testatur, vt hoc testimonio gentem suam ad idem regnum exoptãdum & quærendum alliciat, quod non nisi pusillo gregi datur, hoc est, pauperibus spiritu: obiter verò, suo ipsius more, quænam illius regni filiis in hac terrena peregrinatione adhuc detentis vita, quæ studia, quæq; actio, quæve mens maneat, breuissimè indicat. idemq; in summa dicit, quod Zacharias fuerat vaticinatus: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.*

Cum metu & reuerentia,] *tanquam filij, non iam vt serui.* μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.

IN CAP. XIII.

1 Charitas fraternitatis.] *Hactenus de Christi virtutis atque efficacitatis ratione disertissimè egit, ad cuius communicationem impetrandam, duabus potissimùm partibus instructos esse debere homines docuit, fide constantissima, & pietatis exercitatione ac studio, quæ alio nomine Pœnitentia dicitur, quæq; in actionibus spectatur. huius ergo doctrinam deinceps commodis partitionibus percurrit. officiumq; omne in duo prima diuidit genera: alterum earum actionum quibus vnusquisque sese atq; eos quos coniunctissimos habet, quósque curandos natura ipsa commendat, exercere debet. alterum verò earum quæ ad communem hominum inter se consuetudinem faciũt, à quibus prius sermonem inchoat, quod illæ altera, quamquam natura ordine præcedere videantur, Christianæ verò pietatis & ciuilitatis disciplina subsequuntur, illud enim Ethnici & Publicani faciunt; eos, inquam, diligunt, quos sibi aut natura, aut vsus vtilitasq; conciliauerit, vt verò omnes in vniuersum homines, etiam qui remotissimi esse videntur, fratrum numero & iure censeantur, officioq; colantur, Christianæ charitatis præstantissima nobilitas ingenuitasq; est.*

27 Quod autem Adhuc semel
dicit: declarat mobilium trãslationem tanquam factorum,
vt maneant ea quæ sunt immobilia. 28 Itaque regnum immobile suscipientes, habemus
gratiam: per quam seruiamus
placentes Deo, cum metu &
reuerentia. 29 Etenim Deus *Deut. 4, 24. Rom. 12, 10.*
noster ignis consumens est.

CAP. XIII.

CHaritas 1 fraternitatis A
maneat in vobis. 2 Et *-5 MS. e. Q. n.*
hospitalitatẽ nolite obliuisci, *Rom 12, 13. 1 Pet. 4. 9.*
per hãc enim placuerunt quidam, *Genes. 18, 3. 19. 2.*
dam, angelis hospitio receptis. *latuerunt 1 MS. G. Q. n.*
3 Mementote vinctorum, tanquã simul vincti; & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes. 4 Honorabile
connubium in omnibus, &
thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. 5 Sint mores sine
auaritia: cõtenti præsentibus.
ipse enim dixit: Non te deserã, *Deut. 31, 8. Iosue 1, 5.*
neque derelinquam. 6 ita vt
confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. *Psal 55, 12. 117, 6.*

7 Memen-

7 Intuen-

B 7 Mementote præpoſitorum
veſtrorũ, qui vobis locuti ſunt
verbum Dei: quorum intuen-
tes exitum cõuerſationis, imi-
tamini fidem. 8 Ieſus Chriſtus
heri & hodie: ipſe & in ſecula.
9 Doctrinis variis & peregri-
nis nolite abduci. Optimũ eſt
a ſtabilire MS. enim gratia a ſtabiliri cor, non
eſcis: quæ non profuerũt am-
bulantibus in eis. 10 Habemus
altare: de quo edere non habẽt
poteſtatem qui tabernaculo
Leuit. 4, 12. 6, 30. 16, 27. deſeruiunt. 11 Quorum enim
animaliũ infertur ſanguis pro
peccato

7 Intuentes exitum.] *Cùm partim eorum in vincula coniecti, partim in exilium pulſi, nonnulli etiam & capitis ſupplicio pro Verbi teſtimonio affecti fuerint.*

8 Heri & hodie.] *Æternus eſt virtute, ſapientia & efficientia. atq; his tribus nominibus vniuerſum tempus, & id quod vltra tẽpus produci poteſt, ſignificatur.* Heri *præteritum ſine fine, præcipuè in lingua ſacra,* EMES. Hodie *præſens.* In ſecula, *infinitum futurum. illum autem omnium rerum quæ facta iam ſunt, quæ fiunt, quæq; fieri in poſterum poſſunt, Pontificem & Principem virtute & authoritate eſſe affirmat, atque ita nũc ſuis adeſſe, ita deinceps adfuturum prædicat, atq; hactenus ab initio mundi adfuit. eundem veterum temporum authorem ſapientiſſimum, eundem horum etiam nouorum iuxta diuini conſilij rationes effectorem; quamobrem, vt qui illis antiquis, dũ ætas illa tulit, ritè operam dabat, probabatur pro temporis ratione: ſic iam hac rerum nouitate, qui ad illa reduci voluerit antiqua, ex eiuſdem Ieſu Chriſti, qui hodiernam induxit rationem, improbatur.*

9 Doctrinis variis.] *Quidquid ab hac quam hodie vigere Ieſus Chriſtus voluit doctrina diſcrepat, varium ac peregrinum ducendum, atq; ideò iam vt vetus & obſoletum relinquẽdum. Huiuſmodi ſunt ea quæ de puritate & impuritate ciborũ à Scribis tradita prædicantur; quorum obſeruatio an animorum puritatem attingat, viderint qui cùm diu id fecerint, nihil tamen profecêre, vt neque etiam profuêre Sacerdotibus & Leuitis ipſis illæ mundæ & puræ hoſtiarum carnes iuxta externum ritum.* 10 Habemus altare.] *Duo hoſtiarum genera olim fuere; alterũ frequentius; rarius alterũ. frequẽtius illud fuit, quod ſingulos per dies repetebatur, quodq; ſtatis feſtis celebrabatur, præter priuatas & votiuas aliquorum hominum victimas, aliasq; pro peccatis debitas. ex his pars aliqua Sacerdotibus, aliqua etiam ipſis offerentibus interdum cedebat, vt quæ pacifica dictitabantur. Alterum verò genus rarius erat victimarũ, cuius nulla portio cuiquam tribuebatur, nec Sacerdotibus quidem ipſis, vt caper quem* HAZAZEL *vocabant, & vitulæ rufæ, quarum ſanguis intra Sancta inferebatur ſemel in anno, carnes verò nemini comedendæ permittebantur, ſed integra corpora extra caſtra excluſa cremabantur. nam quæ huius erant generis, totius populi debitum referebant, & omnium impuritatẽ, quaſi vicario munere repræſentabant, etiam Sacerdotum ipſorum. quamobrem quo die hæc fiebant, nihil de cibo ac potu communiter vel priuatè agebatur, ſed omnium mens & ſtudia intenta erant in illam hoſtiam, cuius mors publici debiti atque communis ſanctificationis cauſa deſtinata erat. Huius igitur vmbræ veritas nobis conſtat, quibus Ieſus datus à Deo eſt communis ac publicæ ſanctificationis cauſa, qui omnium noſtrûm debita & impuritatem ſummoturus ipſe in ſe noſtro nomine ſuſcipiens, è ciuitate abductus extra portã paſſus eſt, ſuaq; morte noſtrã peccatis obnoxiam carnem maxima ignis, hoc eſt, amoris virtutisq; ſuæ efficacitate deleuit. huic ſacrificio, huic*

hostiæ si animum ac mentem intendamus, intellegimus profectò non esse tempus de aliis cibus, deq́; potibus, deq́; esu vel cogitãdi, nedum agendi; sed egredientur cum illo extra ciuitatem: quod si hoc nomine malè audiemus, quod ciuitatis huius terrestris moribus & ritibus vt ceteri Hebræi frui nolimus, existimemus nos etiam extra ciuitatẽ istam electos comitês factos esse illi, & impuros reputatos, vt ille reputabatur qui caprum HAZAZEL, *& vitulam extra castra agebat. atque iam non nos huius ciuitatis ciues sed hospites ducamus, cùm aliam longè præstantissimam ciuitatem inquiramus æternã. De hoc sacrificiorũ genere plenius in magno Opere, Deo fauente, differemus.*

15 Fructum labiorum.] *Erat aliud escarum genus quo certis anni diebus certo loco, hoc est, in ciuitate sancta, frui iubebãtur. cuiusmodi erat decima secunda, & pars quædam ex primis fructibus, & alia quæ ex voto in eum vsum dicabãtur. horum pars Deo offerebatur, pars Leuitis, cætera ab ipsis qui seposuerant, comedebantur, cum communicatione tamen, ita vt nec pauperibus nec viduis sua ex illis deesset portio. ad hæc D. Paulus alludens, ait, quod quidem ceremoniam spectat, quodq́; istis externis doctrinis agere iubemini, hoc plenè efficietis, si labiorum vestrorum fructus, hoc est, laudem & gratulationem Deo semper dicaueritis, hoc enim semper opportunum tempestiuumq́; est; namque hoc significabant illæ fructuum consecrationes, quibus Deus nõ indiget, quibusq́; iam adeò cessit. quod verò ad beneficentiam communicationemq́; facit, hoc perpetuum vobis esto, vt neque præpositis vestris debitum obsequium, nec munerum, quæ vobis contigerint, partem inuideatis, nec pauperioribus atque egenis desitis; talibus enim hostiis promeretur Deus.*

20 Pastorem magnum ouium,] *quem Abel ouium pastor figurabat; sed illius sanguis adhuc in terra clamat: huius magni pastoris è mortuis educti, & viuentis in æternum sanguis è cælo inuitat, vt qui illius sanguinis virtute*

peccato in sancta per Pontifi-
cem, horum corpora creman-
tur extra castra. 12 Propter
quod & Iesus, vt sanctificaret
per suum sanguinem populũ,
extra portam passus est. 13 Ex- C
eamus igitur ad eum extra ca-
stra: improperium eius portã-
tes. 14 Non enim habemus hîc Mich.2,10.
manentem ciuitatem: sed fu-
turã inquirimus. 15 Per ipsum
ergo offeramus hostiam lau-
dis semper Deo, id est, fructũ
labiorum confitentium no-
mini eius. 16 Beneficentiæ au-
tem & communionis nolite
obliuisci. talibus enim hostiis
promeretur Deus. 17 Obedite
præpositis vestris, & subiacete
eis. Ipsi enim peruigilant qua-
si rationem pro animabus ve-
stris reddituri: vt cum gaudio
hoc faciant, & non gementes.
hoc enim non expedit vobis.
18 Orate pro nobis. cõfidimus
enim quia bonam conscien- D
tiam habemus: in omnibus
bene volẽtes cõuersari. 19 Am-
plius autem deprecor vos hoc
facere, quo celerius restituar
vobis. 20 Deus aũt pacis qui edu-
xit de mortuis pastorẽ magnũ
ouium,

ouium, in sanguine testamen-
ti æterni, Dominum nostrum
Iesum Christum: 21 aptet vos
in omni bono, vt faciatis eius
voluntatem, faciens in vobis
quod placeat coram se per Ie-
sum Christum: cui est gloria
in secula seculorum. Amen.
22 Rogo autem vos fratres vt
sufferatis verbum solatij. Ete-
nim perpaucis scripsi vobis.
23 Cognoscite fratrem nostrũ
Timótheum dimissum: cum
quo (si celerius venerit) vide-
bo vos. 24 Salutate omnes prę-
positos vestros, & omnes san-
ctos. Salutant vos de Italia
1 Ms.c.5. fratres. 25 Gratia cum om-
nibus vobis.

AMEN.

tute affecti fuerint, ad omne bonum atque ad Dei obsequium eximiè apti euadant.

22 Vt sufferatis.] *Vt attento, æquo, ac patiente animo excipiatis hoc verbum, quod non vt imperator, sed vt frater hortator vobis scripsi; omninoq́ audientes pernoscatis tum animi in vos mei studium, tum etiam rẽ ipsam quam tracto: namque hæc mentis meæ ratio attentionem & gratiam vestram postulat, maximè cum citra fastidium hoc vos præstare possitis, quippe cùm perpaucis vobis scripserim.*

Verbum solatij.] *Hæc vera ac propria Epistolæ huius inscriptio est, ab ipso Paulo indicata vel expressa potius, qui studium erga Hebræos suum ex hoc manifestat, quòd quorum non esset constitutus Apostolus, tamen vti fratrem, incidentibus temporum atque rerum offensionibus, propter Christi doctrinam sese consolatorem & adhortatorem monitoremq́; ipse insinuat. namque hoc officij vel ipso fraterni nominis sancto iure facere & ipse debere se intelligebat, & illos propter eandem fraterni amoris animi & studij contemplationem & libenter excipere & boni consulere oportebat. non fuisse autem hunc sermonem longum, sed summa rerum capita percurrentem, quod huiusmodi consolatoriorum sermonum ratio esse soleat, maximè verò cùm consolationi adhortatio adiungitur. Namque adhortationes quæ in bello ac certaminibus inducuntur, breues esse decet; quæ paratos in certamen præliumq́; animos rationum vi magis incendant, quàm verborum ambage ac prolixitate detineant. ita se illis tanquam in certamen productis orationem temperasse, animatis quidem bene sua sponte & viriliter acturis. atque illud ex capite decimo huc spectat,* Rememoramini pristinos dies, &c.

Solatij,] *τῆς παρακλήσεως. Solatium, consolationem, & adhortationem Latinè dicere possumus, quia vtramque rem significat aptißimè, estq́; vnum ex militaris disciplinæ verbis. Hinc illud sancti Spiritus epitheton παράκλητος, aduocatus & consolator verti solet.*

In D. Laurentij Cœnobio, anno M. D. LXXXVI.

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI
in Epistolam Catholicam D. Iacobi Apostoli
ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

ISRAELIS redemptionem expectantibus, præsentem iam gratulatur, suadens cum primis fidem & constantiam atque charitatem, sine quibus illa salus non obtinetur, cuius authorem deinceps indicat: atque mox ad cōmunem consensum officiorumque obseruantiam, fraternitatisque æquabilitatem hortatur, quę publicæ salutis præuia quædam meditatio est. cuius consensus inimicam contentionem dissuadet prorsus, vniusque Dei vnicam Ecclesiam, vnicamque veritatem asserit, cuius integritatē partim hominū ambitione, partim cupiditate contaminari accusat; atq. vtriusq. vitij declarato exitu, pium & humilem pusillumq. credentium gregem rursus ad patientiā, perseuerantiā, cælestisque regni à Deo obtinendi pręparationem denuò cohortatur. obiter autem opportuneque admodum, de fide atque operibus differit sapientissimè.

IN CAP. I.

1 Iacobus.] *Nominis professio ad dicēdorum veritatem, constantiam authoritatemq. facit. quod Epistola nec ficta sit, nec obscurè aut clā incertoq. authore inducta, quippe cuius prima vox ipsum sui indicet scriptorem adhuc tunc cùm mitteretur in terris viuentem, idq. Ierosolymis, Israëliticarum tribuū omnium, vrbiumq. matre, authoritatem autem ad scribendum ex persona, quam sustinet, sibi cōstare ait, Serui videlicet Dei atque Domini Iesu, cuius munere & officio, vtpote Christi, cùm redemptus fuerit, obsequium summa fide subire debeat. Appellat autem ipsum Iesum Vnctum Dominum nostrum, quippe cui potestas omnis in cælo & in terra data fuerit, cuius potestatis & efficacitatis doctrinā seruis ipse suis in omnes gentes proseminandam demandauerit. suarum igitur, vti fidelis & seduli serui partium esse, communem omnibus Israëlitarum tribubus hanc scribere ac mittere Epistolam, quæ quamquam dispersa in terris agant, ad vnam tamen diuinæ salutis communionem vbicunque fuerint, admissi admittendiq. inuitatur. Oportet autem iis ad quos Epistola destinabatur, Iesum Christū Dominū iam notum fuisse, atque bona pro parte susceptum. quandoquidem vel ex vnico illo quinquagesimi diei spectaculo, in omnem terram exierat sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

2 Omne gaudium.] *A constantiæ commendatione sermonem incohoat, cuius occasio tunc præcipuè patebat. Nam cæterarum anima virtutum, quæ ad pietatem pertinent, opportunitas assidua ac perpetua ferè est: externorum autem certaminum tempus tunc præcipuè est, cùm prælia*

CAP. I.



IACOBVS[1] Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutē. [2] Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentatio- A

prœlia pro religione ac pietate non quaruntur, sed oblata sustinentur fortissimè, quorum vincendorum ratio & vsus non ab armis belliq; studio, sed à fide & patientia petitur. ac de tentationibus siue periculis externis hoc loco pracipuè agitur, qua iu quis fide duce militant obiecta, non tristitiã, sed gaudium potius pariunt, quacunque ex parte illa afferantur, siue à Sathana, siue à Sathana satellitibus, cuiuscunque sint generis & natura; ideò inquit, Varias.

tentationes varias incideritis:
Rom.5,3. [3]scientes quòd probatio fidei
vestræ patientiam operatur.
[4]Patientia autem opus perfe-
ctum habeat: vt sitis perfecti
& integri, in nullo deficiẽtes.
[5]Si quis autem vestrum indi-
get sapientia, postulet à Deo
*simpliciter G.S. qui dat omnibus *affluenter,
Matt.7,7. 21,22. & non improperat: & dabitur
Marc.11,24. Luca 11,9. ei. [6]Postulet autem in fide ni-
Ioan.14,13. 16,23,24 hil hæsitans. qui enim hæsi-
B tat, similis est fluctui maris,
qui à vento mouetur & cir-
cumfertur, [7]non ergo æsti-
met homo ille quòd accipiat
aliquid à Domino. [8]Vir du-
plex animo inconstans est in
omnibus viis suis. [9]Glorietur
autem frater humilis, in exal-
tatione

Incideritis.] *Qui boni ac strenui pietatis vera milites habentur, Christiana disciplina rectam ingressi viam, tentationes ipsi nõ vltrò quærũt, verùm ex hostilibus insidiis obiectas deliberato ac forti animo sustinent, nec retro pedem ferunt, sed sustinendo superant.*

3 Scientes.] *Hoc non vt opinione exceptũ, sed vt certissima persuasione Christi militibus oportet cognitum; Deum sua pugna præsentissimum arbitrum, imò etiam certissimum adiutorem fautoremq; adesse. S.S.E. Prouidebam Dominum in conspectu meo, quoniam à dexteris est mihi ne commoueat: Propter hoc lætatum est cor meum, insuper & caro mea requiescet in spe. cùm itaque vos fidem vestram huiusmodi tentationũ certaminibus probatum iri noueritis, firmissimo patientia clypeo vtendum cogitabitis, eoq; vsi, victoria votiq; cõpotes ita euadetis, vt nihil ex integritate vestra quod excipiat, vel aduersarius vel spectator habeat.*

5 Si quis autem.] *A communi omnium tam sanctorum quàm minus perfectorum Ecclesia ad alteram partem studio atque cõsilio iuuandam diuertit, hoc est, ad eos, qui cùm fideles ac sana mentis essent, nondum tamen ad sanctorum fortissimorumq; gradum perducti erant. Hi enim ob vera sapientia inopiam interdum laborantes, quid expetendum, quid fugiendum sit, nec planè intelligunt, nec quemadmodum se suaq; componant, rationem inire ac tenere valent. horum autem primam curam esse oportet sapientiam à Deo obtinendi; nam qui verè sapiens est, bonorum ac malorum certos cognoscit fines. & eorum comparatione qua videntur in speciem dura & aspera fortiter aggressus, qua vulgo suauia in præsens putantur, despicit & contemnit. Hanc verò sapientiam Dei tantùm dono hominibus contingere ait Iacobus, non tamen omnibus, nisi magna fide & spe, atque constanti pertinaciq; voto postulantibus.* 8 Duplex animo] *is hic dicitur, qui vera vita numeros modosq; quos constanter teneat subductos non habet, sed iam contento, iam laxo fune laborat.*

9 Glorietur autem.] *Interim dum illa diuina sapiẽtia expectatur, quid singulis expetẽdum, quid agendum sit, ex eiusdem sapientia præceptis & institutis docet Apostolus. Vt videlicet vnusquisque eam vita conditionem fideliter ac simpliciter candideq; teneat, in qua vocatus est, vel ex*

 electione,

electione, vel ex sorte. conditionum autem formas omnes in duo summa partitur genera, pauperiorum ac diuitum. pauperies humilitatem affert, diuitiæ splendorem & speciem quandam; vtraque res, nisi rectè accipiatur, hominem è mentis atque virtutis statu deiicit. Nam si pauper propter humilitatis suæ contemplationem animum abiiciat, indigna virorum mentibus atque abiectissima prorsus agit & cogitat. Contrà verò diues, si ob diuitiarum fallaciam propriæ, hoc est, humanæ sortis obliuiscitur, in superbiam & arrogantiam ad præcipitium vsque tollitur. Rectus itaque vtriusque conditionis vsus fuerit, si pauper sibi ad veram capessendam virtutem, atque ad animi conseruandam dignitatem & magnitudinem pauperiem nihil obstare, imò omnia prorsus vilium rerum impedimenta remouere existimet: Rursus autem diues nihil diuitiis concedat, quo à contemptu externarum rerum atque à modesto, honesto, ac pio ipsarum vsu, nec non à summa animi & totius consuetudinis modestia, vel latum vnguem amoueri possit, cùm nouerit externa omnia, quæcunque bona putantur, fluxa, caduca, inconstantia, atque ex consequenti non rectè expendentibus, fallacia deprehendi.

tatione sua. 10 diues autem, in
humilitate sua, quoniam sicut Psal.102,15.
flos fœni transibit: 11 exortus Eccles.14,18. Esaie 40,6.
est enim sol cũ ardore, & are- 1 Petri 1,24.
fecit fœnum, & flos eius decidit,
& decor vultus eius deperiit:
ita & diues in itineribus
suis marcescet. 12 Beatus vir Iob 5,17.
qui suffert tentationem: quoniam
cùm probatus fuerit, accipiet
coronam vitæ, quam
repromisit Deus diligentibus
se. 13 Nemo cùm tentatur, dicat
quoniam à Deo tentatur.
Deus enim intentator malorum
est: ipse autem neminem
tentat.

12 Qui suffert tentationem.] *Duplex tentatio: altera interna, externa altera; vtriusque victoria ad felicitatem exigitur. atque ita in genere fortitudo aduersus vtramque commendatur: verùm de illa mox dicẽdum. de hac præcipuè nunc agitur, à qua Epistola initium sumptum fuerat; quam vt constantia patientiáque superari superius dixerat, sic etiam nunc confirmat eodem repetito verbo* ὑπομένει. *hac patientia ex dilectione Dei proficiscitur. igitur tentatio hæc vel à diabolo, vel à diaboli ministris ad ruinam tentati obiicitur, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui constantiis fidei virtute resistendum esse diuinus docet Spiritus.*

13 Nemo cùm tentatur.] *De alterius nũc tentationis ratione differitur, quæ ex peccati corpore profecta, intra ipsum hominis sinũ bellum excitat. hanc verò pugna & luctatione vincendam sacra responsa indicant: Maledicta terra in opere tuo; spinas & tribulos germinabit tibi; in labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. demum, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. huc illud spectat, A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Redarguit autem Apostolus eos qui hunc tentationum internarum fontem humanæ naturæ ab initio innatum Deo authori tribuebant: & eos etiam qui huius fontis turbationes ac tempestates à Deo interdum excitari causabantur. Vtrosque errare contendit, idque ex Dei naturæ beneficentissima comprobat. Nam Deus, inquit, cùm bonus sit semper, bene semper agit; & mala, hoc est, quæ in vitium & culpam ducunt, nec tentat quidem, ne dum agat. Significanter verò dixit,* Intentator malorum, *vt bonas excipiat tentationes, quales erga Abrahamum expertus est, atque etiam erga Iobum permisit, de quibus non fit hoc loco mentio, sed de tenta-*

tionibus

tionibus ad peccatum incitantibus. Quas ex corrupta in homine cupidine siue cupidinum matre, quæ Concupiscentia *Latinis, Græcis* ἐπιθυμία, *id est, animo innata peruersitas siue prauitas, in sancta lingua* יצר הרע *dicitur, quod mali figuli opus dici posset aptè. quemadmodum verò tentationes huiusmodi concipiantur, edantur, crescant, & consumētur, qualemq́; in exitum euadant, disertè demonstrat. Atque ita peccatum & mortem diaboli atque hominis Satanæ opera corrupti proprium opus esse confirmat: Nam Deus lux est, & in eo nullæ sunt tenebræ. hoc igitur pacto de diaboli operibus, de filiorum Adæ statu & conditione censendum docet, contrà verò prorsus de Deo.*

tentat. [14] Vnusquisque verò
tentatur à concupiscentia sua
C abstractus & illectus. [15] Dein-
de concupiscentia cùm cōce-
perit, parit peccatū; peccatum
verò cùm cōsummatum fue-
rit, generat mortem. [16] Nolite
itaque errare fratres mei dile-
ctissimi. [17] Omne datum opti-
mum, & omne donum perfe-
ctum, desursum est, descēdens
à Patre luminum, apud quem
nōn est transmutatio, nec
vicissitudinis obumbratio.
enim Mt 8. e 9. [18] Voluntariè genuit nos ver-
bo veritatis, vt simus initium
aliquod creaturæ eius. [19] Scitis
Prou. 17, 27. fratres mei dilectissimi, Sit au-
tē omnis homo velox ad au-
diendum: tardus autem ad lo-
quendum, & tardus ad iram.
[20] Ira enim viri, iustitiam Dei
non

17 Omne datum.] *Opportuni antitheti occasione arrepta, ad commune Euangelistarum & Apostolorum omnium argumentum sua etiam ex persona tractandum inductus est; in quo argumento, diuina illius admirandæ, adorandæ atque exoptandæ efficientia Christi, humanæq́; salutis summa ratio versatur. hanc salutem Apostolus hic datum optimum, perfectumq́; donum appellat: nam cætera omnia quæ hominibus dātur, huic comparata, minora imperfectaq́; iudicantur. S. S. E. Æmulamini charismata meliora, & ecce excellentiorem viam vobis demonstro: Si linguis hominum loquar & angelorum, &c. Huius igitur maximi beneficij Deus author est, non efficientia tantùm, sed voluntate. S. S. E. Hæc est autem voluntas Dei, sanctificatio vestra. itaque tentationis quidem internæ ad malum incitantis, non ille author, sed spectator est, & victori huius doni corona donator.*

Apud quem.] *Qui cùm simplicissimus, verissimus & veracissimus natura sit, id quod donare decreuerat, promisit, & opportuno tempore promissa liberat sua, nulla voluntatis mutatione aduersus eos quibus promisit; promisit verò credentibus & obedientibus sibi, quibus demum donauit: idq́; nostro exemplo testatum volumus (ait Apostolus) qui pro bona voluntate sua genuit nos verbo veritatis per lauacrum regenerationis & renouationis, vt simus initium aliquod creaturarum eius nouarum, quas propagare multiplicareq́; studit, & fōuet. hoc cùm noueritis vos fratres, vt vobis omnibus contingat curabitis; quæ autem cura adhibenda sit, subiunctis monitis, præceptis & caussis declarat:* Sit autem omnis homo, *&c.*

18 Creaturæ.] κτισμάτων. *Magni mysterij verbum est.*

non operatur. 21 Propter quod D
abiicientes omnem immun-
ditiam & abundantiam mali-
tiæ, in mansuetudine suscipi-
te insitum verbum, quod po-
test saluare animas vestras.
22 Estote autem factores ver- *Matt.7,12.* *21.*
bi, & non auditores tantùm: *Rom.2,13.*
fallentes vosmetipsos. 23 Quia
si quis auditor est verbi, & nõ
factor: hic comparabitur viro
consideranti vultum natiui-
tatis suæ in speculo. 24 consi-
derauit enim se, & abiit, & sta-
tim oblitus est qualis fuerit.
25 Qui autem perspexerit "in *in legẽ perfectam MS. c.s.*
lege perfectæ libertatis, & per-
manserit in ea, non auditor
obliuiosus factus, sed factor
operis: hic beatus in facto suo
erit. 26 Si quis autem putat se
religiosum esse, non refrenans
linguam suã, sed seducens cor
suum: huius vana est religio.
27 Religio munda & immacu-
lata apud Deum & Patrẽ, hęc
est, Visitare pupillos & viduas
in tribulatione eorum: & im-
maculatũ se custodire ab hoc
seculo.

21 Insitum verbum.] *Idem mysteriũ aliis atque aliis nominibus ab Apostolis appellatur, propter summam virtutem & efficientiam, quæ nulla certa oratione humanive sermonis vi plenè exprimi potest.* Insitum *autem vocat, quia non qui seminat, non qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, idem est qui verbum hoc in hominum animis inserit; verbum, inquam, salutare, de quo scriptum est: In ipso vita erat.*

22 Estote autem factores.] *Disciplinæ eius, quæ ad expectanda Dei promissa comparatur, summa duabus partibus constat, id est, fidei & pœnitentiæ præceptionibus. Fides prior postulatur, cui socia additur pœnitentia. hæc pœnitentia, parte, vti virtus est, duplici constat, malorũ fuga & bonorum delectu & exercitatione. quæ omnia sacris diuinæ Scripturæ foliis continentur. sed cùm hæc pars virtus vera sit, non præstatur vel auditione vel elocutione, sed actione; nam verba quamuis elegantissimè pronuntiata, quamuis accuratissimè audita, non sunt virtus. facile enim vnusquisque audiendo aut eloquendo sese virtutis studiosum & pium probare posset: verùm hoc hypocritarum, & sese vel alios fallentium, magis quàm piorum est. Oportet igitur diuinæ legis doctrinam non tenere modò, sed efficere: nam lex audita vel lecta homini faciem refert propriã, hoc est, quid rectè, quid non rectè in homine constitutum sit ostẽdit, & quemadmodum non recta corrigi possint, indicat; quæ si lecta negligantur, perinde est ac si quis in speculo sese contemplatus, cum impura facie viderit, statim abscedens, oblitusq; sui, purgare & lauare neglexerit.*

26 Non refrænans linguam.] *Hoc ad eos pertinet, qui magnifica de virtute, pietate ac religione locuti, officio tamen atque actionum piarum studio minimè præstant, sed quod plura quàm alij eloqui & profari possint, vel sciant vel soleant, sese cæteris præstare putant.*

27 Religio munda.] *In duo præcipua capita religionis actiones partitur, hoc est, officia eorum qui se fideles & pios esse profitentur. Alterum est, sui ipsius custodia & abstinentia à concupiscentia carnis, à concupiscentia*

oculorum

CAP.

aculorum & superbia vita: alterum est beneficentia erga omnes, atque erga eos pracipuè qui magis indigent, propriisq; viribus magis destitui videntur.

CAP. II.

Leuit. 19, 15. Deu. 1, 16.17 16, 19. Prou. 24, 23. Eccl. 42, 1.

A FRatres[1] mei, nolite in per-
sonarum acceptione ha-
bere fidem Domini nostri Ie-
su Christi gloriæ. [2]Etenim si
introierit in conuentum ve-
strum vir aureum annulum
habens in veste candida, in-
troierit autem pauper in sor-
dido habitu, [3]& intendatis in
eum qui indutus est veste præ-
clara, & dixeritis ei, Tu sede
hîc bene: pauperi autem dica-
tis, Tu sta illic: aut sede sub
scabello pedum meorũ: [4]nón-
ne iudicatis apud vosmetip-
sos, & facti estis iudices cogi-
tationum iniquarum? [5]Audi-
te fratres mei dilectissimi: nõ-
ne Deus elegit pauperes in hoc
mundo, diuites in fide, & hæ-
redes regni quod repromisit
Deus

IN CAP. II.

1 Nolite in personarum.] *Obscurior aliquanto sensus ita elucidabitur: Vt in Christo nec seruus nec liber, nec pauper nec diues discrimen sortiuntur, sed omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: ita non oportet credere quemquam ideò chariorem Christo, quia ditiorem, aut humana dignitate priorẽ esse cognoscatis: ideoq; in gloria quam Christus suis communicat, praponendum esse, atque ob eam rem vobis magis esse suscipiendum. Nam sic Christi iudicium & sensum ex vestro, hoc est, ex corrupta iam moribusq; confirmata opinione metiri videbimini. quo quid indignius, absurdius, aut magis iniquum esse potest? illud statuendum imprimis est, Iesum Christũ omnium nostrum esse verum Dominum, nosq; illi omnes seruos emptos. Atqui seruorũ, quod ad seruitutem attinet, par eademq; conditio est. siue quis igitur maius, siue minus, siue nullũ habeat peculium, seruus aquè atq; alius quiuis est. erit autem vnusquisque eo magis charus, magisq; ad Domini gratiam aptus, quo magis probus fuerit, non quo magis cultus aut minus: neque enim cultus & ornatus seruitutem auget aut minuit; imò quo magis Domini relicta re ac neglecta, suo tantùm nitori, cultui ac peculio studuerit seruus, eò suspectior atque etiam ingratior erit Domino. itaque nec hoc de gloria Domini hominibus parata ratione sentiatis aut credatis, nec hoc sensu ad peruertendam officij vestri fidem traducamini.*

2 Etenim si introierit.] *Communem & vulgarem honoris deferendi consuetudinem notat, quam in Christiana Ecclesia iudicium induci non patitur.* Veste candida,] *splendida.*
4 None iudicatis.] *Huiusmodi iudicij ratio non Christi, sed vestra est, & iniquè ad Christi rationes refertur.* 5 Audite fratres.] *Distinctionem rerum breuiter tangit, ex qua iudiciũ profert argumento ducto à praiudicatis. Duo diuitum genera, totidem etiam pauperũ sunt: quidam sunt pauperes in hoc mundo, qui vel istis quas vulgus diuitias putat, carent, vel si non careant, non magis sua causa vtitur, quam si pauperes essent, quia alias veras diuitias ducũt apud Deum repositas, quas credẽdo consequi student, atque ad eam rem mundanas has vel contemnunt vel erogant. Alij verò pauperes fide apud Deum, qui tamen diuitiis huiusmodi abundant, quibus etiam ex mundi opinione & corruptela abutuntur. illos priores sibi in regni heredes de-*

lectos Deus iam declarauit; Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Vos autem quos Deus cælorum regno aptare tendit, vos honore indignos iudicatis. dispar longè cogitationi diuinæ cogitatio ista est.

Deus diligentibus se? 6 Vos
autē exhonorastis pauperem.
Nónne diuites per potentiam B
opprimunt vos: & ipsi trahūt
vos ad iudicia? 7 Nónne ipsi
blasphemant bonum nomen
quod inuocatū est super vos?
8 Si tamen legem perficitis re-
galem secundum "scripturas", "scripturam R. G. I.
Diliges proximum tuū sicut
teipsum: bene facitis: 9 si autē
personas accipitis, peccatum
operamini, redarguti à lege
quasi transgressores. 10 Quicū- Leuit 19. 18. Matt. 22. 39.
que autem totam legem ser-
uauerit, offendat autem in
vno: factus est omnium reus.
11 Qui

6 Nónne diuites per potentiam.] *Aliud argumentum quo mūdi diuites pauperibus minus dignos esse indicat, vtpote communi omniū Domino minus obsequentes, atque adeo ingratos ob potentiæ abusum, qui duabus rebus arguitur, pauperiorum oppreßione & contumelis, atque diuini nominis contemptione.*

7 Bonum nomen.] *Nomen ineffabile adorandumq; Dei, qui se pauperiorum & piorum oppreßionis & calumniæ atque cōtumeliæ omnis arbitrum ac vindicem esse professus est; quod tamen diuites contemnentes blasphemant, atq; à pauperibus & oppreßis appellatum pro nihilo ducunt. ex quo consequitur honoris prærogatiuam istis delatam, vel ex metu proficisci, vel ex iudicio: si ex iudicio, iniquam esse, atque Christi iudicio dißimilem prorsus: sin verò ex metu, quorsum attinet pauperem contumelia afficere, vel certe inhonestè excipere audientem,* Tu sta illic, aut sede sub scabello, *&c. Poteratis isti animi infirmitudini vel obsistere, quod præstaret; vel non adeò indulgere, vt & illum honore indignum ornaretis, & hunc pauperem, honore dignum, tamen contumelia afficeretis.*

8 Si tamē legem.] *Anthypophora occurrēs, eandem adhuc sententiam vrget. Nam facile quiuis vbi se accusari videt, propulsare crimē studet, ac quibus se tueri cupiat, latebras quærit. poterat autem quispiam reprehensionem illam de ditiorum suspectione, legis prætextu declinare, asserens dilectionem fratrum sacro præcepto imperatam, quod præceptum* Regalem legem *vocat Iacobus, vtpote alterum ex duobus capitibus omnem legis ac Prophetarum summam complexis, Regis omnium mētem breui oratione enuntiantibus. quam exceptionem ita admittit Apostolus, vt sententiæ suæ assertionem certißimam. Placet, inquit, istud à vobis præceptum citari, si quemadmodum habet, ita tenetur; hoc est, vt proximis vestris amor idem qui vobis ipsis impendatur. verùm in proximorum definitione totius rationis istius consistit cardo. Nam siue ex regiæ in seruos authoritatis nomine, siue ex fraterna communione census instituatur, omnes & regis serui & fratres siue proximi iudicantur: atque eiusdem legis præscripto ac decreto, quicunque personas accipiunt, transgressores arguuntur.*

10 Quicunque autem.] *De legis integritate opportunum instituit sermonē, quem satis sua sponte apertum ac deductum commētatorum ingeniositas mirè obscurat & impedit tricis. Cùm Apostolus mandatum illud regium atque maximum de proximorum dilectione, personarum habenda ratione violari declarauerit; quàm ea res grauiter legislatorem offendat, argumentis duobus ostendit; altero à cōtentione ducto; altero à diuisione siue partitione rei ad integrā summam.*

Prius

Prius est, nō solùm hoc magno & communi violato præcepto Deum offendi, sed quocunq; etiam vel minimo existimato præcepto, vel negligentia vel contemptionis, vel opinionis cuiusuis causa relicto vel neglecto, totam contaminari legem. Quippe cùm regalis illa lex vnica sit, omnemq; honesti summam complexa integra constet, perinde atque corpus omnibus membris integrum dicitur, è quo vno vel minimo amputato, integritas etiam corrumpitur; igitur qui vnum membrum resecat, non corpus integrum præstat, quale corporis conditor esse voluit & statuit. Sic qui legem condidit Deus, honestatis & pietatis membris, articulisq; omnibus absolutam constituit, eamq; ita colendam, obseruandam, & omnem siue totam & mente tenendam & actionibus præstandam tradidit, cuius quisquis vnam contaminauerit subduxeritq; partē, totius legis, cuius integritatis iure tenebatur, factus est reus. Græca vox τῶν πάντων, *illorum omnium rem planiùs commonstrat. Nam qui præceptorum legis debitor est, omnium censetur debitor; vno prætermisso, omnium exolutor dici non potest: atqui caput rerum hoc erat, hic fons, vt omnia exoluerentur. hæc doctrina atque sententia, subiuncta è vestigio ratione, ab Apostolo comprobatur.*

Marc. 12, 31. Rom. 13. 9. Galat 5, 14. Leuit. 19, 15. 37. Deut. 1, 18. Matt 5, 19.

11 Qui enim dixit, Non mœ-
chaberis; dixit &, Non occi-
des. Quòd si non mœchabe-
ris, occides autem: factus es
transgressor legis. 12 Sic loqui-
mini, & sic facite sicut per le-
gem libertatis incipientes iu-
C dicari. 13 Iudicium enim sine
misericordia illi qui nō *fecit
misericordiam. Superexaltat
autem misericordia iudicium.
14 Quid

*fecerit 2 MS.

11 Qui enim dixit.] *Hic apertè docet Apostolus præceptorum rationem summam non ex articulorum aut vetitorum & iniunctorum siue iussorum numero esse statuendam, ita vt qui plura præstiterit, is maior sit legis cultor habendus, minor autem qui pauciora; sed rationem, formam, & vnitatem, vt ita dicamus, ex ipsa legis integritate spectandam, integritatem verò ex legislatoris integra ac simplici mente, quæ non ea fuit, vt in aliam præceptorum partem magis, minus verò in aliam propēderet; sed pari consilio, authoritate, atque iudicio illud atq; illud vetuit, & hoc atque hoc etiam faciendum præscripsit. idem eodem modo se habens qui dixit,* Non mœchaberis; *dixit etiam,* Non occides; *idemq; ab omnibus eandem omnium obseruantiam postulat. Atque ita qui vnū violat, integram præcipientis authoritatem frangere censetur. ideò igitur ad huiusmodi iudicium integrum, studiumq; integrum Apostolus mentem cogitationemq; reuocare monet.*

12 Sicut per legem libertatis incipientes iudicari.] *Duplicem legem Apostoli indicant: alteram seruitutis appellant, cuius promulgatio in Sina fuit. Sina autem mōs est in Arabia, coniunctus ei quæ in terris est Ierusalem, quæ est mater in seruitutem generans, vt Agar. hæc præcepta continens docet, & sub maledicti obtestatione tradit, verùm nec spiritum secum affert, nec renouat corda: altera verò lex ex promisso Dei profecta, atque per Christum intra cor Spiritus sancti efficientia conscripta, cuius virtus amorem sui efficit, atque obseruantiam ex amore progenerat. hæc libertatis ac filiorum lex dicitur; illa seruitutis, quæ seruos gignit, non liberos. de illa dictum, Seruus non manet in domo in æternum; de hac verò, Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. illa maledictum minatur; hæc per Christum à legis illius maledicto liberat. vtraque sancta & spiritualis: sed illa ad perfectum nihil adducens, hæc sanctificans. illa in rationibus & studiis pœnitentiæ versatur; atque ad huius virtutem obtinendam suos exercet fideles cultores: est enim post fidem præparatio quædam & pædagogia ad Christum, quam qui habuerit & contempserit,*

temperit, alteram hanc perfecta libertatis non assequetur. S.S.E. Qui enim soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum. Hanc posteriorem qui ex Christi virtute obtinet, nullum mandatum prætermittit. S.S E. Donec transeat cælum ac terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit ex lege, donec omnia fiant. fiunt autem optimè & plenè. Non enim Christus venit soluere legem, sed adimplere. Hortatur igitur Apostolus fideles ad custodiam obseruantiamq́; illius legis, quæ decalogo continetur, vtpote quæ viam credentibus muniat ad impetrandam huius alterius legis virtutem à Christo. de qua re & Paulus, Sancti per fidem operati sunt iustitiam, nam sine illa iustitia per fidem exercita siue operata in quibus lex nota est, hæc altera Dei iustitia non accipitur, quod argumentum à Iacobo deinceps tractatur. Hac verò moniti huius explicatio est: Libertatis illa lex ad quam vos contenditis, saltem cōtendere debetis, cùm à Deo obtinetur, non diuidit præceptorum obseruantiã, alia præstans, alia prætermittens; verùm omnia præstat, idq́; magno amore, ardentiáq́; studio. ad hãc quasi pædagogus illa altera diuina lex, quam legitis & auditis, ducit. quæ seruis interim dum in seruitutis conditione manetur, præstanda est eo modo, quo præstari sub illa conditione potest. quamobrem dãda vobis opera est, vt nihil ex illa prætermittatur non obseruatum, vt iis qui conditionem illam alteram optant & cupientes petunt, quam in ista etiam pro viribus meditari oportet. Vt si quis alicui principatum pollicitus futurum, suadeat iam nunc principum artes, mores, & virtutes meditari ac sapere: hoc enim apprime decet & consonum est. Quod verbum Latinè legimus Incipientes, *pulchrè ab interprete ad hanc sententiã positum est, id est, id iam esse incipiẽtes dum sub lege seruitutis estis, quod plenè futuri estis, vbi ad libertatis legem promoti fueritis. Græcè clarissima oratio est, μέλλοντες, iudicari. Vnusquisque in ea conditione iudicandus est, in qua vocatus fuerit. Nam vt in lege libertatis nec liber nec filius iudicabitur, qui ab illius legis integritate discesserit; sic in altera seruitutis lege nec bonus nec frugi censebitur, qui præceptorum partem neglexerit, partem præstare videatur. Nam etiam si omnem legem hanc præstiterit, quæ ad seruitutis conditionem pertinet, tamen nec liber nec filius dicetur. S.S.E. Cùm hæc omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Igitur qui per libertatis legẽ exactissimè iudicandi estis, curate vt quàm integerrimè eam præstetis, in cuius conditione adhuc constituti estis. Nam sic in eadem fideles serui iudicati, super multa constituendi, in gaudium Domini vestri admittemini. Est autem ad hãc legem obseruandam magna vis in misericordia, quæ ex charitate profecta, animos ad officium erga omnes fratres ac proximos faciendum seruandumq́; permouet. Atque ita lex omnis in dilectione Dei, misericordiaq́; aduersum homines versatur, quæ misericordia qui caruerit, quamquam sese aliàs Dei diligentissimum profiteatur, tamen iudicium sine misericordia subibit. Si enim nō dimiseritis fratribus vestris ex corde, nec Pater vester dimittet vobis. &, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Exaltat autem misericordia iudicium, idem quod Christus dixit, Quod si vos dimiseritis fratribus vestris, & Pater vester dimittet vobis. atque ita misericordia delectabitur in iudicio, vtpote cuius in iudicãdo magna habenda est ratio. κατακαυχᾶται, exultat triumphatq́; iudicio prætervaso & cōtempto. Hæc omnia ab Apostolo disputata sunt ex occasione acceptionis personarum, quæ cùm aliis nimis liberalis, aliis verò iniqua, imò & contumeliosa sit, à misericordia aliena omnino censetur. est autem duplex misericordiæ & charitatis ratio. Altera est abstinentia ab omni facienda iniuria; altera est propensio ad benignitatem, liberalitatem & beneficentiam in eos quos aliquo modo iuuare possis. Omnia hæc sub illo communissimo pietatis axiomate continentur, Declina à malo, & fac bonum. & illis deinde duobus principiis firmantur: Quod tibi factum non vis, alteri ne feceris. &, Quæcunq; vultis vobis fieri ab hominibus, eadem vos facite illis. Priorẽ partẽ hactenus persecutus est Apostolus, posteriorem iam deinceps tractat.*

14 Quid

14 Quid proderit fratres mei, si
fidẽ quis dicat se habere: ope-
ra autem non habeat? Nun-
quid poterit fides saluare eũ?
15 Si autem frater aut soror nu-
1 Ioan. 3, 17. di sint, & indigeant victu quo-
tidiano: 16 dicat autem aliquis
ex vobis, illis: Ite in pace, cale-
facimini & saturamini: nõ de-
deritis autem eis quæ necessa-
ria sunt corpori: quid prode-
rit? 17 Sic & fides, si nõ habeat
opera, mortua est in semetip-
sa.

14 Quid proderit.] *Cùm de priori charitatis ratione disseruerit, de posteriori quæ in benignitatis ac beneficentiæ studiis exercetur, disputationem suscipit. quam vt commodius percipiamus, illud cumprimis adnotandum quod à Sapiente sapienter dictum legimus, Quid est quod fuit? id quod futurum est. Apostolorum ætate ac seculo illo toto non defuerũt opiniones & placita à veri simplicitate aliena, sicut & hodie non desunt. Fuêre qui post Euangelium orbi denuntiatum, fidem vnicam ad salutem sufficere dictitarent, quandoquidem humana opera & officia leuia existimabant neq; digna, propter quæ tãtum beneficium hominibus redderetur, quantum erat diuina salus, Deiq; regnum per Christum hominibus donata, a quo Christo cùm totam legem præstitam prædicarent, sibi iam nõ necessariam, imò otiosam ducentes contemnebant. in hoc errore bona eorum pars versabatur, qui ex Gentibus ad Christiani nominis professionem venerant, quorum sententiæ nonnulli etiam ex circumcisione subscribebãt. Rursus alij, atque hi plerunque ex Iudæis, tantum legi & operibus legis tribuebant, vt nullum fidei relinquerent locum, asserẽtes legem esse diuinam, & multo tempore ante Iesu ætatẽ latam, atque à Patribus obseruatam salutis ac vitæ æternæ spe, illiusq; obseruantia, exercitatione, & cultu hominibus felicitatem contingere absque vlla in Iesum fide. Alteram ex his sententiis, hoc est, posteriorem euertendam Paulus feliciter suscepit, atque sapientissimè confecit: alteram verò, id est, priorem, eorum qui otiosam fidem statuere moliebantur, Iacobus magna dexteritate impugnat secundum sapientiam sibi a Deo datam. illius disputatione iam suo loco elucidata, huius elucidanda breuiter est, vtpote cuius argumenta apertiora sunt, & argumentandi ratio multo familiarior.* Quid proderit.] *Et qui dixerit se habere fidem, opera verò neque habere neq; necessaria ad salutem esse, quidnam huiusmodi dictum affirmatumq; ad salutem proderit? nec enim ea quæ dicuntur, ideo sunt quia dicuntur; sed quia sunt, ideò dicuntur diciq; possunt. Philosophicum enim principium est, affirmationem vel negationem nostram nihil ad rem statuendam vel destruendam facere. Nunquid poterit fides saluare eũ, fides illa otiosa, quam aliàs mortuam vocat, poterit illi salutem vitamq; afferre, eo quòd ipse ita futurum ait? Profectò nisi ita sit in re, itaque esse certis argumentis ostendatur, vana huiusmodi iactatio atque inefficax arguitur. sed hæc exceptio paulo pòst discutitur.* 15 Si autem frater.] *Appositissima similitudine docet nihil verba ac dicta valere, quibus ea quæ dicuntur ac significantur actiones, res, & rationes desint. Si quis egenis dicat, Equidem vestrum misertus vicem mutari in melius volo: Tu qui nudus es, ito iam ac per me calesce: Tu qui esuris, satur deinceps me dicente esto, nihilq; præterea opportunarum ad egestatem leuandam rerum suffecerit: proderit ne hic quippiam iis quos ita exceptos dimiserit? nimirum otiosa ac mortua illa data verba, nulliusq; vsus ac merito inania censebuntur. Sic fides, si non habeat opera, mortua est, κατ' ἑαυτήν. secundum se ipsam. Iacet, inquit, in seipsa mortua, nulliusq; ad vitam vsus esse apparet. ita dicimus mortuam esse*

artem, quæ nullam nec possidenti, nec alij cuipiam vtilitatem affert, cùm ars definiatur multorum præceptorum collectio ad vnum finem tendentium vitæ vtilem. imò & ex eo etiam mortua in semetipsa dicitur, quòd illius vita nullo modo apparet; vt si quod animal nec respiret nec sentiat, nec motum aut aliquam vitæ partem periculum facientibus probet, id iure omnibus mortuum censeatur ac dicatur.

[18] Sed[a] dicit quis: Tu fidem   a dicet; ut R.G.
habes, & ego opera habeo.
ostende mihi fidem tuam sine
operibus: & ego ostendam ti-
bi ex operibus fidem meam.
[19] Tu credis quoniam vnus est   D
Deus.

18 Sed dicet quis.] *Alterius personam per antitheton Apostolus indicans, docet meliorem rationem & orationem eius esse, qui se non verbis aut iactatione, sed rebus ipsis & operibus ac virtute præstandis fidē habere affirmet: namq; huic ita dicenti agentiq; credendum potius erit, quam illi qui sermone tantùm fidem profitetur. nam qui dicit se fidelem fideq; præditū esse, verbo tantùm affirmat; potest autem accidere vt mentiatur; quod si non mentitur, tamē verbi tantùm affirmatione vtitur. affirmatio nisi cōprobationem adhibeat, non cogit alios ad credendum: si vero comprobatio adsit, sua sponte inclinat spectatores ad credendum, ei esse fidem cui opera ex fide profecta exhibentur: nam testimonij maius est quàm dicti ad probandum pondus. igitur cui potius habenda fides fuerit, ei ne qui fidem se habere dicat, an ei qui fidelis viri opera exhibeat? Si quis se sanū dixerit, & tamen nec membrorum vi nec vsu sani opera exhibeat, meretur ne sanitatis fidem; an magis ille, qui cùm de sanitate taceat, rectè valentis vires, opere, actioneq; præstet?*

19 Tu credis.] *Mortuam fidem à viua, id est, eam quæ ad salutem otiosa censetur, ab ea quæ salutem negotiatur, aperta actionum explicatione distinxit. fidei actio duplex est: simplex, & ad aliquid; simplex actio exhibetur credendo dictis & effatis Dei, eo quòd à Deo pronuntiata sunt, qui mentiri non potest. Hæc à quocunque præstari potest, qui modo dicta illa Dei verè esse intellexerit: nam non solum Philosophus ac sapiens quivis, sapientiaq; mundi compos, sed & rusticus rudis ac indoctus quispiam vbi intellexerit hoc à Deo dictum, verum id quod dictum intellexit esse credet, imò & dæmones ipsi quidquid à Deo dictum norunt, credunt, imò non credunt modò, sed contremiscunt & ea omnia verentur ac trepidant, quæ nomine Dei siue Elohim vnius significantur, vt quòd mūdo prouideat, quòd gubernator, quòd rector, quòd iudex sit; namq; hæc quod ad se attineant, etiā contremiscunt. Altera est actio ad aliquid, hoc est, cùm credendi actio ad finem refertur aliquem, nempe ad salutem propriam. qui credit ad suam salutem, is vltra simplicem dictis diuinis dandum assensum, aliud etiam cogitat illis dictis vel per significationem inclusum, vel expressè adiunctum. inclusum est in* Deus vnus *illum esse iudicem & gubernatorem. quamobrem illam gubernationem ad se pertinere cogitat: ita cogitans, se illi gubernandum subiicere parat; quærit verò vlterius quemadmodū sese subiiciat. ad hoc verò an aliquid illi credendæ orationi à Deo ipso adiunctum fuerit, diligenter obseruat, reperitq; adiunctum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte, ex omnibus viribus, &c. iam hic manifestè comperit præter credendi simplicem actionem aliud quippiam adhibendū sibi esse, id est, studium omne vitæ suæ in amore obsequioq; ponendum. hunc igitur fides, quia viua est, ad operationem opportunam vel internam, vel externam, vel vtramque incitat & mouet, atque ita hunc fides exercet sua, vtpote viua; siue hic fidem suam viuam exercitatione vitæ ostendit. hanc fidem ad aliquid, hoc est, in suam salutem, quam eandem viuam dicimus, dæmones non habent;*

credunt

credunt quidem, sed non credunt in suam salutem, ideò non operantur eáve agunt, quæ ad salutem faciunt. credunt autem in suam damnationem Deũ esse, & iudicem esse, ideò contremiscũt: quantum verò ab istis dæmoniis homines illi discrepent, qui sese credere dicunt, nihil verò præterea boni agunt, existimandum relinquitur iis, qui rationis luce rerum discrimina comparant atque dispiciunt.

Deus. Bene facis: & dæmones
credunt, & contremiscunt.
20 Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus "otiosa" est? 21 Abrahã pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suũ super altare? 22 Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? 23 Et suppleta est scriptura, dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã, & amicus Dei appellatus est. 24 Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & nõ ex fide tãtum? 25 Similiter autem & Rahab meretrix, nõne ex operibus iustificata est suscipiens nuntios, & alia via eiiciens? 26 Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est: ita & fides sine operib⁹ mortua est.

CAP.

"mortua, MS. R. C. 8. — Genes. 22, 9. — Genes. 15, 6. Rom. 4, 3. Galat. 3, 6. — Iosue 2, 14. 6, 25. Heb. 11, 31.

Bene facis.] *Vero credere sua natura bonum est, sed tibi non semper vtile est: namque pari ratione nec damnandum est in dæmonio quòd vero credat, nec probãdum vllo pacto quòd non in suam salutem credat, imò improbandũ quòd contremat, quia ex propria culpa contremit, quam nunquam emendauit, nec emendare cogitat. non emendat amando, quod ex adiuncto facere debuit; nõ corrigit pœnitentia, quia pertinaciam culpæ adiunxit. caue ergo tu, nec sic tuam modò vt dæmonum fidem laudari velis.*

20 Vis autem scire.] *Depulsio efficacissima est defensionis ex significatione indicata: namq; aduersarius superioribus argumentis abundè conuictus est, nullo modo probare suam fidem posse hominibus nuda tantùm dicti asseueratione, melioremq; esse longè eius causam, qui sine dicti iactatione ex operibus fidem suam ostenderet; operibus, inquam, in qua vel fidei dictis includuntur, vel in adiunctis explicantur ac præcipiuntur.*

21 Abraham.] *Docet opera necessaria esse ad fidem probandam, non apud homines tantùm, sed apud ipsum Deum etiam, exemplo Abrahæ & aliorum quorum fidei laus extat, quos tunc Deo probatos fidelesq; laudatos legimus, cùm tentati per opera, testimonium tentationis non sermone sed officiis præstitere. Non quòd Deus ad internam mentem cognoscendam vllo egeat testimonio, sed quod illos fidem suam non sine operum testimonio probare voluerit, idq; sapientissimo cõsilio ad ipsorũ etiam qui tentantur, confirmationẽ & eruditionem. Nam facilè quiuis seipsum falleret, æqualem fidelissimis fidem suam censens, cuius censuræ tamen periculum in operũ testimonio spectandum est. Si quis propter fidem idem quod Abraham præstitit, præstare potest; magna profectò fidei atque Abrahæ similis testimonium etiam apud seipsum habebit.*

26 Sicut enim.] *Ipsum viuere est ipsum operari, aiunt Philosophi. operatio autem vitalis non à corpore proficiscitur, sed à coniunctione spiritus cum idoneo corpore. Nec verò Apostolus opera*

fidei spiritum esse dicit, sed de vita appellatione ac nomine tantùm agit. tam, inquit, verum est fidem sine operibus mortuam dici, quàm verum est de corpore sine spiritu, esse ducią mortuum.

Cap. III.

N Olite.[1] plures magistri Matt. 23. 8.
fieri fratres mei, scien- A
tes quoniam maius iudicium
"sumitis'. [2] In multis enim "sumemus g.s.
offendimus omnes. Si quis in
verbo non offendit: hic perfe-
ctus est vir. "potest' etiam fræ- "potens 1 ms.
no circũducere totum corpus.
[3] "Si'

In cap. III.

1 Nolite plures.] *Permagna atque vtilissimæ monitionis totum caput hoc plenum est, quo grauissimum communeq́ periculum ab humani ingenij indulgentia enatum indicatur. cuius duæ potissimùm causæ sunt gloriæ cupiditas, & contentiosus proteruia. Nam Christianæ veritatis vna simplex ac catholica ratio summaq́ est, quam Apostoli optandam expetendam, postulandamq́ cõmendant. vt Paulus: Idipsum omnes sapere in Christo. & hic Iacobus idem: Si quis indiget sapiẽtia, postulet à Deo. Verùm ambitiosa illa cupiditas bonum ac malũ sciendi, qua quisque se sicut dij futurum sibi pollicetur, vbi in humano pectore insedit, miras veri ac falsi mixtiones conficit, quibus & authores ipsi & ipsorũ sectatores demẽtati ad rabiẽ vsque insaniunt, suaq́ singuli inuenta cũ summa eorum qui nõ admiserint iniuria vel maledictẽtia seruare tueriq́ studẽt. Hinc illa antiqua & vetus opinionũ ac sententiarũ confusissima diuersitas tantum terrarum occupauit orbem. Plures magistros eos vocat Apostolus, qui pluribus magisteriis dant operam. Nam vnus magister Christus est, atque ex consequenti vnum Christi doctrinæ magisteriũ, omnibus tum docentibus, tum discipulis commune esse oportet, vt vna fides, vnum baptisma, vna Ecclesia, vnus Spiritus, vnus Deus. Atque hic de magisterio sacrarum literarum ad pietatem relato agitur, quod vnum omnibus oportet esse; erit autem omnium vnum, si omnes qui magistri in Christo esse volunt disciplinæ illius vnicæ, vnius illi tantum discipulus fuerint. Namq́ aliàs si varij ac diuersi discipuli fiant, varij etiam euadent magistri, quæ profectò varietas infinitæ disputationis est.* Maius iudiciũ.] *Quisquis à Christiana doctrinæ simplicitate ad propriæ sententiæ possessionem diuerterit, maius multo quàm æstimari possit iudicium subit, vtpote suarum sententiarum inuentionumq́ rationem redditurus in iudicio, & contentionis etiam aduersus alios susceptæ causam dicturus. Vniuscuiusque autem opus ignis probabit.* 2 In multis.] *Si commentationis atque disciplinæ via ex humani ingenij & consilij cogitationibus ac placitis, non ex ipsa diuinorum eloquiorum ratione instituatur, varia multipliciq́ offensionis difficultas ac pericula expectanda vel timenda sunt. Nam cùm de homine, qua homo Adæq́ filius est, scriptum sit, Omnis homo mendax. &, Mendaces filij hominum in stateris suis, vt accipiant de vanitate in idipsum: ex eo euenit vt omnes in multis offendamus. Multa enim in sacris oraculis sunt, quæ ingenij nostri superant vires, in quæ cùm quis non instructus inciderit, impingat necesse est. quale autem iudicium ex his offensionibus expectandum fuerit, in promptu est animaduertere.* Si quis in verbo.] *Veri ac probandi magisterij signum à Spiritusancto aliàs variis in locis constitutum, hic indicatur verissimè simul atq́ clarissimè. Quisquis, inquit, ita interpretatus fuerit sacra scripta, vt in nullam verbi Dei offensionem incidat, hic perfectus est vir; qui non ex cogitationum ingeniiq́ luxurie vagatur, sed sese ingeniumq́ suum ad veritatis diuinæ disciplinam rationemq́ attemperat, nihilq́ extra numerum modumq́ agit, vt qui bene edoctum frenisq́ parẽtem equum vel rectum agit, vel in orbem cõcinnè circumagit, & peritus nauta cùm claui cõpos efficitur, vel maximam nauem*

3 ''Si' autem ''equis fræna' in ora
mittimus ad consentiendum
nobis, ''etiam' omne corpus il-
lorum circumferimus. 4 Et ec-
ce, naues, cùm magnæ sint, &
à ventis validis minentur: cir-
cumferũtur '''autem' à modi-
co gubernaculo vbi impetus
dirigentis voluerit. 5 Ita & lin-
gua modicum quidem mem-
brũ est, & magna exaltat. Ecce
''quantus' ignis, quàm magnã
B syluam incendit! 6 Et lingua,
ignis est, vniuersitas iniquita-
tis. Lingua cõstituitur in mẽ-
bris nostris, quæ maculat to-
tum corpus, & inflammat ro-
tam natiuitatis nostrę inflam-
mata à gehẽna. 7 Omnis enim
natura bestiarũ & volucrum
& serpentium & cæterorum
domantur, & domita sunt à
natura humana. 8 linguam au-
tem nullus hominum doma-
re potest, inquietum malum,
plena veneno mortifero. 9 In
ipsa benedicimus Deum &
Patrem: & in ipsa maledici-
mus homines qui ad similitu-
dinem Dei facti sunt. 10 Ex ip-
C so ore procedit benedictio &
maledictio. Non oportet fra-
tres

ᵃSicut MS. ᵇequorum fręnos Q.n. ᶜ& 3 MS.R.G.S. ᵈtamen MSq. ᵉ 3 MS.R.G.S. ᶠquantulus G.S.

nauem in saua etiam tempestate, tamen ex arte gubernat. similitudines omnes has ad eandem comprobandam rem per amplificationem.

5 Ita & lingua.] *Orationis huius vis ac venustas omnis in vnius verbi certa obseruatione spectatur. Verbum autem est* Lingua, *non vt Latinè sed vt Hebraicè aut Gracè appellatur. Namque Hebraicum huius membri nomen est* LESON, *Gracum verò γλῶσσα. Pracipuus verò humana lingua vsus est animalis vocis in verba partitio & conformatio, ex quo animi interpres membrum hoc appellatur. format enim natura prius nos intus ad omnem fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram, aut ad humum mœrore graui deducit & angit: pòst effert animi motus interprete lingua. Vtriusq; autem idiomatis, hoc est, Hebraici atque Graci vsus obtinuit, vt grauiorum sermonum explicationes & interpretationes eodem appellentur nomine, quo membrum illud animi interpres, cui Latinum nomen lingua est; id autem ex translatione vsurpatum fuit: namq; vt lingua qua animo inclusa latent, aperit & enuntiat; ita obscuriora quacunque in sermone atq; scripto sunt, commentationibus adiunctis, orationibusq; aliis explicantur. cuiusmodi commentationes atque explicationes Hebraicè* LESON, *Gracè γλῶσσα dicuntur. Latinus autem sermo lingua vocabulum ad hanc significationem non transtulit quidem, Gracum verò libenter adscitum admisit, atque ita vsurpauit, vt nihil etiam rudioribus vulgatius iam sit, quàm glossa glossematiúq; nomina. extatq; antiquũ Graca ac Latina lingua dictionariũ, Glossariy titulo inscriptum. Itaque siue Epistolã hanc Hebraicè siue Gracè Iacobus conscripserit, certè vtriusq; tam propria quàm translatitia significationis allusionibus mirè vsus est. cuius iam ex his qua pranotauimus aperta in hunc modum sententia erit. Magistrorum ac magisteriorum multiplicem diuersitatem ex glossarum varietate nasci deprehensum est, dum vnusquisque suam linguam, id est, glossam suã principem statuere parat, aliisq; praferre, etiam cum cõtentione ac*

maledicentia. atqui vt in humana vita actionibus ac partibus nihil vtilius quàm prudens ac temperatus gloſſæ, id eſt, linguæ vſus, nihil contrà infeſtius quàm nimia ac temeraria linguæ licentia: ſic etiam in Chriſtiana doctrina communione atque traditione, nihil commodius quàm gloſſarum omnium concordia & vnitas, nihil vero contrà importunius quàm earũdem indulgentia immodicaq́; libertas ad propriam cuiuſq; mentem profuſa, quam qui perſequi ſtuduerint, in omne contentionum ac maledictorum genus, deinde in ſectarum ſimultates, ac denique in periculoſiſſima certamina præcipites ferantur, neceſſe eſt. Atque huius ſimilitudinis naturalem partem multorum euentorum enumeratione & expoſitione Apoſtolus confirmauit, docens manifeſtis aſſiduiſq́; periculis quantum lingua hominum efficere, quantumq́; valeat officere. ex quo infert, non minora in religionem animorumq́; inſtitutionem poſſe commoda vel incommoda ex gloſſæ vel vſu, vel abuſu inferri.

13 Quis ſapiens.] *Nemini contentionis ac maledicentiæ amatori, quamuis maximũ pietatis ac veritatis religioniſq́; ſiue zelum ſiue ſtudium prætendenti, ſapientiæ vel diſciplinæ illius Chriſtianæ ac modeſtiſſimæ appellationem ac laudem concedendam, Apoſtolus hic cenſet.*

16 Ibi inconſtantia] *placitorum & ſententiarum, vt non ſolùm aliis, ſed ſibi ipſis diſſimiles & pugnantes deprehendantur.*

18 In pace ſeminatur.] *S.S.E. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

IN CAP. IIII.

1 Vnde bella.] *Supernam ſapientiam & mundanam ex fructibus tanquam arbores dignoſcendas docuerat, alterius autẽ fructus proximè indicarat. quam ex Deo profectam, ad Dei laudem & obſequium, atque ad communem hominum vtilitatem referri monſtrabat, vt pacis & miſericordiæ procuratricem. Nunc alteram, hoc eſt, mũdanam ab innata nequitia & cupidine ortam, omnia ad priuatum commodum*

tres mei hæc ita fieri. [11] Nun-
quid fons de eodem foramine
emanat dulcem, & amaram
aquam? [12] Nũquid poteſt, fra-
tres mei, ficus vuas facere: aut
vitis ficus? Sic neq. "ſalſa', dul- "ſalſum MS. G. Q. R.
cem poteſt facere aquã. [13] Quis
ſapiens & diſciplinatus inter
vos? Oſtendat ex bona cõuer-
ſatione operationẽ ſuã in mã-
ſuetudine ſapiẽtiæ. [14] Quòd ſi D
zelum amarũ habetis, & con-
tentiones" ſint' in cordibus ve- "7 MS. G. L.
ſtris: nolite gloriari & mẽda-
ces eſſe aduerſus veritatẽ. [15] nõ
eſt enim iſta ſapiẽtia deſurſum
deſcendẽs: ſed terrena, anima-
lis, diabolica. [16] Vbi enim ze-
lus & cõtentio: ibi incõſtantia,
& omne opus prauũ. [17] Quæ
autem deſurſum eſt ſapientia,
primùm quidem pudica eſt:
deinde pacifica, modeſta, ſua-
dibilis, "bonis conſentiens', "4 MS. G. L.
plena miſericordia & fructibꝰ
bonis, non iudicans, ſine ſi-
mulatione. [18] Fructus autem
iuſtitiæ, in pace ſeminatur, fa-
cientibus pacẽ. CAP. IIII.
VNde [1] bella & lites in
vobis? Nónne hinc? ex A
concupiſcentiis veſtris quæ
militant

militant in membris veſtris?
2 Concupiſcitis: & non habe-
tis. occiditis, & zelatis: & non
poteſtis adipiſci. litigatis &
belligeratis: & non habetis,
propter quod non poſtulatis.
3 Petitis, & non accipitis: eo
quòd malè petatis: vt in con-
cupiſcentiis veſtris inſumatis.
Geneſ 6, 5. 8, 21. 4 Adulteri*, neſcitis quia ami-
1 Ioan. 2, 15. *& adulterę citia huius mundi, inimica eſt
1 MS R.G. *Ioan. 15, 19.* Dei? Quicunque ergo volue-
B rit amicus eſſe ſeculi huius:
inimicus Dei conſtituitur.
5 An putatis quia inaniter ſcri-
*dicat ad inuidiam? cō- ptura "dicat: Ad inuidiam' cō-
cupiſcit Q.n. cupiſcit ſpiritus qui habitat in
"nobis 1 MS. 6.8. "vobis'? 6 Maiorem autem dat
gratiam. Propter quod dicit,
1 Petri 5, 5. Prou 3, 34. Deus ſuperbis reſiſtit, humi-
libus autem dat gratiā. 7 Sub-
Epheſ 4, 27. 1 Pet. 5, 9. diti ergo eſtote Deo, reſiſtite
autem diabolo, & fugiet à vo-
C bis. 8 Appropinquate Deo: &
appropinquabit vobis. Emū-
date manus, peccatores: & pu-
rificate corda, duplices animo.
9 Miſeri

modum trahere oſtendit, eiuſdemq́ue originis eſſe ait priuatas inimicitias, contentiones, lites, & ſimultates, ac publica tam ciuilia quàm hoſtilia bella; quæ nulla eſſent, ſi vnuſquiſque ſua ſorte contentus nihil vltra peteret, nec alij cuipiam inuideret. mirè verò oſtendit humanæ cōcupiſcentiæ æſtus ac tempeſtates, perpetuamq́ue inquietudinem illis verbis, Quæ militant in membris veſtris. *Nam qui ſibi ipſi pacem tranquillitatemq́ue non imperat, aliis afferre & conſeruare non poteſt. Omnes quidem quietem ſibi cupere, verùm non rectè optare aut quærere omnes; omnes aliquid ſibi deeſſe ad trāquillam vitam, verùm raros quid verè deſit, quidq́ue expetendum ſit, & à quo, quemadmodumq́ue petendum fuerit, internoſcere. Hanc verò ignorationem & ſtultitiam multiplicis maximiq́ue mali cauſam eſſe, dum quis id cupit, quod vbi adeptus fuerit, cruciat potius quàm ſatiat. quamobrem optimè ſecum agi putandum, ſi non adipiſcatur. quidquid verò expetitur quod extra hominem ſit, hominem beare non poteſt; ſed id tantùm beat quod humanā perficit naturam: hoc verò nulli non licet expetere & poſtulare, in quo poſtulando error eſſe non poteſt, in aliis autem, hoc eſt, externis appetendis rebus, maximus eſſe poteſt; imò eſt error, cùm nec petendi ratio bona ſit, ſed ex cōcupiſcentiis nata, eo quòd male petatis; nec etiam cauſa bona, cùm plerunque in malum petatur vſum,* Vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

5 Spiritus qui habitat.] *Spiritus veteris Adam ea optantis & affectantis, quæ ad ſe non attinēt. qui ſpiritus nō ex Deo eſt; de quo genere ſcriptū eſt,* Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.

7 Subditi ergo.] *Totus hic verborū ac ſententiarum tractus ſummam quandam cōplectitur legis, ac præcipuè ad quatuor prima libri Geneſeos capita alludit, de quibus nunc commentari longum eſſet. Liberam homini electionem eſſe docet, vtrum magis ſequi placeat, Deumne authorem bonorum omnium, an diabolum totius infelicitatis principem. Denique monſtrat quibus ſtudiis, quibusq́ue artibus vitæ ratio inſtituenda ſit, ad impetrandam à Deo animorū ſanctificationem, filiorumq́ue adoptionem. quæ omnia ad fidem & pœnitentiam referuntur, initio facto à timore Dei, cui vera ac ſincera proximi dilectio adiungitur.*

9 Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum
conuertatur, & gaudium in mœrorem. 10 Humiliamini in cõ- 1 Pet. 5. 6.
spectu Domini: & exaltabit vos. 11 Nolite detrahere alter-
utrum fratres⁻ mei'. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fra- -6 MS. C.
trem suum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas
legem: non es factor legis, sed iudex. 12 Vnus est⁻ enim' legisla- -1 MS. O.
tor, & iudex qui potest perdere & liberare. 13 Tu autem quis Rom. 14. 4.
es qui iudicas proximum? Ec-
ce nunc qui dicitis, Hodie aut
crastino ibimus in illam ciui-
tatem, & faciemus ibi quidem
annum, & mercabimur, & lu- D
crum faciemus, 14 (qui ignora-
tis quid erit in crastino. Quæ
est enim vita vestra? Vapor
est*, ad modicum parens, & *enim 1 MS. R.G.
deinceps exterminabitur)
15 pro eo vt dicatis: Si Domi-
nus voluerit: &, Si vixerimus,
faciemus hoc aut illud. 16 Nũc
autem exultatis in superbiis
vestris. Omnis exultatio talis,
maligna est. 17 Scienti igitur
bonum facere, & non facien-
ti: peccatum est illi.

Cap. V.

A Gite' nunc diuites, plo- A
rate, vlulantes in mise-
riis vestris quæ aduenient vo-
bis.

13 Ecce nunc quidem dicitis.] *Ad eruditionem eorum qui rectè sapere cupiunt, magnam communemq́; ferè hominibus cunctis diaboli fallaciam detegit, qui quæ nostra omnino non sunt, nobis constatura esse, spem securitatemq́; facit. cùm præter proprij animi ex diuino beneficio institutionem, nihil nostrum sit, omnia verò cætera extra nos alieniq́; arbitrij sunt, vt tempus, vt rerum copia & vsus, quorũ omnium rationem, facultatem & euenta vni Deo permittenda esse docet; eadem verò cùm contigerint, ex Dei præcepto ac iussu componenda, non ex propria libidine, priuataq́; opinione, quamuis optimis artibus rationibusq́; cõtigerint. Quibus verò hæc prædicuntur, vel nota sunt vel ignota; si ignota, vnde illa securitas & lætitia? si nota, quonam illa morum peruersitas, quæ maiori culpa maius molitur suppliciũ?*

In cap. v.

1 Agite nunc diuites.] *Ea quæ bonis rationibus parta essent, malè tamen insumerentur, vbi superioris capitis fine improbata fuerunt; altera nunc consequuntur quæ ex auaritia pendent, de qua nunc deinceps disseritur. Triplici autem nomine damnatur auaritia præcipuè: primò quòd rem quocunque modo facere augereq́; studet: si possit, rectè; si non, quocunque modo rẽ. Nam diues qui fieri vult, & cito vult fieri: sed quæ reuerentia legum, quis metus aut pudor est semper properantis auari. ita vt multæ diuitiæ breui tempore non sine magno scelere comparentur plerunque; secundò quòd nullum acquirendi finem, neque cùm vita etiam fine insatiabile lucri votum inueniat; tertiò verò quòd quamquam multa iustissimè atque innocentissimè comparentur (quod ex concessione donandum*

bis. 2 Diuitię vestrę putrefactę
sunt: & vestimenta vestra à
tineis comesta sunt. 3 Aurum
& argentum vestrum ærugi-
nauit: & ęrugo eorum in testi-
monium vobis erit, & man-
ducabit carnes vestras sicut
-7 MS.G. Q.n. ignis. Thesaurizastis - vobis
irā in nouissimis diebus. 4 Ec-
ce merces operariorū qui mes-
suerunt regiones vestras; quæ
fraudata est à vobis, clamat: &
clamor eorum, in aures Do-
B mini sabaoth introiuit. 5 Epu-
lati estis super terram: & in
luxuriis enutristis corda vestra
*Addixistis 6 MS.G.S.Q.n. in die occisionis. 6 "Adduxisti'.
-MS.G. -&'occidistis iustum, -&' non
-MS G. °resistit 7 MS.G. "restitit' vobis. 7 Patientes igi-
tur estote fratres, vsque ad ad-
uentum Domini. Ecce, agri-
cola expectat pretiosum fru-
ctum terræ: patienter ferens
donec accipiat temporaneum
& sero-

donandum iam fuerit) tamē retineri seruariq́; integra sine ingenti crimine non possint. indignum quippe est, ab omniq́; humanitate nedū pietate alienum, vt tu abundes dum alij egent. Quid porro si neque aliis neque domino etiam ipsi diuitiæ sint vsui? hoc verò nō miserum tantùm, sed extrema vltroq́; petita dementiæ atq; summa damnationis esse statuendum fuerit, Tū furor haud dubius cùm sit manifesta phrenesis, Vt locuples moriaris, egēti viuere fato, vt ille aiebat. Quæ nomina omnia atq; postrema hæc insania breuibus capitibus ab Apostolo perstringuntur. Primum illa parte, Ecce merces operariorum vestrorum: *secundū verò illa,* Epulati estis, *&c. tertium autem quia magis in vsu est, minusq́; sentitur, eo quòd maxima pars hominum morbo iactetur eodem, ipsis primis huius capitis accusationibus exprimitur.* Diuitiæ vestræ putræfactæ sunt, *vsque ad* Sicut ignis; *in quo etiam postrema illa peruersitas damnatur.*

5 In die occisionis.] *Innocētis vi aut fraude doloq́; malo oppressi calamitatem occisionis diem appellat, non minus oppressoribus lætam quàm venatoribus magna aliqua præda capta, aut victoribus iniusto bello spolia diuidentibus esse intelligimus. qua de re ea repetenda sunt quæ aduersus Israëlitas Samariæ incolas primo vaticinij sui capite Amosus perorauit.*

7 Patientes igitur.] *Iis qui correctione digni visi sunt, obiter monitis & correptis, ad mites modestosq́; in fide, patiētia ac salutis expectatione confirmandos redit, ipsamq́; salutis rationem Apostolico more opportunè ac breuiter repetit,* Vsque ad aduentum Domini.

Ecce agricola.] *Suasionem argumentis firmat partim ex natura petitis, partim ex antiquorum exemplis; namque hæc ad præiudicium, illa ad iudicium veteres authores producere solent. vtraque potentia, sed posteriora cum fide nituntur potentiora. in gentium verò sapientia minus firma hæc, quamquam ad vsum magis familiaria.* Patienter ferens.] *μακροθυμῶν, magno sibi constans animo à cura & cultura non cessat.* Donec accipiat] *duos efficacissimos terra sanctæ fidelibus cultoribus promissos caluus imbres,* tēporaneum & serotinum, *de quibus aliàs. locus hic illi apud D. Paulum persimilis est,* Non *qui plantat aut qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. & tamen plantare colereq́; oportet; & qui arat, in spe arare; & qui seminat, in spe seminare.*

& ſerotinum: [8] Patientes eſtote & vos,& confirmate corda
veſtra:quoniam aduentus Domini*appropinquabit. [9] Noli- *appropinquauit 5 MS. G. 5.
te ingemiſcere fratres in alterutrum:vt non iudicemini.Ecce, C
iudex ante ianuam aſſiſtit. [10] Exemplum accipite fratres*la- *exitus mali & longanimitatis, & MS. 8.
boris & patientiæ,Prophetas:
qui locuti ſunt in nomine Do-
mini. [11] Ecce beatificamus eos
qui ſuſtinuerunt. Sufferẽtiam
Iob audiſtis,& finem Domini
vidiſtis, quoniam miſericors
Dñs eſt & miſerator. [12] Ante
omnia autem fratres mei,no-
lite iurare, neque per cælum, Matt 5.14.
neque per terram,neque aliud
quodcunque iuramẽtum. Sit
autẽ ſermo veſter, eſt, eſt,nõ,
non: vt non ſub iudicio deci-
datis. [13] Triſtatur*aliquis ve- *autem MS 9.
ſtrum?oret.Æquo animo eſt?
pſallat. [14] Infirmatur quis in
vobis ? inducat presbyteros
Eccleſiæ,& orent ſuper eum,
vngẽtes eum oleo in nomine Matt.6.13.
Domini. [15] & oratio fidei ſal-
uabit infirmum, & alleuabit
eum Dominus:& ſi in pecca-
tis ſit,remittentur ei. [16] Confi- D
temini ergo alterutrum pec-
cata veſtra: & orate pro inui-
cem vt ſaluemini.multũ enim
valet deprecatio iuſti aſſidua.
[17] Elias,homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit 3 Reg.17.1. Luce 4.25.

vt non

10 Laboris & patientiæ.] *Ex omni iuſtorum hiſtoria producenda exempla docet: tam eorum qui inter Iſraëlitas fuerunt, quam eorũ quos apud Gentes diuina ſcripta probant: vtriſque enim fidelis patientia & ſpes, Dei conciliauere miſericordiam.* Spes alit agricolas.
Spes etiam dura ſolatur cõpede vinctũ,
Crura ſonãt ferro,ſed canit inter opus.

12 Ante omnia.] *Eorum quibus Domini aduentum expectare ſuaſerat mores tum priuatè tum publicè tenendos ſeruandoſq; docet, quorum negligentia Dei beneficia illa maxima auertuntur, diligentia verò atque ſtudio maturãtur. Omnis autem communis conſuetudinis ratio ſumma in fide ac benignitate verſatur. fidem ſimplex veritas nullius iurationis indiga probat. benignitas in humanis offenſionibus remittendis, & in opportunis beneficiis præſtandis verſatur. quæ omnia hic diſertè traduntur. Nihil autem in vita vel publicè vel priuatè euenire poteſt, quod ad Dei prouidentiam & voluntatem relatum, non ſuum, quo rectè excipi atque peragi poſſit, modum teneat. ſine quo nec ſecundæ res ab inſolenti lætitia tutæ, nec arduæ à nimia abiecti animi mæſtitia liberæ eſſe poſſunt.*

14 Vngentes eũ oleo.] *Sic Apoſtolos atq; antiquos Chriſti diſcipulos feciſſe nouimus, quod & Eccleſia Dei obſeruat in Extremæ vnctionis Sacramento, de quo apud pios Scriptores multa & valde digna cognitu.*

In D. Laurentij Cænobio regio, anno M. D. LXXXVI.

vt non plueret ſuper terram,& non pluit annos tres & menſes
3 Reg.18,41. 45. ſex. 18 Et rurſum orauit: & cælum dedit pluuiam , & terra de-
dit fructum ſuum. 19 Fratres mei,ſi quis ex vobis errauerit à
veritate,& conuerterit quis eum: 20 ſcire debet, quoniam qui
conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit ani-
mam "eius à morte,& "operit multitudinem peccatorum.

"ſuam MS. Q. n. "operiet 3 MS. R. *Beda*, G. S.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam primam D. Petri Apoſtoli ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

PRIMI omnium Iſraëlitarum per orbem diſperſorum Ponto vicini & illarum regionum incolæ, Chriſti nomen Euangeliumque audiiſſe videntur,atq. Euangelicæ virtutis communicatione per fidem donati;non omnes,ſed nonnulli quos credentes & obedientes Deus magnæ ſalutis & efficientiæ Ieſu Chriſti teſtes aliis eſſe voluit. His cumprimis gratulatur Petrus feliciſſimam illam ſortem contigiſſe, Patribus antiquis in lege,Prophetiis,earumque figuris promiſſam,quam iam verè exhibitam ipſe atteſtatur,vtpote compos & conſors etiam eiuſdem gratiæ redditus.de qua gratia cùm breuibus, ſed grauiſſimis illuſtribusq. argumentis & ſententiis diſputauerit,ad patientiam animique fortitudinem cõmendandam & perſuadendam conuertitur;quod omnibus ſanctis commune argumentũ eſt in bello illo quod aduerſarius cum exercitu ſuo aduerſus Chriſti optimos cultores pertinaciter gerit oſtendit verò certamen breue & leue eſſe, ſi cùm præmij magnitudine ac æternitate cõferatur:deinde certo Dei auxilio idem leuius fieri,& victoriæ glorioſo terminari exitu. Atque externas pugnas,quibus ſanctiores exercentur,minores minusque periculoſas eſſe docet internis illis,quibus ij vexantur,qui nondum perfecti viam pietatis currunt,quos ad conſtantiã in fide ac ſpe,atq. in fortitudine & continentia hortatur,pollicitatione ac prædictione maximorum Dei donorum, quorum cauſa nihil arduum,aut difficile,aut durum exiſtimari oporteat. Tota autem Epiſtola mixta eſt duobus generibus;demõſtratiuo,cui gratulatio adnectitur, „ & exhortatorio. idque poſtremis epilogi verbis indicatur: Per Syluanum fidelem „ fratrẽ vobis,vt arbitror,breuiter ſcripſi,obſecrans & cõteſtans hanc eſſe verã gra- „ tiã Dei in qua ſtatis.Cõplectitur itaq.Epiſtola omnẽ ſanctorũ atq.fideliũ Eccleſiã.

CAP. I.

A PETRVS 1 Apoſtolus Ieſu Chriſti , electis aduenis

IN CAP. I.

1 Petrus] *Qui à parentibus Simon , id eſt, audiens obediens, filius Ioannis, gratia Dei, ex eadem gratia Petrus, hoc eſt, firmus lapis appellatus, eiuſdem nominis appellatione conſti-*

tutus

tutus Apostolus, id est, legatus ad eos qui Christi Ecclesia communionem expetierunt, quos omnes Petros etiam & huius firmitudinis compotes esse oportet. legationem autem sibi traditam asserit à Iesu Vncto, ad vnctionis illius virtutem pradicandam, legatiq; nomine ad eos qui crediderint & optauerint communicandam.

aduenis dispersionis Ponti,
Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ,
& Bithyniæ, [2] secundum præ-
scientiam Dei Patris, in san-
ctificationem Spiritus, in obe-
dientiam & aspersionem san-
guinis Iesu Christi: Gratia vo-
bis & pax multiplicetur. [3] Be- 1 Cor. 1, 3. Ephes. 1, 3.
nedictus Deus & Pater Do-
mini nostri Iesu Christi, qui
secun-

Aduenis] *ex regionibus illis, in quibus Israëlitæ dispersi quondam fuerant, complurimi Ierosolymam religionis causa confluebant, quorum pars diuinum illud spectaculum, quod à Spiritu sancto in Pentecostes festo editum fuit, intuiti & ipsi crediderunt, & in sua loca reuersi, ac per nuntios aliis narrauerunt; ex quo euenit vt cõplures Iesu Christi fidem suscipientes, pœnitentiæ baptismo ex Apostolorum monitu baptizati in remissionem demum peccatorum, & in resurrectionem vitæ in Christo baptizati sint, vt ex Apostolorum actis obseruatur. eos autem qui in hac Dei electione manserunt,* Electos *vocat Petrus.*

2 Secundum præscientiam Dei Patris] *κατὰ πρόγνωσιν, præcognitionem, qua prænotione seculorum series constituta est, atque decretum, vt in hoc seculorum fine ij ad sanctificationem spiritus eligerentur, qui Filium suum reciperent, cuius virtute & efficientia ipsi etiam in filios euaderẽt eiusdem Dei Patris, hæredes verè regni cælestis, cohæredes autẽ Christi.* In obedientiam & aspersionem.] *Electos fuisse in obedientiam Euangelij, vt videlicet Euangelio credentes & obaudientes in cõmunionem admitterentur aspersionis sanguinis Agni illius immaculati, qui suos ab omni peccato emundatos à seruituteq; liberatos, in filiorum Dei libertatem asserit. Namq; hoc pacto hanc rem efficiẽdam Deus Pater elegerat, cuius electioni qui paruerunt ex Israëlitis, electi vocantur, siquidem hi primi id obtinuerunt, quod Israëlis filiis per anteacta secula fuerat promissum de hac salutis ratione. quamobrem dictum est, Multos esse vocatos, paucos verò electos. Apostolus hic, vt & cæteri, ad prioris Testamenti figuras alludit: quas præ oculis habere oportet eum, qui noua veteribus componere, atque ita res rationesq; rerum tenere studuerit.* Gratia vobis.] *Apostolica salutatio & precatio, qua nihil excipitur ex iis quæ ad veram felicitatem pertinent.* Gratia, *qua grati & chari Deo sitis.* Pax, *siue* SALOM, *qua integri omnino efficiamini omni ex parte & apud Deũ & apud homines pacis veræ amatores. quod verò dicit:* Multiplicetur, *& ad eorũ qui ità acceperint amplificationẽ, & ad augmentũ cõmunionis propagationemq; in plures indies atq; indies referendum est. Plus autẽ est in verbo πληθυνθείη, quàm in Latino* Multiplicetur; *namque illud ad integritatem plenitudinemq; tendit.* 3 Benedictus Deus.] *Hactenus inscriptio, authoritas, & salutatio. hinc deinceps Epistola, cuius initium ducitur à gratulatione sortis illius, quæ noui Testamenti fidelibus discipulis obtigit ex singulari admirabiliq; dono Dei. appellantur autem primi ad gratulationem ij qui illius doni participes ac testes erant.*

Deus] *qui decreuerat & promiserat antea, idemq; opportuno tempore cùm Patrem sese iam exhibere vellet filiorum, Iesum Christum Filium suum in mundo constituit, nuntium, interpretem, procuratorem, & ministrum atque authorem adoptionis in cæteros fratres, quos eo nomine quo sanguine suo redemit, seruos effecit suos, quamobrem Dominus appellatur omnium.*

Secundum

secundum misericordiã suam
magnam regenerauit nos in
spem viuam, per resurrectio-
nem Iesu Christi ex mortuis,
4 in hæreditatem incorrupti-
bilem, & incontaminatam, &
immarcessibilẽ, conseruatam
in cælis in vobis, 5 qui in vir-
tute Dei custodimini per fidẽ
in salutem, paratam reuelari
B in tẽpore nouissimo. 6 In quo
"exultabitis", modicum nunc
si oportet contristari in variis
tentationibus: 7 vt probatio
vestræ fidei multo pretiosior
auro (quod per ignem proba-
tur) inueniatur in laudem &
gloriam & honorem in "reue-
latione" Iesu Christi: 8 quẽ cùm
nõ videritis, diligitis: in quem
nunc quoq. non vidẽtes "cre-
ditis". credentes autem exulta-
tis lætitia inenarrabili & glo-
rificata: 9 reportantes finem fi-
dei vestræ, salutẽ animarum*.
10 De qua salute exquisierunt
atque scrutati sunt Prophetæ,
qui de futura in vobis gratia
prophetauerunt, 11 scrutantes
in quod vel quale tempus si-
gnificaret in eis Spiritus Chri-
sti: prænuntians eas quæ in
Christo

"exultatis 6 MS. C.

"reuelationem.

"3 MS. C.S.

*vestrarum MS.S.

Secundum misericordiam] *qua dilexit nos ipse vltrò, ipseq́ prior magnam autem appellat propter exemplum antiquis desideratum (vt Dauidi, qui eandem appellabat) noui verò Testamenti tempore abundè editum.*

Regenerauit] *per lauacrum regenerationis & renouationis sancti Spiritus, quẽ vere abundeq́ super se effusum Apostoli gratulantur.* In spem viuam, *quam sicut anchoram habemus penetrantẽ vsque ad intima calorũ, ait Paulus.*

Ex mortuis.] *Quos Iesus Vnctus secum commortuos, resurgere secum fecit in spiritu & veritate. Ad maris rubri figuram sermo alludit.*

5 In virtute Dei] *qui vobis dedit (ait Paulus) non solùm vt in eum credatis, sed & vt pro illo patiamini.*

Per fidem,] *quæ reuelanda erat, Paulo asserente, cuius virtute corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. noui Testamenti auream ætatem, nouissimũ tempus, aliàs seculorum fines Apostoli dicunt.*

7 In laudem & gloriam.] *Dei, qui hoc fidei vestræ testimonio Christi Iesu veritatem mundo reuelat.*

8 Quem cùm.] *Cùm non videritis secundum carnem, diligitis secundum spiritum: in eumdémque quem secundum carnem non videtis, tamen creditis secundum potentiam virtutis Dei, vt ait Apostolus: de qua re ipse pronuntiauit Christus: Beati qui non viderunt & crediderunt.* Lætitia] *à Spiritu sancto vobis communicata, cuius fructus sunt, Pax, gaudium, &c.*

9 Reportantes.] *Ex efficientia ac virtute spiritus Christi, denoq́ Dei, idq́ verè & reapse, vt verè suum præmium reportant, qui strenuè in palestris pugnant. Namque ad hanc imaginem instituta est oratio hæc.*

10 De qua salute.] *Obseruanda veteris ac noui Testamenti differentia.*

11 Spiritus Christi,] *qui heri, hodie, & cras, hoc est, æternus & omnibus seculis efficax est. S.S.E. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.*

Christo sunt passiones & po-
steriores glorias: 12 quibus re-
uelatum est quia nõ sibimet-
ipsis, vobis autem ministra-
bant ea quæ nunc nuntiata
sunt vobis per eos qui euan-
gelizauerũt vobis, Spiritu san-
cto misso de cælo, in "quem" *quæ 2 MS. G. S.
desiderant Angeli prospicere.
13 Propter quod succincti lũ- C
bos mentis vestrę, sobrij, "per- *perfecti MS q.
fectè" sperate in eam quæ of-
fertur vobis gratiam, in "reue- *reuelatio-
latione" Iesu Christi, 14 quasi fi- nem MS q.
lij obedientię, non configura-
ti prioribus ignorantiæ vestrę
desideriis: 15 sed secũdum eum
qui vocauit vos, Sanctum, * & *vt o.
ipsi in omni conuersatione
sancti sitis: 16 quoniã scriptum
est: Sancti eritis, quoniã ego Leuit. 11, 44. 19, 2. 20, 7.
sanctus sum. 17 Et si Patrem in- Deut 10, 17. Rom. 2, 11.
uocatis eũ qui sine acceptione Galat. 2, 6. 1 Cor 6, 20.
personarum iudicat secũdum 7, 23.
vniuscuiusq. opus: in timore,
incolatus vestri tempore con-
uersamini.

12 Non sibimetipsis.] *S. S. E. Alij quidem laborauerunt, vos autem in labores eorum introistis. Nõdum enim Spiritus sanctus erat datus, quia nondũ Christus erat glorificatus; glorificatus autem fuit propter obedientiam qua humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, &c.* Spiritu sancto misso,] *per quem verè pij filij Dei efficiuntur; quod maximum beneficium ac donum hominibus à Deo datum, Angelis non contigit, qui nõ in filios vocati, sed in ministros electi permanẽt. nusquam enim Verbum Angelos apprehendit, sed hominibus caro factum, salutem & filiorum adoptionem effecit.*

13 Propter quod.] *Exhortatio ad Ecclesiam omnem, tam sanctorum quàm cæterorum fidelium. alij ad testimonium appellantur confessione & vitæ exemplis reddendũ; alij ad præparationẽ fidei ac virtutis siue pœnitẽtiæ solidæ, quam illa Iesu Uncti reuelatio primũ postulat.*

14 Non configurati.] *Priora omnia quæ secundũ legem exercebantur, cùm ipsa futurorum vmbra quædam essent, & Scribarum etiã Seniorumq; traditionibus impedita, nec rectè prorsus atque integrè agebantur, nec si agerentur, sanctificare quemquam poterãt ea sanctitudine, quæ à Prophetis prædicta, ab Apostolis deinceps enuntiata est; & tamen priora illa exigebantur præstariq; debebant ab iis qui sub illo Testamento militabant. cùm autem quæ nunc donantur, longè illis antiquis præcant, maiore studio, attentiore cura, atque adeò maiori sanctitudinis præparatione expeti quæriq; oportet.*

17 In timore] *honoris atque reuerentiæ, qualem præstare decet eos qui se filios appellãt, Patremq; vocant Deum; nec enim Pater ille filios ex vocibus vel appellationibus, sed ex vera pietatis officiis agnoscit. S. S. E. Filius honorat Patrem, & seruus dominũ: & si Pater ego, vbi nã honor meus? si Dominus ego, vbi timor meus? Solenne erat Israëlitis, Deum in sacris precationibus hoc modo appellare,* ABINV SEBASSAMAIM, *Pater noster qui es in cælis. atq; hoc modo etiam* RABBONV MELECHHA GHOLAM, *Domine siue Princeps noster, mũdi rex. huc admonitio hæc Apostoli spectat,* Et si Patrem vocatis, &c. Incolatus vestri.] *Dum adhuc hospites estis & peregrini, sicut omnes Patres vestri, vt hac vestra pietate perspecta ac probata, demum ad ciuitatem sanctorũ &*

Dei

Dei familiam promoueamini, quam conditionem vobiscum communicandam, maximo pretio Christus redemit. Sermo hic partim ad sanctificatos, partim ad fideles, nondum tamen in Christo perfectos pertinet, distinguenduḿq; est pro conditionum personarumq; exemplis.

Act. 10,28. Heb. 9,12.14. uersamini. [18] Sciẽtes quòd nõ
corruptibilibus auro vel ar-
gento redempti estis de vana
vestra conuersatione paternæ
1 Ioan. 1,7. Apoc. 1,5. traditionis: [19] sed pretioso san-
guine quasi agni immaculati
Christi & incõtaminati, [20] præ-
cogniti quidem ante mundi
constitutionem, manifestati
autem nouissimis temporibus
propter vos, [21] qui per ipsum
fideles estis in Deo qui susci-
tauit eum à mortuis, & dedit
ei gloriam, vt fides vestra, &
Deum 1 MS. G.S. spes, esset in "Deo'. [22] Animas
vestras castificãtes in obediẽ-
tia charitatis, in fraternitatis
amore simplici ex corde inui-
cem diligite attẽtius: [23] renati
nõ ex semine corruptibili, sed
incorruptibili per verbũ Dei
viui & permanẽtis in æternũ.
Isaia 40,6. Eccles. 14,18. Iacob. 1,10. [24] quia omnis caro vt fœnũ: &
omnis gloria eius tanquã flos
fœni. exaruit fœnum: & flos
eius decidit. [25] Verbum autem
Domini manet in æternũ, hoc
est autem verbum quod euã-
vos 1 MS. R.C. gelizatum est in "vobis'.

CAP.

20 Præcogniti.] *Decreti & constituti qui suo tempore mitterentur. Quid significetur illa adnotatione,* Ante mundi cõstitutionem, *aliàs declarauimus.* Manifestati autem,] *tum persona & munere, tum veritate ac re. S.S.E. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius,* GLORIAM *quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* 21 Fideles estis in Deo.] *Testes veraces & probati, productiq; à Deo in testimoniũ resurrectionis.* & dedit illi gloriam; *quam vidimus, aiũt Apostoli ac testes, gloriam quasi Vnigeniti à Patre. Hac de testimonio viuo veritatis Christi.* In Deo.] *Nõ in lege illa veteri, qua custodes suos huiusmodi testimonio non instruebat, sed in Deo, cuius gratia estis id quod estis, fides viua, & spes non confundens.*

22 Animas vestras.] *Præparationis commendationem prosequitur, quæ quantum potest, ad illius quam Christus efficit sanctitudinis imaginem sese adornat.* In obediẽtia charitatis.] τῆς ἀληθείας, *veritatis Euangelij gloriæ Christi. ad illud alludit: Beati mundo corde; Beati pacifici; Beati misericordes, &c.*

23 Renati.] *Ad diuinum illud regenerationis Christi beneficium redit, à cuius imagine describenda & celebranda Apostoli manũ remouere non sciunt; ea quippe infiniti operis est. Idem Ioannes ait, Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.*

24 Omnis caro fœnum.] *Et quidquid ex carne natum fuerit ex fœno progenitum, non maiorem conditionem obtinebit, quàm id vnde est ortum: quamobrẽ præsente Verbo exarescet. Latenter, significanter tamen, Noua & Veteris legis discrimen, & natura & exitu vtriusq; indicat. illa hac præsente exaruit, & flos omnis ornatusq; illius decidit. Nam quamquam antiqua lex sancta & spiritualis esset, vtpote à Spiritu dictata; tamen in quo infirmabatur per carnem,*

carnem, non praestabatur in spiritu & veritate. Noua verò lex, quia spiritu roboratur, spirituali modo, hoc est, non exterius tantùm, sed interius à suis cultoribus praestatur. Hoc est autem Verbum quod euangelizatum est vobis.

CAP. II.

DEponentes [1] igitur om- *Rom 6,4. Ephes 4,22. Coloss 3,8. Heb. 12,1.*
nem malitiam, & omnē
dolum, & simulationes, & in- A
uidias, & omnes detractiones,
[2] sicut modò geniti infantes,
"rationabiles', sine dolo lac *rationabile 4 MS. R. 8. C. 8*
concupiscite: vt in eo crescatis
in salutem. [3] si ⁻tamē' gustastis *-3 MS. C.8.*
quoniā "dulcis' est Dominus. *suauis 3 MS.*
[4] Ad quem accedētes, lapidem
viuū, ab hominibus quidem
reprobatum, à Deo autem ele-
ctum & honorificatū: [5] & ipsi
tanquam lapides viui superæ-
dificamini, "domos spiritua- *domus spiritualis 8 MS. R. C. 8. Q. n.*
les', sacerdotium sanctum, of-
ferre spiritales hostias, accep-
tabiles Deo per Iesum Chri-
stum. [6] Propter quod continet
scriptura, Ecce pono in Sion *Isaiæ 28,16. Rom 9,33.*
lapidem summumangularem
electū, pretiosum, & qui cre-
diderit in eū, nō confundetur.
[7] Vobis

IN CAP. II.

2 Sicut modò geniti.] *Nam nisi efficiamur sicut paruuli pueruli, nō intrabimus in regnum cælorum ex decreto Dei per sapiētiam pronuntiato. fideles nondum prouectos ad studium elemētorum imitationis Iesu Christi cohortatur, quæ in fide & pœnitentia pœnitentiaq́; fructibus exercentur. Hac enim disciplina atq; pietatis prima pars Lactis nomine significatur. sic Paulus: Lac vobis potum dedi, non escam. Rationabile Lac legitimum ex veritate & humanitate productum, non mixtum alio brutorum vel ferarum lacte, non aqua elutum, vel quouis alio corrupto succo, sed vt mox explicat ipse,* Sine dolo, *quale Euāgelij cādor & simplicitas suggerit iis qui sanè appetunt. Sententia summa hac est: Deus nunc ex hominibus deos facere parat, verùm non ex omnibus quibus hominis tamū nomen est, sed quibus vera simplexq́; humanitatis ratio formaq́; inest. hos tanquam infantes fouet, nutrit ac tenet, donec in virum perfectum in mensurā staturæ Christi educet.*

3 Si tamen gustastis.] *Gustus quidem suauis in lacte sanis sensibus excipitur, sed longè minor minoriq́; efficiētia, quàm ille qui à prouectioribus in solido iam cibo sentitur. De quo scriptum est, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Vtramque alimenti rationem significans aiebat Psaltes: Gustate & videte quàm suauis est Dominus. hoc de priore parte, de posteriore verò illud subiunctum: Beatus homo qui sperat in te.*

4 Ad quem accedentes.] *Vtpote fundamentum verum, præter quod ad domum cælestem ædificandam nullum potest poni aliud.*

Ab hominibus] *proprij consilij & corruptæ humanitatis pertinaci amore ductis.*

5 Superædificamini.] *Ex quo erudiri incipitur & expolitur aptaturq́; lapis, iam tunc ad ædificium pertinet, & artifex ipse iam etiam dicitur ædificare, atque ita commendatio hæc incipientes proficientesq́;, hoc est, infantes puerosq́; spectat, quos adhuc Euangelium parturit, donec in illis regenerationis virtute Christus consummetur.* 6 Continet scriptura.] *Veritas Christi Israëlitis initiandis ex sacris oraculis ab Apostolis confirmatur.*

7 Creden-

B 7 Vobis igitur honor credenti-
bus. non credentibus autem,
Psal. 117,22. Matt. 21,42. Act. 4,11. Esaia 8,14. lapis quẽ reprobauerũt ædi-
ficantes, hic factus est in caput
anguli: 8 & lapis offensionis, &
petra scandali, his qui offen-
quod 1 MS. B.C.S.Q.D. dũt verbo, nec credũt in "quo'
Exod. 19,6. & positi sunt. 9 Vos autem ge-
nus electum, regale sacerdo-
tium, gens sancta, populus ac-
quisitionis: vt virtutes annun-
tietis eius qui de tenebris vos
vocauit in admirabile lumen
Osee 2,23. Rom. 9,25. suum. 10 Qui aliquando non
populus: nũc autem populus
Dei, qui non consecuti mise-
ricordiam: nunc autem mise-
Rom. 13,14. Gal. 5,16.19. ricordiam consecuti. 11 Cha-
-2 MS. C. rissimi obsecro "vos' tanquam
aduenas & peregrinos, absti-
nere

7 Credentibus. non credentibus] *Duplex Euangelij efficiẽtia, vita & mors, vt Paulus ait, Christi bonus odor sumus iis qui pereunt & iis qui salui fiũt; aliis quidem odor mortis in mortem, & aliis odor vitæ in vitam.*

8 In quo &.] *Vtrique positi sunt in eodem lapide: qui credunt positi sunt in salutem, qui verò offendunt Verbo, & ipsi positi sunt in offensionem; sicut & Simeon Virgini Matri prædixerat: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum.*

9 Vos autem genus.] *Iam hic sermo testes ipsos viuos veritatis Iesu Christi indicat à Spiritu sancto in ædificio ipso diuinæ domus collocatos. continet autem nomenclatio hæc omnem sacrorum veteris Testamenti mysteriorum summam: nam quæ illic arcanè prædicta, hic verè præstita probantur.*

Genus electum,] *veri Israëlitæ præ omnibus gentibus delecti.*

Regale sacerdotium,] *ex virtute & communione Christi, qui Rex est & Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech.*

Gens sancta,] *separata & sanctificata ab eo qui dixerat, Sancti eritis mihi, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester.*

Populus acquisitionis.] *εἰς περιποίησιν, in acquisitionem peculiumq́; propriũ singulariter delectus & ornatus præ antiquis omnibus ætatibus. Namque vt Israël secretus quondam fuerat positusq́; in lucem Gentium, sic vos ætasq́; vestra singulari sanctificatione fruimini in testimonium præconiumq́; eius, qui de tenebris peccatorum & ergastulo seruitutis Pharaonisq́; inuisibilis tyrannide, vocauit vos in admirabile lumen suum.* 10 Qui aliquando.] *Cum ob impietatem abiecti, abducti, disiecti, atque in varias regiones pulsi fuistis.* 11 Tanquam aduenas.] *Opportunè commonitio hæc inducta est, cùm de dispersione significatio aliqua incidisset. Namq; ij qui in dispersione erant, regionibus illis non vtebãtur vt patriis, sed vt peregrinationibus; ideoq́; & publicæ lætitiæ & festorum celebritati minus indulgebant, & quocunq; vel arcto domicilio, vel tenui victu facileq́; parabili contenti alebantur, supellectileq́; exigua viuebant, quæ migraturis non inuitè relinqui posset. huiusmodi namq; iter agentiũ peregrinorũ & hospitũ vita est. Hæc verò omnia ab externo rerũ exemplo ad animi cultũ transferenda monet Apostolus iis qui sese hic patriã non habere sciunt, futuramq́; inquirunt. quæ autem huius viæ impedimenta tardamentaq́; sint, ipse indicat; nempe carnales concupiscentiæ omnes, quæ militant aduersus animam. Atque hæc pars singulorum priuatos spectat mores; illa verò altera quæ subiungitur, publicam consuetudinem, tum ad domesticos fidei, tum ad exteros pertinentem.* Conuersationem vestram, &c.

nere vos à carnalibus deside- C
riis quæ militát aduersus ani-
mam, 12 conuersationem ve- Infr 3,16.
ſtram inter Gentes habentes
bonã: vt in eo quod detrectãt
de vobis tanquam de malefa-
ctoribus, ex bonis operibus
vos considerantes, glorificent
Deũ in die visitationis. 13 Sub- Rom.13, 1.
iecti igitur estote omni huma-
næ creaturæ propter Deum:
siue regi, quasi præcellẽti: 14 si-
ue ducibus tanquã ab eo miſ-
ſis ad vindictam malefacto-
rum, laudem verò bonorum:
15 quia sic est voluntas Dei, vt
bene facientes obmutescere
faciatis imprudentium homi-
num ignorantiam: 16 quasi li-
beri, & non quasi velamen ha-
bentes malitiæ libertatem, sed
sicut serui Dei. 17 Omnes ho-
norate. Fraternitatem diligite. Rom. 12, 10. Ephes.6,5.
Deum timete. Regem hono- D
rificate. 18 Serui, subditi estote Colos 3, 22. Tit.2, 9.
in omni timore dominis, non
tantùm bonis & modestis, sed
etiam dyscolis. 19 Hęc est enim 1 Cor.7,10.
gratia. si propter Dei cõscien-
tiam sustinet quis tristitias,
patiens iniustè. 20 Quæ enim est "gloria': si peccantes, & cola- "gratia MS.4. *& 3 MS.
phizati suffertis? Sed si bene facientes* "patienter' sustinetis: 2. c. 5. "patientes 4 MS.2.6,6.
hæc

12 In die visitationis.] *Quando nõ ex vulgi inuida opinione, accusatione, atque calumnia, sed ex vero legitimoq; iudicio, de moribus exemploq; agatur vestro, etiam apud Gẽtium iudices. C. Plinij ad Traianum de Christianis epistola apprimè in hunc locum conuenit, lectuq; dignissima est; atque Athenagoræ etiam pro Christianis defensio.*

13 Humanæ creaturæ] *Creatura absolutè apud Apostolos hominem significat. omni igitur homini, quoad id fieri præstariq; possit, obsequi obtemperareq; optimum fuerit propter Deum, cuius creatura omnis homo est, & cuius virtutem fidelis populus imitari debet, & lenitatem pluentis super iustos & iniustos. Verùm quod κτίσει, epitheton adiunxerit,* humanæ; *intelligimus magistratus omne genus ab hominibus institutum, significãter hoc loco indicari. Nam quamquam variæ magistratuum, variis in locis rationes, varia munia, variaq; sint nomina; omnis tamen potestas à Deo est, ideoq; causa huic monito subiuncta.* propter Deũ; *authorem ac vindicem potestatum, quocunq; nomine aut munere fungentium, siue Regis, siue Ducis.*

14 Ad vindictam.] *Sũma causa legitimorũ omnium magistratuum, Deo probatissima.*

16 Sicut serui Dei.] *Vna seruorum Dei libertatis laus est, neminem hominẽ lædere, atq; ita nullam legum vltionem vereri. Vis non timere potestatem? bene age, ait Apostolus alter.*

18 Dyscolis] *morosis, difficilibus & inclementibus.*

19 Hæc est enim gratia.] *Apud Deum inuenitur gratia his artibus, fide in ipsum Deum & spe. hoc significat illud:* Propter Dei conscientiam. *deinde patientia incommodorum, & studio bene agendi proprias vniuscuiusque partes.*

21 In

hæc eſt gratia apud Deũ. 21 In
hoc enim vocati eſtis: quia &
vobis, vobis MS. G q. Chriſtus paſſus eſt pro "nobis,
nobis, nobis 3 MS. G q. s. Q. n. vobis' relinquens exemplum
vt ſequamini veſtigia eius.
Iſaie 53, 9. 1 Ioan. 3, 5. 22 qui peccatum non fecit, nec
inuentus eſt dolus in ore eius.
23 qui cùm malediceretur, non
maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: trade-
iuſtè G. Q. n. bat autem iudicanti "ſe iniuſtè. 24 qui peccata noſtra ipſe
Iſaia 53, 4, 5. pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui,
iuſtitiæ viuamus: cuius liuo-
re ſanati eſtis. 25 Eratis enim
ſicut oues errantes: ſed cõuerſi
eſtis nũc ad paſtorem & Epi-
ſcopum animarũ veſtrarum.

21 In hoc enim vocati.] *Hæc ſumma, hoc argumentum vocationis veſtræ eſt, hoc eſt, cognitio, fides, & imitatio vitæ, patientiæ & beneficentiæ Chriſti.*

Exemplum] *ſubſcriptum, indicatum, & obſeruandum.* ὑπογραμμὸν, *tranſlatio ſumpta à lapidibus viarum indicibus. Namque ad cæleſtem patriam Chriſtus viam aperuit, muniuit, & primus omnium ambulauit & perambulauit. veſtigia verò è veſtigio indicantur ab Apoſtolo,* Qui peccatum non fecit, *&c.*

24 Vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.] *Per parentheſin legendum, eſtq; ſumma efficientiæ mortis & reſurrectionis Ieſu Chriſti in ſuis.*

25 Eratis enim.] *Ante vocationem Euangelicam.*

CAP. III.

Epheſ. 5, 25. Coloſſ. 3, 18. SImiliter 1 & mulieres ſub-
A ditæ ſint viris ſuis: vt & ſi
qui nõ credunt verbo, per mu-
lierum conuerſationem ſine verbo lucri fiant, 2 conſiderãtes
ſanctam G. 1 Tim. 2, 9. in timore "caſtam' conuerſationem veſtram. 3 Quarum non
ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumen-
ti veſtimentorum cultus: 4 ſed qui abſconditus eſt cordis ho-
mo, in incorruptibilitate
quod MS. q. quieti & modeſti ſpiritus, "qui'
eſt in conſpectu Dei locuples.
5 Sic enim aliquando & ſanctę
mulieres ſperantes in Deo, or-
nabant ſe, ſubiectæ propriis
Geneſ. 18, 12. viris. 6 Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans:
B cuius eſtis filię, bene facientes, & non pertimentes vllam per-

IN CAP. III.

1 Sine verbo.] *Sine ſermonis ſuaſione, ex operum ac virtutum ſpectato exemplo, perſuadeantur veritatis doctrinæ Chriſti, quam mulieres magis vita, moribus, ac re præſtare debent, quàm ſermonibus docere.*

4 Qui abſconditus.] *Ergo & in femineo genere tamen vir latet, quem primas in ornatu omniq; vitæ conſuetudine partes obtinere oportet.*

6 Cuius eſtis filiæ] *iuxta carnis propagationem, quæ minor cognatio eſt, illa verò maior & certior ſi fueritis,* Benefaciẽtes, *&c.*

7 Secun-

turba-

7 Secundum ſcientiam.] *Non temerè aut ex proprio conſilio & impetu, ſed iuxta præſcriptas à Deo maritis leges & normas, quas vnumquemque tenere oportet ad familiæ gubernationem.*

8 In fine.] *Denique vt ſingula officiorum capita perſtringamus, τόδε τέλος.*

turbationem. 7 Viri ſimiliter, 1 Cor.7,3.
cohabitantes ſecundum ſciẽ-
tiam, quaſi infirmiori vaſculo
muliebri impartiẽtes honorẽ,
tanquam & cohęredibus gra-
tiæ vitæ: vt non impediantur
orationes veſtræ. "8 In fide' autem omnes vnanimes, compa- *In fine 4 MS. 6 5 Q.n.
tiẽtes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles:
9 non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro ma- Tr u.17,13. 20.22.
ledicto: ſed econtrariò, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, Matt.5,39. Rom.12,17.
vt benedictionem hæreditate poſſideatis. 10 Qui enim vult 1 Theſ.5,15. Pſal.33,13.
vitam diligere, & dies videre bonos: Coërceat linguam ſuam
à malo, & labia eius ne loquantur dolum. 11 Declinet* à malo, Pſal 33,15. 36.8.
& faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam: 12 Quia Iſaia 1.16. *autẽ MS q.
oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum: C
Vultus autem Domini ſuper facientes mala. 13 Et quis eſt qui
vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? 14 Sed & ſi quid pa- Matt.5,10.

14 Timorem autem] *Nec futurum vobis aliquid mali ab ipſis metuatis, nec illarum præſentia turbemini; perſuaſi videlicet, nihil ab illis in vos incommodi parari poſſe, præter Dei notitiam & permiſſionem; qui ſi tentari vos patietur, & ſpiritu ad tentationes ferendas ac ſuperandas augebit.*

15 Parati.] *Non erubeſcentes Euangelium, quæ virtus Dei eſt in ſalutẽ omni credenti: verũ huiuſmodi ratio nec ſuperbè, nec contumelioſè, nec ambitioſè reddenda eſt,* ſed cũ modeſtia.

timini propter iuſtitiam: bea-
ti. Timorem autem eorum ne
timueritis, "&' non conturbe- *vt MS q.
mini. 15 Dominum autẽ Chri-
ſtum ſanctificate in cordibus
veſtris, parati ſemper ad ſatis-
factionem omni poſcenti vos
rationem de ea, quæ in vobis
eſt, ſpe*; 16 ſed cum modeſtia *& fide MS. Q.n. Supr 2,12.
& timore, conſcientiam habentes bonam: vt in eo quòd de-
trahunt vobis, confundantur qui calumniantur veſtram bo-
nam in Chriſto conuerſationem. 17 Melius eſt enim vt bene- D

18 Quia & Chriſtus.] *Quòd ſi dixeritis durum eſſe ab iniuſtis rationem exigi, ab iiſdemq́; malè pati, & tamen modeſtiſſimè cum illis agere; tamẽ vocationis hoc veſtræ exẽplum eſt,*

facientes (ſi voluntas Dei ve-
lit) pati, quàm male facientes.
18 quia & Chriſtus ſemel pro Rom.5,6. Heb.9,14,28.
peccatis

-5 MS. c. peccatis nostris mortuus est,
iustus pro iniustis: vt nos of-
*mortificatus quidem carne, viuificatus 5 MS. c. 5 ferret Deo, mortificatos qui-
dem carne, viuificatos autem
spiritu. 19 in quo & his qui in
*spiritibus MS. c. 5. Q. n carcere erant spiritu veniens
prędicauit: 20 qui increduli fue-
Genes 6,14. Matt. 24,37. Luce 17,26. rant aliquando, quando expe-
ctabant Dei patientiā in die-
bus Noë, cùm fabricaretur
arca: in qua pauci, id est, octo
animæ saluæ factæ sunt per
aquam.

est, quod Christus in se primum statuit benefaciens iniustis, atque ab illis occisus, & pro illorū salute occisus, in quorū numero omnes etiā vos estis, qui eratis aliquando in tenebris & iniusti. Mortificatos.] *Quamquam plerique Graci codices habeant,* θανατωθεὶς *&* ζωοποιηθεὶς, *tamen germanus sensus vetustiorem Latinorum lectionē firmat,* Mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. *barent namq; participia paßiua pronomini* nos, *quos Deo Patri per Christum oblatos Petrus asseuerat. Vt ipse, inquit, verè mortuus fuit propter peccata nostra, & reuixit propter iustificationem nostram; ita nos Deo obtulit mortificatos carne, viuificatos spiritu: vtrūque autem illius virtute effectum fuit in suis. Si quis autem nobis Gracam lectionem (qua facile mutari potuit ab aliquo qui participia ad Christum referēda putauit) contentiosè alleget, mortificatos ipsos, & viuificatos à Christo appellamus; quorum pro explicatione nostra sententiam fore speramus.* 19 In quo & his qui in carcere.] *Locus hic totius noui Testamenti difficillimus ab interpretibus existimatus & notatus, nobis Dei beneficio, inter apertißimos censetur. quid alij commententur, nostri non est instituti indicare: quid lectio ipsa velit, insinuare satis fuerit. Duas antiqua lectionis historias sapientißimè nobis tractatas S. Petrus reliquit; alteram diluuij; alteram verò salutis Israëlitarum ex Rubri maris baptismo: vtramque, à Spiritu sancto edoctus, vita ac salutis humano generi per Iesum Christum allata & effecta figuram esse docuit. sed alteram suo loco explicabimus, hanc nunc indicemus. Veterem mundum siue originalem, vt Apostoli vocant, perdere, nouumq; instaurare Deus volens, arcam Noahbo fabricandam commisit ad salutem eorum qui dicto credētes obtemperarēt, vitaq; in melius mutatione misericordiam poscerent. atque illa fabricatio praconium quoddam fuit certißimaq; denuntiatio ac perpetua sententia diuina in eos lata qui nec crederent nec obedirent. Noë vt fidelis Dei iussa diligenter facesßit, mirantibus primùm domesticis & familiaribus suis tantum in tam longo opere positum studium & laborem, dementiamq; existimātibus cum reliquis illius iniuriosa atatis hominibus incredulisq; minarū Dei, atque non credentibus, donec patris cura & perseuerantia persuasum fuit; atque ita etiam opus promotum & absolutum, in suamq; etiam ipsorum salutem petitum & subitum; totoq; vnius anni tempore conclusi permanserunt quasi in carcere, cuius Gracum nomen* φυλακὴ, *id est, custodia (qua & Latinè carcer dicitur) magis ad sententiam facit. Atque inundante duranteq; diluuio mundus omnis ille originalis, hoc est, impij, increduli, & scelesti homines cuncti, quibus terra contaminata fuerat, periere, idq; aquis vltricibus simul & expiatricibus. terra verò postea omni illa hominum sorde ac labe expiata extitit, octo tantùm animabus exceptis, quas sibi iam credentes & obtēperantes Deus exceptas sibi seruauit. S. S. E. Ingredere in arcam tu, & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum, te enim vidi iustum, &c. Verbo igitur Dei iubente & arca constructa & illi in arcam ingreßi perpetuum vnius anni carcerem pertulerunt, velut mortui lucis aureq; diuina expertes. S. S. E. Et clausit Dominus ostium arca super illos. Eodem rursus post apertam arcam*

vocante Verbo Dei, audierunt, Egredere de arca, &c. Quòd autem omnia hæc ex authoritate Dei virtute atque efficientia Verbi confecta fuerint, ostendit Petrus illis verbis: In quo & his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit. Nam Chriſtus heri, hodie, & cras vno ſpiritu omnia operatus eſt à mundi initio in æternum vſque; qui enim nunc eſt Chriſti ſpiritus, idem ab æterno fuit ſanctus ac inſeparabilis à Patre ſecundum diuinitatem, in quo Spiritu ſancto ſuo veniens, his qui in carcere erant, ſalutem ex antecto diluuio prædicauit, dicẽs: Egredere de arca, &c. in qua pauci ſpiritus, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt. non autem alio pacto ſaluæ factæ ſunt ex diluuij inundatione, niſi cõcluſi in arca. ea verò arca diluuio inundata fuit, ſed non ſummerſa, vt quæ Dei conſilio & iuſſu ad illam ſalutem comparata fuerat, ex lignisq́; Copher contexta, & bitumine à Deo demõſtrato interius exteriusq́; obducta; cuius ligni ac bituminis potentiſſima aduerſus diluuia materia eſt. in quo etiam myſterium fuit breuitatis cauſa prætermittendum hoc loco. Conſtat autem ſaluos in illa arca eos fuiſſe, qui diuino Verbo credentes obtemperantesq́; ſeſe præbuere, qui pauci quidem fuerunt, id eſt, octo; quorũ exemplum ſi plures imitati eſſent, & ſalutem cum his in eadem arca obtinerent ab eodem Dei Verbo. illud etiam adnotandum pro loco eſt, in illa arca ſalutem ex diluuio omnium ſeculorum hominibus factam, nempe iis qui ante diluuium fuerant, eiusq́; ſalutis compotes eſſe ſtuduerant, hoc eſt, Noahbo & vxori ac filiis cum nurubus, & iis qui diluuij tempore vixerunt; iiſdem, inquam, ipſis, & iis etiam qui poſt diluuium ſuperſtites extiterunt, hoc eſt, iiſdemmet ac per eoſdem poſteritati omni. itaque arca illa ad omnium ætatum vitam & ſalutem comparata fuit, cùm ætatum omnium homines ſeruauerit, hoc eſt, eos quorum ad omnes ætates vita pertinuit. Arbitramur autem figuræ huius hiſtoriam & rationem ſatis apertè ſub hac breuitate indicatam, cuius iam facilior erit ad ſpiritum relata explicatio ex Apoſtoli huius doctrina.

aquam. 21 Quod & "vos nunc
ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio
ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per
reſur-

" nos 3 MS. R.G. Pro lectione textus faciunt B. S. &, vt videtur, ſcholiaſtes græcanicus.

21 Quod & vos nunc.] ἀντίτυπον. Arcam ipſam D. Petrus Typon fuiſſe docet, cui Antitypon Chriſti Ieſu mortem & reſurrectionem eſſe ait, hoc ſenſu: Chriſtus eodẽ Spiritu ſancto, quo antiqua omnia fecerat, noua etiam perfecit. S.S.E. Oportebat enim eum per quem omnia & in quo omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ ſalutis conſummare, &c. Igitur vt arca olim ex Dei inſtituto comparata, fideles & pios, ſalutis propriæ cupidos & ſtudioſos, in ſeſe clauſos interim cuſtodiuit, dũ diluuium in orbem terrarum inductũ eſt, eosq́; quaſi mortuos vel mortificatos, id eſt, mortuis perſimiles, vtpote lucis expertes, & vitalis auræ libero vſu carentes, quippe qui inter aquas ſuperiores & inferiores agebant, ſolo arcæ muro à communi cum cæteris mortalibus perditione remoti ac defenſi, verùm viuentes aliàs illa mortificata vita in fide & ſpe Dei, à quo in arcam vocati concluſiq́; fuerant: ita Chriſti corpus diuino conſilio aptatum eſt in ſalutem & vitam omnium eorum qui per omnes ætates à conſtitutione mundi Deo credere & obedire voluerunt, tam præteritorum ab hora prima, quàm eorum qui ad ſextam, quàm etiã qui ad vndecimã vocati ſunt; quorum omnium exemplum ſiue typum Noahbi familia repræſentauerat; in aptato verò Chriſti corpore, omnes ſuſceptos fuiſſe, iam in Euangeliorum Elucidationibus docuimus, explicantes illud: Qui pro vobis & pro multis tradetur in remiſſionem peccatorum. Atque ita Chriſtus omnibus iis in ſe ſuſceptis, qui ad ſeſe vocati venere, ſemel in conſummationem ſeculorum diluuium ſanguinis & mortis propriæ ſubiit, ſecumq́; omnes in ſe concluſos & conſeruatos, commori fecit in ſpiritu & veritate;

veritate; omnes, inquam, præteritos qui ante illud diluuium fuerãt, & qui diluuij eiusdem tempore erant, & qui postea futuri essent. quos, vt moriens secum mortificauit, ita transacta diluuij sententia & inundatione, in eadem corporis sui arca conseruatos, ipse ex mortuis resurgens consuscitauit, liberatos, non à sordibus externis carnis, quæ aqua elementari ablui expiariq; possunt, sed ab internis animorum vitiis & contaminationibus, quæ spirituali & vera efficientia sanguinis & aquæ ex illa Christi diluuij inundatione largissimè profluentis abluuntur. S.S.E. Non in aqua solùm, sed in sanguine & aqua. hic illius expositionis sensus est, Non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. *quod & alius Apostolus ita explicuit: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.*

resurrectionem Iesu Christi.
22 qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cælum, subiectis sibi Angelis & potestatibus & virtutibus.

CAP. IIII.

A CHristo 1 igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit à peccatis: 2 vt iam nõ desideriis hominum, sed voluntati Dei quod reliquũ est in carne viuat temporis. 3 Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium cõsummandam,

Ephes. 4, 13.

Per resurrectionem Iesu Christi.] *qui suos secum conresuscitauit, & cõsedere fecit in cælestibus cũ ipso, nõ iã Patris seruos, sed filios vocatos, regniq; cælestis hæredes appellatos.*

22 Deglutiens mortem.] *Qui mortẽ, qua omnes nos deuorabamur, ipse deglutiẽs cõsumsit, vt nos consummaret, id est, perfectos ad vitã faceret. & post consumptam mortem cælum repetiuit, inde vitam hæreditatemq; suis communicaturus.* Subiectis.] *Vt ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. ita vt quidquid velit efficere possit in suos, volentibus ac ministrantibus Angelis electis, reprobis verò vel inuitis atque inuidentibus.*

IN CAP. IIII.

1 Christo igitur in carne passo pro nobis.] *Sanctificationis viuum signum hoc est: Vt Christus in carne semel passus, mortem ita superauit, vt iam vltra non moriatur; ita qui illius passionis & mortis efficientia cõpos factus est ex maximo ipsius dono, morti ac peccatis mortuus est, & iustitia reuixit, atque ab illis Adami desideriis & concupiscentiis ad Dei voluntatem faciendam traductus est; liberatus quippe à lege maledicti per legem Spiritus dono Dei obtentam. S.S.E. Si Christus in vobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ, spiritus autem viuit propter iustitiã. Non configuratus amplius desideriis & cõcupiscẽtiis huius seculi, sed secundũ eũ à quo vocatus est, sanctũ.*

3 Sufficit enim vobis.] *Illa prior vita eorum qui in requiem Christi antea ingressi non fuerant, satis experimenti tulit impietatum & vitiorum, quibus homines etiam sub lege viuentes insoluti versantur, non secus atque Gentes quæ legẽ non habẽt. Nam cùm vtrisq; cõcupiscentia imperet, quã nec scripta lex tollebat, sed accusabat, vtrisq; iudiciũ impẽdebat Dei viuẽtu. S.S.E. Existimas tu ô homo qui talia facis, & iudicas eos qui talia agunt, quod tu effugies iudiciũ Dei?*

4 In

dam, his qui ambulauerunt in
luxuriis, desideriis, vinolẽtiis,
comessationibus, potationi-
bus, & illicitis idolorum cul-
tibus. 4 in quo admirãtur nõ ʷin quibus nunc obstupescunt 13 MS.
concurrentibus vobis in ean-
dem luxuriæ confusionem, ʷperegrinantur 3 MS. G.
blasphemantes. 5 qui reddent B
rationem ei, qui paratus est iu-
dicare viuos & mortuos. 6 Pro-
pter hoc enim & mortuis euã-
gelizatum est: vt iudicentur
quidem secũdùm homines in
carne, viuant autem secundũ
Deum in Spiritu. 7 Omnium -I MS. G. S.
autem finis appropinquabit. ʷappropinquauit 8 MS. G. S.
Estote itaque prudentes: & vi-
gilate in orationibus. 8 Ante
omnia autem, mutuã in vo- ʷvosmetipsos 3 MS. G. S.
bismetipsis charitatem conti-
nuam habentes: quia charitas
operit multitudinem peccatorum. 9 Hospitales inuicem sine Prou. 10, 12.
murmuratione. 10 Vnusquisque sicut accepit gratiam, in al- C
terutrum illam administrantes: sicut boni dispẽsatores mul- Rom. 12, 13. Heb. 13, 2. Phil. 2, 14.
tiformis gratiæ Dei. 11 Si quis loquitur quasi sermones Dei. si Rom. 12, 6. 1 Cor. 4, 2.
quis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deus:
vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui
est gloria & imperium in secu-
la seculorum. Amẽ. 12 Charis-
simi, nolite peregrinari in fer- ʷmirari MS. 2. S. Q. D.
uore qui ad tẽtationem vobis
fit, quasi noui aliquid vobis
contin-

4 In quo admirantur.] *Ii qui nondum Dei sanctificatione ac spiritu, sed humanis affectibus desideriisq́; aguntur, admirãtur sanctorum conuersationem adeò à suo ipsorum exemplo alienam, vt alteri terrestres prorsus, alteri verò planè videantur cælestem vitam agere. quam isti hypocrisin quampiam vel ignauiam & segnitiem, aut abiectã vilemq́; humilitatem arbitrati, vituperant.* qui reddent rationẽ *non vobis, nam id vestri muneris non est; sed* ei qui paratus est iudicare viuos, *adhuc in carne illa Adami,* & mortuos *in Christo: vtrorumq́; enim iudex Deus est. Non enim qui seipsum commẽdat ille probatus est, nec qui se mortuum existimat mortuus est; sed quem Deus cõmendat, quemq́; Christo suo commori facit, & conresuscitat, in cælestibusq́; consedere facit.*

6 Mortuis euangelizatum est.] *iis qui in Christo mortui sunt, bonus nuntius fuerat allatus, fore vt quamquam cæteris hominibus similes existimarentur, quod ad externam speciem attinet, in spiritu autẽ Dei Filium Iesum Christum referrent, qui habitu inuentus vt homo, tamen homo Dei Filius erat tentatus per omnia pro similitudine, absque peccato.*

7 Estote itaque.] *Eos qui ad hanc sanctificationis felicem sortem cursum contenderent, admonitio atq́; exhortatio hæc præcipuè spectat.*

10 Sicut accepit gratiam.] *De ministeriorum spiritu ac gratiarũ distributione sermo est. quarũ summa fides in ipsis ministris exigitur.*

12 Peregrinari.] *Nec nouum aut à vocationis vestra exemplis alienum ducite incendiũ aliquod laboris & periculi vobis per homines allati, eo nomine solùm quòd Christiani estis,*

quodq́;

quodq́; Christi doctrinam vita ac moribus præstatis. Nam nec id nouum est, cùm id ipsum grauius multo & durius Christus dux magisterq́; vester pertulerit. non est autem discipulus supra magistrum, nec alienum à conditione discipulorum Christi & efficientia illius, quem Ioannes in Spiritu sancto & igne suos baptizaturum prædixerat. Nec ignorante Deo vobis accidit, sed vidente & permittente ad probationem vestram, multorumq́; spectantium vtilitatē & efficientia virtutisq́; suæ manifestationē. Huiusmodi oppressiones duabus de causis graues putari solent, vel propter laborem ipsum dolorisq́; sensum atque rerum iacturam & mulctam, vel propter infamiam & opprobriū. laborem quidem quāquam grauem, tamen breuē fore sperate, eumq́; æternorum Christi bonorū cōmunione non compensandū, sed longissimè superandum; nam si compatimur, & conglorificabimur. opprobrium verò nullum vel obiici, vel si obiiciatur, hærere potest iis qui nec sceleris conscientia tenentur, nec vero crimine conuincuntur aut notantur. Christianū verò esse, nullum scelus, sed præstās virtus est, quare & Christianum vocari, ob idq́; aduersa pati, nec probrosum nec non gloriosum esse potest. gloria enim Dei tribuitur fortitudo illa animi, qua quis propter pietatem veramq́; virtutem grauissima quæq; æquo perfert animo.

contingat: 13 sed communicā-
tes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.
D 14 Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam "quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus: super vos requiescet'.
15 Nemo autē vestrū patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.
16 Si autem vt Christianus: non erubescat, glorificet autē Deum in isto nomine.
17 quoniā tēpus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autē primùm à nobis, quis finis eorū qui non credunt Dei Euangelio?
18 Et si iustus *vix "saluabitur': impius & peccator vbi parebunt?
19 Itaque & hi qui patiuntur secūdum voluntatē Dei: fideli creatori cōmendēt animas suas in benefactis.

*gloria Dei Spiritus in vobis requiescit 1 MS.S. "gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit 3 MS.G.Q.n.

*Prou. 11, 31. *quidem o. 'saluatur MS.G.A.

15 Alienorum appetitor.] *ἀλλοτριοεπίσκοπος, insidiator, alienarūq́; rerū & actionū inuidus indagator & cognitor. Nam appetētia sola alienæ rei sub legē ciuilē nō cadit, rapacitas verò mulctā subit, de qua prius dictū,* Aut vt fur. Maledicus,] *malefactor κακοποιός.*

16 Non erubescat.] *Nā verecūdia nō bonā causam sed malā arguit. Christiani autē nomē virtutem significat magnam, eamq́; ex Deo profectam, qui & Christum suum vnxit, & veros nominis huius sectatores inunget.*

17 Vt incipiat iudicium.] *Lege historiam Nadab & Abiu, & intellige quid Apostolus illinc producat.*

19 Secundum voluntatem Dei.] *Ad probationem fidei, eruditionemq́; aliorum.*

CAP. V.

A 1 SEniores 'ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionū, "qui' & eius

-MS q. s.

IN CAP. V.

1 Seniores,] *Presbyteros, in quo genere & Episcopi sunt.* Testis.] *Qui viuum testimonium*

nium dare possum passionum Christi pro corpore suo, quod est Ecclesia, non solùm passionis in morte & ante mortem perlatæ, sed passionum spontè alacriterq́; subitarum causa hominum erudiẽdorum instruendorumq́; ad regnum Dei, propter maximam charitatem qua dilexit nos: & eius quæ reuelanda est, gloriæ communicator. *Testis etiam resurrectionis illius, cuius virtutem mihi communicauit.*

eius quæ in futuro reuelanda
est, gloriæ cõmunicator: [2]pa-
scite qui in vobis est gregem
Dei, prouidentes non coactè,
sed spontaneè secũdum Deũ:
neque turpis lucri gratia, sed
voluntariè: [3] neque vt domi-
nantes in cleris, sed formę fa- (forma facti gregis ex a.c. c. 5.)
cti gregis ex animo. [4]Et cùm
apparuerit princeps pastorũ, B
percipietis immarcessibilem
glorię coronã. [5]Similiter ado-
lescentes subditi estote senio-
ribus. Omnes autem inuicem (Rom. 12, 10. Iacob. 4, 6.)
humilitatem insinuate, quia
Deus superbis resistit: humi-
libus autem dat gratiã. [6] Hu- (Iacob 4, 10. Psal 54, 23.)
miliamini igitur sub potenti C
manu Dei, vt vos exaltet in tẽ-
pore visitationis: [7]omnem so- (Matt. 6, 23. 18.)
licitudinem vestram proiiciẽ- (Luca 12, 22.)
tes in eum, quoniam ipsi cura
est de vobis. [8]Sobrij estote &
vigilate: quia aduersarius ve-
ster

2 Qui in vobis est] *Duplicis significationis verbum,* In vobis; *apud vos & in cura vestra, atque etiam intra vos ipsos. Namque in singulis hominibus grex est Deo.* Gregem Dei.] *Non vestrum, sed Dei, à quo factum & redemptum nouimus.* Prouidentes.] *ἐπισκοποῦντες, visitantes, curantes, Episcopi vero officio functi, idq́; ex charitate, non inuitè nec difficiliter, nec ex cupiditate; nam ex hac nascitur libido & ambitio ampliorum Episcopatuum; sed secundum Deum, qui omnes homines vult saluos fieri, omnibusq́; prouidet, nec personam respicit, nec maiorem curam gerit magnarum vrbium quàm exigui pagi.*

3 Nec dominantes in clerum.] *Vt reges Gentium, qui dominantur eorũ: Sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor.*

Formæ facti.] *Vos ipsos primos præbentes exemplar viuum ipsius gregis, quorumq́; illi modestiam & obedientiam imitentur.*

4 Princeps pastorum.] *Princeps iure, princeps munere, princeps exemplo, qui dedit animam suam pro ouibus suis.*

5 Adolescentes.] *νεώτεροι Presbyterorum correlatiuum est, totumq́; pascendum gregem significat. non ætatem hoc loco, sed ordinem significat.* Omnes inuicem.] *Addendum verbum Obsequentes, ὑποτασσόμενοι, ita vt amantes ex animo decet.* Humilitatem.] *Modestiam, mansuetudinem, comitatem, virtutem omnem arrogantiæ oppositam intra vestrum sinum fouere; non fictam, sed intus habitantem, indeq́; sese opportunè proferentem.*

6 Sub potenti manu Dei.] *Ad quem omnis interna externaq́; actio primùm referenda est quãcunque ad personam, quãcunque ad rem illa pertineat.* 8 Sobrij estote.] *Opportunè hæc doctrina inducta est, post indicatam curam Dei de salute & tutela suorum. indicat inuidam aduersarij rabiem & auiditatem perdendi non solùm improbos, sed optimum quemq́;. iuxta illud: Et tu insidiaberis calcaneo illius.* Sobrij *igitur attentiq́;* estote; *nam ille semper intentus est.* Vigilate; *ille enim nunquam dormit.* Leo

rugiens,

ster diabolus tanquam leo ru-
giens circuit, quærens quem
deuoret. 9 Cui resistite fortes
in fide: scientes eãdem passio-
nem ei quæ in mundo est, ve-
stræ fraternitati fieri. 10 Deus
D autem omnis gratiæ, qui vo-
cauit nos in æternam suã glo-
riam in Christo Iesu, modicũ
passos ipse perficiet, confirma-
bit, solidabitque. 11 Ipsi gloria
& imperium in secula seculo-
rum. Amen. 12 Per Syluanum
fidelem fratrem vobis, vt ar-
bitror, breuiter scripsi: obse-
crans & contestans hanc esse
verã gratiã Dei, in qua statis.
13 Salutat vos Ecclesia, quę est
coëlecta o. in Babylone, "coëlecta": &
Marcus filius meus. 14 Saluta-
te inuicem in osculo sancto:
Gratia vobis omnibus qui
estis in Christo Iesu.

AMEN.

rugiens, *auiditate & studio.* circuit *artibus suis & inextricabilibus spiris, quibus plenè cognoscendis & vitandis, aut superandis, humana sapientia minor est. Vnicum autem & certissimum remedium est firmitudo in fide dictorum Dei, cuius cognitione & vsu illius techinas vincere Christus docuit, nusquam à fidei rationibus & argumentis discedens in nostrum exemplum: Scriptum est, rursus Scriptum est, Scriptum est enim. lege Elucidatione in Mattheum, cap. 4.*

9 Eandem passionem.] *Latina hac oratio impeditior est propter articulorum Græci sermonis inopiam qua Latini laborant. loci sententia illa erit: Scitote eam quæ in vos insurgit afflictionem, hoc ipso aduersario vrgente & instigante oriri, verùm nec grauem esse adeò, nec perpetuam: non perpetuam, quippe* quæ fraternitati vestræ, *hoc est, vobis fratribus nõ post hanc vitam, sed in hoc mundo tantum excitatur, atq; in eodẽ absoluitur: non grauem, propter curam & virtutem Dei vobis prouidentis. eadem sententia cum illa:* Nolite *timere eos qui occidunt corpus, &c.*

12 Obsecrans.] παρακαλῶν, *exhortatus & attestatus* gratiam Dei esse, in qua statis, *ij qui Dei donum obtinuistis: ideoq; cæteros horum exemplo per patientiam ad huius gratiæ communionem quærendam hortatus sum.*

13 Coëlecta.] *Vnà vobiscum electa ad testimonium veritatis Iesu Christi.*

In D. Laurentij Cœnobio regio, anno M. D. LXXXVI.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam poſteriorem D. Petri Apoſtoli ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

EVANGELICÆ doctrinæ, hoc eſt, regenerationis ac ſanctificationis Chriſtianæ ſumma ratio hac Epiſtola ab Apoſtolo repetitur & cõmemoratur ad confirmationem eorum quibus illa iam conſtiterat, & eruditionem etiam eorum qui in vera pietate inſtituuntur, cum prædictione falſæ inutiliſque doctrinæ, quæ ex hominum audacium & imperitorum mente olim oritura expectabatur. Namque hæc ratio ex diuini Spiritus conſilio profecta, & verè ſapientibus firmitudinem cum conſolatione coniunctam, & indoctis atque propriæ ſententiæ amatoribus redargutionem perturbationemque paritura erat. eſt autem Epiſtolæ genus commemoratiuum, vt ex duobus eiuſdem locis annotatur.

CAP. I.



"IMON"[1] Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui coęqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri, & Saluatoris

[1] Simeon 1 MS. G.Q.

A

IN CAP. I.

1 Simon.] *Apoſtoli munus profitetur & exercet, ſuumq́ prius indicat nomen, cùm proprium, tum adiunctũ; deinde propriam ſortem ac demum ordinem.* Nomen fuit Simon *à parentibus impoſitum, id eſt, auditor & obſecutor, quo quia ſanè vſus eſt, cognomine etiam eſt auctus, ex reuelationis diuinæ beneficio accepto & obſeruato, ita vt* Petrus *à Chriſto audierit, firmus permanens, & ſtabilis in Eccleſia Dei, quæ eiuſmodi Petris conſtruenda erat; primus ſuper fundamentum verum ita appellatus & conſtitutus. vtrũque nomen ad fidem Epiſtolæ primùm, deinde etiam ad imitationis exemplum producit. Conditionem verò ſiue ſortem ſeruitutis mentione indicat* Seruus, *à captiuitate mortis redemptus, & tranſlatus in ſeruitium eius, cui ſeruire regnare eſt; ideoq́ fidem ſeruaturus Domino, quaſcunque partes agere iuſſus fuerit; iubetur autem Apoſtoli perſonam parteſq́ agere apud Eccleſiam Dei, cuius duo in vniuerſum primi ſtatus ſunt, quod ad virtutis ſanctitudiniſq́ rationem facit; alter eorum qui fidem amplexi obſequium ſubeunt ex Dei gratia, nondũ tamen diuinũ illud à Chriſto promiſſum ac communicatũ acceperunt donũ; alter eorũ qui iam Deo acceptum referentes, ſummis laudibus gratulationibuſq́ prædicant. hos priores in ſalutationem atque teſtimonij laudiſq́ cõmunionem vocat, atque eoſdẽ ad cæterorũ ædificationẽ hortatur.* Coæqualem nobiſcũ ſortiti ſunt fidẽ] *quæ reuelãda erat, vt Paulus declarauit; eamq́ fidẽ ſortitos eſſe ait* in iuſtitia Dei, *qua iuſtificati;* & Saluatoris *noſtri, qua ſeruati ſunt, ſub nomine illo Ieſuagh, Chriſti Vncti à Deo ad ſalutẽ humani generis, ac regni cæleſtis gubernationẽ & cõmunicationem. Eũdem autẽ qui Ieſus Chriſtus dicitur, Deũ eſſe, illa orationis cõtextura indicat,* Dei noſtri & Saluatoris, *ex vi coniunctionis Græcæ ac Latinæ. ſumma hæc eſt miſericordia immenſa, ac veritatis Dei.*

2 Gratia

toris Iesu Christi. 2 Gratia vo-
bis & pax adimpleatur in co-
[a] 10 MS. G. Q. gnitione Dei & [a] Christi Iesu
Domini nostri: 3 quomodo
omnia nobis diuinæ virtutis
suæ, quæ ad vitã & pietatem,
[b] donata est 7 MS. G. Vtramque lectionem agnoscit Beda. [b] donata sunt, per cognitionẽ
eius, qui vocauit nos propria
[c] quæ 7 MS. G. gloria & virtute, 4 per [c] quem
[d] quam 8 MS. B. Textus consensu G. q. maxima & pretiosa nobis
promissa donauit: vt per hæc
efficiamini diuinæ consortes
naturæ, fugientes eius quæ in
mũdo est cõcupiscentiæ cor-
B ruptionem. 5 Vos autem curã
omnem subinferentes, mini-
strate in fide vestra virtutem,
in

2 Gratia vobis.] *Salutatio cõmunis, vtramque Ecclesiæ partem spectans, cuius vnum corpus est sanctis atque fidelibus constans: horum omnium caput Christus. Nihil autem imperfectioribus vel cõmodi vel incõmodi accidit, quod idẽ perfectos ac sanctiores non tangat. S.S.E. Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. Quamobrem quæ sibi à Deo donata sanctiores gratulantur, eadem cæteris communicari donariq́ exoptant & postulant. idq́ hoc loco Petrus aptè exprimit verbo* adimpleatur. Gratia, *qua grati fiunt accipientes.* Pax *Christi quæ exuperat omnem sensum, non quomodo mundus dat.*

In cognitione Dei.] *De qua scriptum est: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Filium tuum. quemadmodum verò eum cognosci expediat, declarat statim:* Christi Iesu Domini nostri, *vt verè ex virtute & efficientia cognoscatur Dominus, Vnctus, & Saluifer.*

3 Quomodo omnia.] *Epiphonema est Hebraico in sermone vsitatissimum schema, ad gratulationem hoc loco vsurpatum. Omnia diuina promissa quæ ad vitam & pietatem pertinebant, sanctis donata esse affirmat, & gratulatur iis qui secundũ Dei propositum vocati sunt sancti, qui iam non secundũ carnem ambulant: Non, inquit, donanda sunt omnia, vt antiqui fideles dicebant & sperabant, sed* donata sunt; *in quo, quantum Nouum Veteri testamento præstiterit, æstimandum proponit: Omnia, inquit, Dei promissa quæ ad vitam æternam & verũ sui cultum faciunt, diuina illius virtute nobis donante contigerunt.* Per cognitionem.] *De qua scriptum est: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Filium tuum.*

Propria gloria.] *Propria misericordia, quæ diuitiæ gloriæ Dei appellãtur:* & propria virtute; *nec enim volentis & currentis, sed Dei miserentis & efficacissimi opus hoc est.* 4 Diuinæ consortes naturæ.] *Christi Filij Dei de carne eius, de ossibus eius ac de spiritu eius; alienati ab illa corruptione mundana quæ ex concupiscentia nascitur.* 5 Curam omnem.] *Sanctos ad omnia pietatis vera exercitia obeunda, præstanda, & consolidanda, pulcherrima gradatione hortatur, non quòd dubitet illos ita facturos, sed gratulantium more currẽtibus calcar addens. vt illud: Intende prosperè, procede, regna.* In fide vestra.] *Quæ creditis secundum potentiã virtutis Dei: in hac fide exercete illam virtutem, de qua scriptum est: Si habueritis tantam fidem quantum granum sinapis, & dixeritis huic monti, transfertor in mare, &c. Huic virtuti scientia adiungatur sacrarum Scripturarum, qua possitis reddere rationem eius quæ in vobis est fidei: scientiam verò temperabit abstinentia ab omni superbia, insolentia, elatione animi & contentione, & eiusmodi aliis vitiis, quæ ex inflante scientia proficiscuntur. Hãc sequetur patientia ad ferendum omnẽ aduersarij & contentiosorum impetum. Deinde pietas in Deum, amor in fratres,*

in virtute autem ſciētiam, [6] in ſcientia autem abſtinentiam,
in abſtinentia autem patientiam , in patientia autem pie-
tatem, [7] in pietate autem amorem fraternitatis, in amore au-
tem fraternitatis charitatem.
[8] Hæc enim "ſi vobiſcum aſ- "vobis cùm adſint; MS. Utroque modo intelligi poſſunt Græca.
ſint, & ſuperent: non vacuos,
nec ſine fructu vos conſtituēt
in Domini noſtri Ieſu Chriſti
cognitione. [9] Cui enim non
præſto ſunt hæc: cæcus eſt, &
manu tentās, obliuionem ac-
cipiens purgationis veterum
ſuorum delictorum. [10] Qua-
propter fratres magis ſatagite
vt per bona opera certam ve-
ſtram vocationem & electio- C
nem faciatis. hæc enim facien-
tes, non peccabitis aliquando.
[11] Sic enim abundanter mini-
ſtrabitur vobis introitus in æ-
ternum regnum Domini no-
ſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.
[12] Propter quod incipiam vos
ſemper commonere de his: &
quidem ſcientes & confirma-
tos vos in præſenti veritate.
[13] Iuſtum autē arbitror quā-
diu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitio-
ne: [14] certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſe-
cundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignifi- Ioan.21,19.
cauit mihi. [15] Dabo autem operam & frequenter habere
vos poſt obitum meum , vt horum memoriam faciatis.
[16] Non

tres, quos cùm hoc nomine diligatis, conſequens eſt vt charitatis officiis proſequamini.

8 Non vacuos.] *Argumento erunt (tāquam fructus arboris argumentum ſunt) cognitionem illam Ieſu Domini noſtri Uncti vobis iam conſtare, vel certè iam accedere, apeririq; iam oculos veſtros ab illo, vt illius cæci oculi aperti ſunt, qui primū ſibi homines vt arbores videri, deinde verò omnia clarè conſpici confitebatur.*

9 Cui enim non præſto.] *Nam qui ambulat in luce, opera lucis facit, & lumen diei videt.*

10 Hæc enim, Bona opera.] Aliquando *non vnquam. non ex veſtra virtute hoc, ſed ex virtute Spiritus Chriſti in vobis habitantis abundeq; præſtantis. hoc ita explicandum ſubiuncta ratio indicat,* Sic enim, *&c.*

12 Commonere.] *Officium ſuum præſtiturum ſe profitetur illis non indigentibus alio præter hoc, hoc eſt, commonitionis ſtudio, quod etiam præſtantiſſimis viris probatur. Sententiæ ſingularis ratio eſt in verbo* ὑπομιμνήσκειν. Scientes vos & confirmatos. *Sic ille, Quāuis Scæua ſatis per te tibi conſulis & ſcis.*
In præſenti veritate] *Chriſti, quæ eſt deponere veterem hominem cum actibus & concupiſcentiis ſuis; & induere nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate.*

16 Doctas

ᵘdoctas ʃ MS. Q. B. 1 Cor. 1, 17. 13, 20.

ˣpræſentiam ʃ MS. R. G.

ʸἐκείνου.

16 Non enim ᵘindoctas' fabu-
las ſecuti, notam fecimus vo-
bis Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti virtutem & ˣpræſciētiam':
ſed ſpeculatores facti ʸillius'
D magnitudinis. 17 Accipiens
enim à Deo Patre honorem &
gloriam, voce delapſa ad eum

16 Doctas fabulas.] σεσοφισμένοις, *ingenioſè ac ſophiſticè concinnatas, quales à Poëtis inueniri ſolent ad deos ſuos inducendos, vel allegoricῶs confingendos: ſed veritate ipſa ſenſibus perſpecta, præſentem Deum in mundum miſſum, Filium à Patre in carne naturaq́; humana ſalutem hominibus attuliſſe teſtamur; tres videlicet viui ac fideles teſtes, in loco ſancto, in monte Tabora vocem audiuimus ex alto miſſam, humana voce maiorem auguſtioremq́; à magnifica gloria. De ingenioſa autem Poëtarum induſtria in confingendis ornandisq́; Diis, Pindarus diſertè canit:*

Legendum θαυματὰ, id eſt, θαυμαςὰ Euſt. o. ʃ.

ἦ θαῦμα τὰ πολλά.
καί πού τι καὶ βροτῶν φρένα
ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
ἐξαπατῶντι μῦθοι.
χάρις δ' ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
ἐπιφέρουσα τιμὰν,
καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι,
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων κα-
λὰ, μείων γὰρ αἰτία.

Quæ nos ita ex tempore vertebamus:

Referuntur multa mira.
Mortaleſque ſæpè pulchris
Magis fabulis tenentur
Veri quàm ſermonis vſu:
Sed quæ blanda cernit eſſe
Mortalibus, fingit olim
Gratia, exhibetque honorem
Sæpè & crediddiſſe cogit
Quod te credere negabis.
Verùm poſteri dierum
Teſtes ſapientiores.
Attamen de Diis honeſta
Expedit viro referre.

Matt. 17, 5.

huiuſcemodi à magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus
in quo mihi complacui, ipſum audite. 18 Et hanc vocem nos
audiuimus de cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte
ſancto. 19 Et habemus firmio-
rem propheticum ſermonem:
cui benefacitis attendentes
quaſi lucernæ lucēti in caligi-
noſo

19 Firmiorem propheticum ſermonē.] *Iſraëlitis grauius erat Prophetarum clarum ac planum teſtimonium, quàm quodlibet aliud ab hominibus viuentibus profectum, quāquam legitimum atque ex lege ſatis graue, maximè verò iis quibus non adeò cōſtabat Apoſtolorum virtus & poteſtas atque authoritas illa, qua viuum teſtimonium proferebatur. Namque de hoc teſtimonio Petrus hoc loco non agit, ſed de eo qui legitimè in humanum iudicium apud homines iudices pronuntiari poteſt his verbis:* VIDI, AVDIVI, præſens atque ſentiens, &c. βεβαιότερον, *vobis manifeſtiorem, vtpote quòd omnibus vobis in promptu eſt, atque inter manus oculosq́; verſatur. Propheticum autem ſermonem lucernam in caliginoſo loco ardentem vocat; namque hoc ſacrorum Scriptorum officiū eſt, humanis videlicet animis verum inquirentibus, nondum tamen per Spiritum ſanctum Chriſti*

interius

interius refectis, veritatis lumen pretendere, quo per hanc seculi tempestatem & opinionum perplexitatem iter dirigatur vita.

noso loco, donec dies eluce-
scat, & lucifer oriatur in cordi-
bus vestris: 20 hoc primũ intel- 2 Tim.3,16.
ligẽtes, quòd omnis prophetia
scripturæ propria interpreta-
tione non fit. 21 Non enim vo-
luntate humana allata est ali-
quando prophetia: sed Spiritu
sancto inspirati, locuti sunt
sancti Dei homines.

CAP. II.

FVerunt 1 verò & pseudo- A
prophetæ in populo, sicut
& in vobis erũt magistri men-
daces, qui introducent sectas
perditionis, & eum qui emit
eos, Dominum negant: super-
ducen-

Donec dies elucescat.] *Domini dies, de qua scriptum est, Ecce dies venient, &c. & non docebit vir fratrem suum, neque vir proximum suum dicentes, Venite & queramus Dominum & ambulemus in viis eius: quia omnes scient me à maximo eorum vsque ad minimum eorum, & ero illorum Deus in perpetuum.*

Lucifer.] *Christus, qui lux vera est in cordibus suorum per Spiritum sanctum exortus testimonium sui firmat; quod omnium hominum testimonio maius est & efficacius.*

20 Propria interpretatione.] *Eadẽ huius loci sententia cum illo D. Iacobi: Nolite fieri plures magistri fratres. Nã si prophetiæ authoritas non ex dicentis voluntate aut libidine, sed ex dictantis consilio profecta est, interpretatio etiam nõ ex legentis ingenio, sed ex diuini Spiritus mente petenda est; atque ita nulli licet Scripturas ad suum placitum interpretari, sed ad eum quem illæ ipsæ postulant modum.*

21 Non enim voluntate humana.] *Prophetiam naturalem, quam quidam ex Philosophis ponunt, sententia hæc confutat. Nam quæ verè prophetia est, Deum solum authorem habet, eumq́; liberum dictatorẽ, opportunitatum ac temporum arbitrum vnicum. S. S. E. Dominus locutus est, quis non prophetabit? aliàs nemo prophetare vaticinariq́; potest, Domino tacente vel non dictante: siquidẽ & Hieremias & Ioannes Baptista, & quicunque etiam alij à conceptu ad vaticinandum delecti sanctificatiq́; fuere, munus proprium non antè executi sunt, quàm mitterentur edocti quid dicerent agerentq́;, vt & ipsorũ scriptis vel dictis cõstat.* Sancti Dei.] *Sanctificati atq; è populo secreti ad illud munus.*

IN CAP. II. 1 Fuerunt verò & pseudoprophetæ.] *Quicunque non diuino, sed suo ipsorum spiritu acti vaticinari vel potius vaticinium ementiri ausi sunt, pseudoprophetæ dicuntur. ex quo grege Ananias fuit, Hieremiæ æmulus acerrimus. huiusmodi nocentissima pestis fuit populo Israëlitico multarum calamitatum causa. horum verò imitatores non defuturos olim Apostolus etiam Deo indice vaticinatur; nõ qui futura prædicere ausint; namq; hos res ipsa euentusq; arguet; sed qui doctrinis ac præceptis, institutisq́; ex propria mente vel ex praua scripturarum interpretatione excogitatis, Christiani nominis populum à vera Iesu Christi virtute & cognitione ad opiniones varias, inutilesq́; actiones, atq; à simplici fratrum amore ad pestiferas contentiones traducant.* Mendaces.] *Qui non solùm magisterij authoritatẽ, sed doctrinam etiam ipsam rationemq́; singularem suarum sectarum, inuentis compositisq́; verbis mentiti, fucum populo facient.* Qui emit eos, Dominum.] *δεσπότην, principẽ antistitemq́; salutis libertatisq́; suæ, cuius virtute & opera, cuiusq́; sanguine & morte empti fuerant precio magno & incor-*

& incorruptibili, à quo iure ne latum quidem vnguem desciscere debuerunt, tum in iis quæ ad cognitionem veri, tum etiam in iis quæ ad honestæ vitæ, veræq́; virtutis actiones pertinent. Negant autem cùm non omnibus illius verbis ac dictis vt emptori empti parēt, simplicissimosq́; seruos agunt, sed vnusquisque suum sibi peculium sua causa nomineq́; curat priuato.

ducentes sibi celerem perdi-
tionem. [2]Et multi sequentur
eorum luxurias, per quos via
veritatis blasphemabitur. [3]&
in auaritia fictis verbis de vo-
bis negotiabuntur. quibus iu-
dicium iam olim non cessat:
& perditio eorum non dor-
Iob 4.18. Iudæ 6. mitat. [4]Si enim Deus Angelis
peccantibus non pepercit: sed
rudentibus inferni detractos
in tartarum tradidit crucian-
dos, in iudicium reseruari: [5]Et
originali mundo non peper-
Genes. 7, 1. cit, sed octauum Noë iustitiæ
preconē custodiuit, diluuium
mundo impiorum inducens.
Genes. 19, 24. [6]Et ciuitates Sodomorum &
Gomorrhæorum in cinerem
redigés, euersione damnauit,
exemplum eorum qui impiè
acturi

Celerem perditionem.] *Dum peccata peccatorumq́; definitiones ac sarcinas accumulant, quibus discipulos onerant.*

2 Eorum luxurias,] *intemperantes opiniones & actiones, magnifica specie pietatis à potestate publica sese eximentes.*

Via veritatis.] *Quæ à Christo munita est, qui est via, veritas, & vita. hæc quòd simplicissima & omni propriæ vtilitatis & ambitionis commoditate caret, tanquam vilis & abiecta repudiabitur primùm, deinde etiam blasphemabitur, adeò vt exolescat apud ipsos.*

3 In auaritia.] *Vnica ac principe tantæ insolentiæ causa, cui etiam ambitionem adiungere licet. Namque & hæc sub πλεονεξίᾳ continetur, quæ adeò ingeniosa sermonumq́; artificiosa magistra est, vt alienas cùm res tum animas verborum lenocinio captet. hoc significat illud,* De vobis negotiabuntur; *ducētes quæstum esse pietatem, vt alio loco explicatur.*

Quibus iudicium.] *Qui ignorationem excusare non poterunt vllo pacto, nec ipsi, nec ipsorum sectatores, cū manifestis præiudiciorum exemplis premantur, quorum ratio perpetua æternaq́; est. Nam quod Deus semel approbauit, ratum, firmum, constansq́; est; approbauit autem fidem obseruantiamq́; virtutis. contrà verò quod semel damnauit, id perpetuò dānat & odit, vt infidelitatem & impietatē omnem, idq́; omnium tum generationum tum ætatum exemplis ostendit.*

4 Cruciandos.] *Angelos damnatos quidem ab initio, sed nondum omnino meritis pœnis affectos indicat, quod ad misericordiæ Dei laudem facit. huc illud pertinet: Venisti ante tempus torquere nos.* 5 Originali mundo.] *Hominibus primæ ætatis, quæ à parentū transgressione adusque diluuij tempora censetur.* Octauum.] *Idem quod in priori Epistola, In qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt. Nam qui* octauum *statuit, septem præcessisse confirmat vt constet numerus,* Iustitiæ præconem *appellat, quem toto fabricandæ arcæ tempore id egisse indicat, vt cum sermonibus ac prædictionibus, tum illa operis operarumq́; perseuerantia Deus orbis hominumq́; iudex crederetur, metueretur & obseruaretur; cui præconio vxor, filij, ac nurus adstipulabantur suis operis in arcæ fabricatione assiduè ponendis.*

acturi sunt ponens: [7] & iustum
Lot oppressum à nefandorũ B
"iniuria ac luxuriosa cõuer- [1 MS.R.G.] [impudica 7 MS.Q.n.]
satione eripuit. [8] aspectu enim
& auditu iustus erat: habitans
apud eos qui de die in diẽ ani-
mam iustam iniquis operibus
cruciabát. [9] Nouit "Dominus" [Deus MSq.]
pios de tentatione eripere; ini-
quos verò in diem iudicij re-
seruare cruciandos. [10] magis
autem eos qui post carnem
in concupiscentia immundi-
tiæ ambulant, dominationéq.
contemnunt, audaces, sibi pla-
centes: "sectas" non metuunt [δόξας.]
"introducere" blasphemantes. [6 MS.e.]
[11] Vbi Angeli, fortitudine &
virtute cùm sint maiores, non
portant aduersum se *execra- [*1 Domino 1 MS.R.G.]
bile iudicium. [12] Hi verò velut
irrationabilia pecora, natura- C
liter

7 Nefandorum iniuria ac luxuriosa cõuersatione.] *Summa periphrasis morum qui Sodomitici dicuntur: in seipsis nefarij, aduersus alios insolentes, immites, iniurij, & inexorabiles, de quibus in magno Opere dicemus.*

8 Aspectu & auditu.] *Vita exemplis ac sermonibus à malo alienus, hospitalis, iniuriarum propulsator; ac nihilominus ab impiis ob ea bona merita oppressus.*

9 Nouit Dominus.] *Piorũ exercitia, tentationes siue constantis virtutis pericula vocat. quæ cùm sint huiusmodi; nec sine Dei prouidentia eueniunt, nec ab ipsius tutela sunt aliena. Hæc autem certissima doctrina verbis duobus explicatur,* Nouit, Eripere. *priori verbo cura, posteriori tutela ac præsidium Deo arrogatur. atque hoc salutis exemplum frequentissimum esse, ait Apostolus, ad piorum cõsolationem, patientiam & spem. & hoc pacto alteram Dei erga humanas res prouidentiæ partem asseuerat, cui alteram è vestigio subiungit de improborũ iudicio ac pœnis, quæ non minus certæ constantesq; sunt quàm piorum salus, sed quod tardiores illæ sint, misericordia efficit, quæ patienter agit, nolẽs quemquam perire, sed omnes ad pœnitẽtiam redire, ad salutemq; reuocari. S.S.E. Propterea expectat vos Deus, vt misereatur vestri.* Iniquos.] *Improbos iniuriososq; suo quosque in ordine & gradu, eos verò maximè, qui carnis propriæq; voluntatis impotentiori affectu rapti, ea admittunt, quæ deinceps commemorantur.* 10 Dominationemq.] *tum superiorem, tum etiam politicam, quam obseruare Iesus Christus Apostoliq; docuerunt.* Sectas non metuunt.] *δόξας communes de vita cùm priuata tum publica, sententias certas atq; ratione certa receptas ipsi contemnunt & vili pendunt, imò damnant etiam, seq; non aliorum communibus iudiciis alligari teneriq; contendunt; itaque omnis actio, omnisq; intentio horum priuatum sibi Babylonis opus instruit.* Sibi placentes, *qui nil rectum nisi quod placuit sibi ducunt, propriæ sententiæ amatores.* 11 Non portant aduersum se execrabile iudicium.] *Angeli mali etiam qui à Dei obsequio desciuere, tamen Dei sententias & illa prima virtutis ac pietatis capita ac præcepta minimè refellere audent, quæ tamẽ hi & orationibus & actionibus refellunt & contemnunt. hunc sensum nobis explicat Græca lectio,* ΟΥ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν. 12 Irrationabilia pecora.] *Nomẽ* Pecora *hoc loco nõ mitia & mansueta genera, sed feras nocentesq; significat animãtes. ζῶα, quorũ naturã Apostolus ipse è vestigio indicat,* Naturaliter facta in captionẽ & perniciẽ, *rapacia nimirũ & malefica.*

In his

liter in captionem & in perni-
ciem, in his quæ ignorant bla-
sphemantes in corruptione
sua peribunt, [13] percipientes
mercedem iniustitiæ, volu-
ptatem, existimantes diei de-
licias, "coinquinationis', & (coinquinationes 3 MS. 6.)
maculæ: deliciis affluentes, in
conuiuiis suis luxuriantes vo-
biscum, [14] oculos habẽtes ple-
nos adulterij & incessabilis de-
licti. Pellicientes animas in-
stabiles, cor exercitatum aua-
ritia habentes, maledictionis
filij: [15] derelinquentes rectam
viam errauerunt, secuti viam (Num. 22, 23. Iuda 11.)
Balaam ex Bosor, qui merce-
dem iniquitatis amauit, [16] cor-
reptionẽ verò habuit suæ ve-
saniæ. subiugale mutum ani- (4 MS. B G.)
mal' *hominis voce loquens, (*in MS. A. B. G.)
prohibuit Prophetæ insipien-
tiã. [17] Hi sunt fontes sine aqua, (Iuda 12.)
D & nebulæ turbinibus exagi-
tatæ,

In his quæ ignorant.] *Non modò peruersi iudicij, sed ingenij perditi nimiumq́ue corrupti est, ea damnare quæ penitus ignorant, & tamen hoc non solum sermonibus publicis ac priuatis, sed libris etiam & chartis conscribendis & edendis admittebatur olim, tãta est propriæ sententiæ cura, tanta aduersus veram eruditionem inuidia, tanta gloriæ ex ignauia construendæ hominibus auiditas.*

In corruptione sua.] *Cùm verã Iesu Christi efficacemq́ue doctrinam repudiauerint, in propria sensus, iudicij, ac morũ vitæq́ue corruptione vt pereant consequens erit: sic enim verax præceptor, salutisq́ue author interminatus prædixit, Ego ibo, & vos manebitis, & in peccato vestro moriemini.* 13 Mercedem iniustitiæ.] *In qua veritatem Dei & Christi detinuerunt.* Diei delicias.] *Præsentis vitæ suauem vsuram, ex tempore viuentes.* Coinquinationes & maculæ.] *Prophana pollutaq́ue consuetudinis homines, qui sermone exemploq́ue suo alios inficiunt; quorũ exemplũ etiam in figura brutorum animaliũ lege vetitum fuerat.* Deliciis affluentes in conuiuiis suis.] *Inter voces* affluentes *&* conuiuiis, *dispunctio redundat.*

14 Oculos habẽtes plenos.] *Propter cordis impuritatem, cupiditatisq́ue insolentem vim, vnde sensuum corruptio emanat.* Animas instabiles.] *Quæ omni doctrinæ vẽto circumferuntur, quamobrem prædæ ac direptioni patent.* Cor exercitatũ auaritia.] *Corradendæ pecuniæ, rei familiaris augendæ fabri peritissimi, qui cum laude etiam & gloria expoliare norunt.* 15 Rectam viam.] *Simplicem & apertam Euangelij Dei doctrinã, alienam ab auaritia ambitioneq́ue omni.* 16 Subiugale.] *Vsque adeò etiam qui sapiẽtissimi habentur, ex auaritia insaniunt, vt brutis quoq́ue deteriores euadant.* 17 Fontes.] *Mira rerum rationumq́ue pugnantia. fontes sine aqua fieri nec potest vt sint, sed nonnullis in locis fontes magno ornatu constructos videmus, in quibus tamen aqua requiritur frustra; nam cùm nulla vena adsit, ex qua ducatur aqua, sitientum deludunt spem. Hac imagine ementitæ scientiæ atque sapiẽtiæ species notatur, cui præter externum ornatum nihil veræ virtutis ac doctrinæ subest. non alienum ab illa apud Vatem reprehensione, Foderunt sibi cisternas pertusas, quæ continere non valent aquas.* Nebulæ turbinibus exagitatæ.] *Nebula in speciem humorem promittit, sed vel nullum vel frugibus arboribusq́ue noxium præstat. sic & inanis atque tenebrosa ambitiosaq́ue*

tatæ, quibus caligo tenebrarũ
reseruatur. 18 [a] Superba enim [a] superbia o.
vanitatis loquentes, pelliciũt
in desideriis carnis luxurię, eos
qui paululum effugiũt, qui in
errore conuersantur, 19 liber-
tatem illis promittentes, cùm
ipsi serui sint corruptionis. à Iohan. 8, 24. Rom 6, 20.
quo enim quis superatus est: Heb. 6, 4.
huius & seruus est. 20 Si enim 10. 26. Matt. 12. 45.
refugientes coinquinationes
mundi in cognitione Domini
nostri & saluatoris Iesu Chri-
sti, his rursus implicati supe-
rantur: facta sunt eis posterio-
ra deteriora prioribus. 21 Me-
lius enim erat illis non cogno-
scere viam iustitię, quam post
agnitionem, retrorsum con-
uerti ab eo quod illis traditũ
est sancto mandato. 22 Conti-
git enim eis illud veri prouer-
bij: Canis reuersus ad suum Prou. 26. 17.
vomitum: &, Sus lota in vo-
lutabro luti.

CAP. III.

1 HAnc [1] ecce vobis charis- A
simi secundam scribo
epistolam, in quibus vestram
excito

saq; doctrina, qualem Sophistarum apud Platonem Socrates ad viuum depingit, ad nostra vsque tempora peruagatam.

18 Eos qui paululum effugiunt.] *Qui à vulgari & profano viuendi more sese subducere cupiẽtes, pietatis ac religionis amore duci videntur, & zelum quidem habent, non tamen secundum scientiam. hi igitur propter modestiam, ingenuaq; tenuitatem, facilè in fraudem impelluntur magnificentia verborum à mendaci magisterio, quæ* Superba vanitatis *Apostolus vocat.* In desideriis carnis luxúriæ.] *In luxuriosis carnis desideriis, quibus ipsi corrupti ac deditiindulgent, & eorum qui sese illis credunt instituendos, facilitate abutuntur, ad sua ipsorum commoda magis, quàm ad discipulorum vtilitatem.*

20 Si enim.] *Dilemma est, quo huiusce farinæ magistri serui esse arguuntur. Nam vel hi nondum verè Christi virtutem nouere: quod si ita est, adhuc serui sunt peccati, & discipulos suos sibi similes conseruant; vel verè nouerunt atque verè in illo edocti fuere: deinde verò ad priora reuersi, voluntariè peccant, atq; hoc pacto maius iudicium grauiusq; subeunt. S.S.E. Voluntariè peccantibus nobis iam non relinquitur pro peccatis hostia.*

21 Melius enim erat.] *Vel cognouerunt vti testes, vel vti discipuli edocti fuerunt viam Domini, quæ eadem iustitiæ via dicitur: vtrouis modo affecti, cum summa sua pernicie recedũt à* sancto mandato, *sed testium tamen à testimonij virtute desciscentium grauissima ruina est.* Sancto mandato,] *in quo Euangelij Filij Dei virtus declaratur ac traditur.*

22 Veri prouerbij,] *quod in hos maximè & verissime quadrat.*

IN CAP. III.

1 Secundam.] *Alteram à priore illa, in qua de mysterio salutis humanæ, de vera & efficaci Euangelij Christi virtute, id est, de maximis promissis à Deo per Christum præstitis, pleniùs disseruerat, quæ nunc breuius repetenda censuit ad commonitionem & prædictionem vanarum ac inutilium doctrinarum, quas venturis temporibus exortum iri præuidebat, quamobrem Epistola hæc cõmonitoria ab ipso dicitur hoc loco, & capite*

excito in commonitione, syn-
ceram mentem: 2 vt memores
sitis eorum quæ prædixi ver-
borum à sanctis Prophetis, &
Apostolorum vestrorũ, præ-
ceptorum Domini & Salua-
1 Tim.4.1. 2 Tim.3.1. Iude 18. toris. 3 hoc primùm scientes,
quòd venient in nouissimis
diebus in deceptione illuso-
res, iuxta proprias cõcupiscẽ-
tias ambulantes, 4 dicentes,
Ezec.12,27. Vbi est promissio aut aduẽtus
eius? ex quo enim patres dor-
mierunt, omnia sic perseuerãt
ab initio creaturę. 5 Latet enim
B eos hoc volentes, quòd cæli
erant prius, & terra, de aqua, &
per aquam cõsistens Dei ver-
bo: 6 per quæ, ille tunc mũdus
aqua

& capite etiam primo. Propter quod, inquit, incipiam vos commonere de his, & quidẽ confirmatos vos in præsenti veritate. Synceram mentem.] Quales lectores epistola atque doctrina hæc postulet, indicat Apostolus.

2 A sanctis Prophetis.] Qui de virtute Christi multa admirandaq; prædixerunt, quæ ad mandatum ab Apostolis decantatum referuntur omnia. illud autem præceptũ siue mandatũ credenda de Christo Domino & credentibus agenda continet; altera pars Domini, altera Saluatoris nomine indicatur. Nam & salutem ille attulisse hominibus dicitur à sese emptis, & iisdem huius salutis obtinendæ rationem aperuisse.

3 Iuxta proprias concupiscentias.] Peruersæ doctrinæ causa concupiscentia propria suiq; improbus amor.

4 Vbi est promissio.] Duplici nomine celebratur Christus, tũ à sanctis Prophetis, tum ab Apostolis; altero Seruatoris in salutem; altero Iudicis in iudicium viuorũ & mortuorum. Salutis promissio magnis testibus confirmata fuit Apostolorum seculo, & iisdem iudicij expectatio credita ac decantata. Vtramq; rationem ita apud posteros turbatum iri, ex hominum malitia Apostoli prædicebant, vt non defuturi essent qui præsentis vsum salutis negarẽt & requirerent, Vbi est promissio? atque ob eam rem & iudicio futuro illuderent. Aut aduentus eius.] Huius verò inficiationis rationes ex inanis philosophiæ fallacia petendas esse illud indicat, Ex quo enim Patres dormierunt, &c. Nihil inquiũt noui nec egregij exempli nunc videmus, præterea quæ antiquorum veteris legis virorum tempestate spectata sunt; atque ita mundus eundem perpetuò tenorem seruare, rerumq; naturã eadem in se ergaq; homines permanere, nec Deus quicquam nouum effecturus esse videtur. 5 Latet enim eos.] Qui quod volunt, quodq; cupiunt, affirmãt, nec aliter fore vellent. De aqua.] Ex vera naturæ rerum contemplatione vanam istorum philosophationem refellit hoc pacto: Creaturæ initium non sua sponte nec etiam necessitate fuit, sed volentis Dei verbo, quo cælum ex aquea, hoc est, liquida materia factum est terra etiam, quæ dura ac solida natura est, ex aqua tamen liquida concreuit & constitit, & per mediam aquam extitit: quippe omnis aquæ fundus & veluti vas terra est. sed tamen omnia hæc non eam induerunt necessitatem, vt mutari non possint eodem Dei verbo, cuius virtute effecta sunt. Namq; hoc apertissimè diluuij tempora docuere, quibus mundus, qui ex aqua constiterat præcipuè, aquis inundatus periit. ergo non omnia sic perseuerãt ab initio creaturæ. huc etiam illud accedit, quòd cæli ac terra quæ nunc sunt, quamquam ex liquida, partim ex densa ac crassa materia constent, & ignem extinguere posse videantur, tamen

eiusdem Verbi efficientia igne tandem conflagrabunt. Cùm verò hæc in iu naturis, quæ constantiores, atque adeò æternæ, corruptioniq; resistentes putantur, eueniant; consequens est magnam etiam in hominibus mutationem, vel ad salutem, vel ad exitiũ, fieri posse, imò & partim factam esse & factam iri quoque eiusdem Verbi vi.

8 Quia vnus dies.] *Deus æternus temporis expers est. idem infinitus, omni loco, omniq; in spatio præsens. longitudo, tarditas, breuitas & celeritas ad naturas finitas referuntur, cuiusmodi sunt homines. ille cui omni præsentia constant, rerum exitus & euentus, causas & momenta, creaturarum ratione, vel accelerare vel retardare differreq; pro arbitrio potest, & quæ vna die fieri aliàs possent, ad mille annos vsque prolatare, contrà quæ longiùs expectanda videntur, vna die cõficere. Quod si ea quæ accelerãda videbãtur (qualia sunt iudicia ac supplicia de improbis sumenda) differri videntur, non hæc quia aliter non possunt fieri, ita fiunt; sed quia vestræ salutis causa ita fieri diuina misericordia decernit. Namq; aliàs ex quo quispiam à Dei voluntate doctrinaq; discedit, iam diuino iudicio obnoxius efficitur, quod tamen iudicium ideò differtur, vt homines propriæ saluti interim consulentes, pœnitẽtia vitã corrigant. itaq; omnia ad misericordiam referenda sunt verissimè, & nullo prædestinationis cogitato impedimento in veram & efficacem pœnitentiam incumbendum: Pœnitentia namq; ad salutem semper exigitur, non tantùm ab antiqui, sed à noui etiam testamẽti hominibus, non enim sanctificationis spiritus contingit iis qui vera ac solidæ pœnitentiæ non studuerint diligenter.*

10 Adueniet autem] *dies ille Domini, quo publicum expectatur iudiciũ in viuos & mortuos edendum; & dies Domini, quo iudicium mundi singulariter exercetur in spectantes magnam spem & aduentum gloriæ magni Dei. de vtroque mundo sermo hic instituitur, videlicet magno & paruo. in vtroq; autem cælum elementa atq; terra sunt, sed in maiori physicè, in minori verò secundũ spiritũ explicãda sunt. portio superior cælum est, inferior terra dicitur: ex his humana cõstat natura.* 13 Nouos cælos.] *Hic locus ad superiorem explicandũ lumen porrigit. A piis & fide instructis nouos cælos & nouam*

aqua inundatus periit. 7 Cæli
autem qui nunc sunt, & terra
eodẽ verbo repositi sunt, igni
reseruati in diẽ iudicij & per-
ditionis impiorũ hominum.
8 Vnum verò hoc non lateat
vos charissimi, quia vnus dies
apud Dominũ sicut mille an-
ni, & mille anni sicut dies vn9.
9 Non tardat Dominus ᵃ pro- ᵃpromissi 4 MS. G. promissis MS q.
missionem suam, sicut quidã
existimant: sed patienter agit C
propter vos, nolẽs aliquos pe-
rire, sed omnes ad pœnitentiã
reuerti. 10 Adueniet autem dies 1 Thess. 5, 2. Apoc. 3, 3. 16, 15.
Dñi vt fur: in quo cæli magno
impetu trãsient, elemẽta verò
calore soluentur, terra autem
& quæ in ipsa sunt opera ex-
urentur. 11 Cùm igitur hæc
omnia dissoluẽda sint: quales
oportet vos esse in sanctis cõ-
uersationibus & pietatibus,
12 expectantes & properãtes in
aduentum diei ᵃ Domini, per ᵃDei 1 MS. G.
quem cæli ardentes soluẽtur,
& elementa ignis ardore ta-
bescent? 13 Nouos verò cælos Apoc. 21, 1. Isaia 65, 17. 66, 22.
&

& nouam terram expectari ait, hoc est, sui ipsorum renouationem per iustitiam Dei, per sanctificationem spiritus, quæ non nisi in nouis cælis nouaq; terra habitat. S.S.E. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. quamdiu est caro.

*& c o. & nouam terrã "secundũ' pro-
missa ipsius expectamus, in
quibus iustitia habitat. [14] Pro-
pter quod charissimi hæc ex-
pectantes, satagite, immacula-
ti & inuiolati ei inueniri in pa-
Rom. 2, 4. * esu Christi MS q. ce: [15] & Domini nostri * longa-
nimitatem, salutem arbitre-
mini, sicut & charissimus fra-
ter noster Paulus secundũ da-
tam sibi sapientiã scripsit vo-
bis: [16] sicut & in omnibus epi-
D stolis, loquens in eis de his, in
quibus sunt quędam difficilia
intellectu, quæ indocti & in-
stabiles deprauant, sicut & cę-
teras scripturas, ad suam ipso-
rum perditionem. [17] Vos igi-
tur fratres, præscientes, custo-
dite, ne insipientiũ errore tra-
ducti excidatis à propria fir-
mitate.

14 Propter quod.] *Epilogus est, quo pij officij sui admonentur: (namque hic Epistolæ huius monitoria scopus fuit.) Vos, inquit, fratres id quod vestri muneris ordinisq; est diligenter obseruate, cætera Deo permittentes, qui quod suorum promissorum, dictorum, cõuentorumq; fuerit, sapientissimè expediet, omniaq; temporum interualla ac momenta, siue breui properanda, siue longius differẽda, ad misericordiam refertote. cùm verò impietatis pœnas tardius repeti cognoueritis, hominum salutis causa id consultum interpretamini.*

15 Charissimus frater noster.] *Testimonium de D. Pauli vocatione, sanctificatione, legationis & Apostolatus authoritate, ac doctrinæ veritate, vtpote ex eodem spiritu profecta, qui cæteris Apostolis author ac doctor extitit:* ideò ait, secundum datam sibi sapiẽtiam; *eam verò sapientiam diuinitus acceptam omnibus Pauli Epistolis arrogat.*

16 Loquens in eis de his.] *De iisdem argumentis, hoc est, admonitione officiorum, expectatione iudicij, commendatione misericordiæ Dei, & sustinentia vasorum iræ aptorum in interitum multa patientia, de vocatione Gentium, de expectatione Israëlitarum, de eorumdem receptione, de insitione oleastri in oliuam bonam, de vtriusque populi proprio ac priuato statu, de gratia vtrique præstita ac præstanda; demum de die Domini, deq; sanctificatione quàm plurima, de pœnitentia, de modestia.*

Difficilia intellectu.] *Vt quæ de prædestinatione, vocatione, præscientia, atque reprobatione & excæcatione disserit, ex quibus perperã expositis periculum creatur.* Indocti.] *Duæ causæ siue occasiones deprauationis: Doctrinæ sacrarum scripturarum defectus. Nam qui ignorat, ignorabitur. ex doctrinæ verò inopia instabilitas oritur, quæ altera occasio est. Necesse verò est eum qui non doctrina sed opinionibus nitatur, instabilem esse, atque ex consequenti sacræ lectionis sententiam non ad veritatem & constantiam, sed ad opinionem referre; inde verò periculum creari in promptu est.* 17 Præscientes.] *Veritatem scripturarum & istorum deprauationẽ, vobis ipsis consulite, vt à vero nihil excidẽtes, omnẽ operã in amore cũ fraterno tũ diuino fouẽdo augendoq; ponatis; namq; hinc vobis & gratia Dei & cognitio illa interna Salutaris Vncti, emptoris ac possessoris, salutisq; nostræ authoris accrescet, quæ nostra sapientiæ summa est.*

18 Et

18 Et nunc.] *Gloria ipsi ex virtute & efficientia ab hoc tempore in nobis cœpta arrogetur, quæ æternùm maneat.*

In regio Cœnobio D. Laurentij: anno M. D. LXXXVI.

mitate. 18 crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis.

AMEN.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam primam D. Ioannis Apostoli ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

TOTIVS Euangelicæ doctrinæ gratulatoriam confirmationem Epistola hæc præstat, opera Filij Dei ab operibus diaboli distinguens, atq. ab illis victa hæc ac dissoluta docens. ostenditq. regenerationis verę atque diuinę effectum esse charitatem Dei à Spiritu sancto in hominũ animis firmatam, eãdemque esse signum veræ ac solidæ sanctificationis, distinguereque Spiritũ sanctũ Dei à mũdi spiritu, cuius effectus sunt, amor proprius, contentio, inuidia, & priuatarũ rerum studium. IOANNIS APOSTOLI] interpreti nostro adstipulatur Syricum exemplar, quo indicatur eundem esse hunc Apostolum à quo Euãgelium quartũ conscriptũ fuit, illic tamen Euangelistã egisse, quod munus ab Apostolatu distinctum est, hic verò Apostolum, id est, missum & legatum ad Euangelium adnuntiandum, proprioque testimonio firmandum; proprium autẽ testimoniũ dicimus, id est, viuum, ex Verbo vitæ ac virtute Dei profectum. S. S. E. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Græca inscriptio sancti Ioannis Catholicam Epistolam esse indicat, hoc est, ad omnem Ecclesiam fidelium, ad quam Euangelium pertinuit ac perpetuò pertinet. Quod verò cognominatur sanctus, manifestam significationem habet testimonij sanctificationis Christi, atque ad eandem rem vtraque inscriptio facit.

IN CAP. I.

1 Quod fuit ab initio.] *Summa ac breuissima totius veræ de humana salute doctrinæ imago hoc exordiolo, velut pretiosissima gemma annulo includenda, magno artificio insculpta est, Apostoli mentem ac manum Spiritu sancto mouente: cuius partes si cui propius intuito maiori descriptione cõspiciẽdas depingere animus*

CAP. I.

QVOD 1 fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ A

animus esset, ampla tabula atque multo otio diligentiáque studio opus foret, non sine cognitione humanæ philosophiæ, cuius verbosam vanitatem, & inanem laborem, infelicesq́ue conatus apposita imago hæc manifeste arguit. Hæc autem omnia nūc persequi, nec ingenij nostri nec temporis huius est. quædam verò indicare, suscepti muneris esse duximus, quoad vel sua ipsius interna & admiranda exoptandaq́ue imprimis doctrina, vel alicuius à se instructi ope, argumentum hoc totum plenius cognoscendum Deus concesserit. Tria tempora, vel potius tres rerum status obseruantur, quos Euangelica doctrina (præcipuè verò quæ in D. Ioānis scriptis constat) explicans docet. Primus Dei ipsius naturam, vim, notionem, atque efficacitatem indicat, cui quia propria est æternitas, nullum tempus adscribi potest: sed ad captum sermonemq́ue humanum totum id æternitatis siue spatium, siue quocunque nomine appellari placeat. dicitur Ab initio, vel, Ante tempora secularia, vel, Heri, vel, A seculo, ac multis alijs modis in sacro sermone. quid autem illud fuerit, quemadmodumq́ue habuerit, Euangelij sui initio Ioannes indicabat, ab illis verbis: In principio erat Verbum; adusque, Hoc erat in principio apud Deum, & Deus erat Verbum, Hoc erat in principio apud Deum. Deinde verò natura rerum editio Verbi Dei virtute & efficientia exstitit, idq́ue ex Dei ipsius verbo Vatibus dictato acceptum cognitumq́ue fuit. quam rerum constitutionem humani generis casus breui tempore postea turbauit. Vtrūque autem illo versiculo Ioannes expressit: Et omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Totum hoc temporum ætatumq́ue spacium & interuallum ad Ioannis Baptistæ vsque prædicationem, Secula ab Apostolis dicitur, vel tempora secularia, quorum historia & ratio à Prophetis tradita fuit, deinde à Iesu Christo commemorata, audientibus Apostolis ac Discipulis. Quibus adiunctum fuit Euangelium, hoc est, Bonus nuntius allatæ hominibus vitæ ac salutis, diaboliq́ue operum dissolutionis. Atq́ue hæc ita sibi accepta Ioannes illo verbo indicat, Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris. Verùm post mortem resurrectionemq́ue Iesu Christi, pôstque eiusdem in cælos reditum, non solùm auditu ac visu sed experimento ipso concessum fuit discipulis, ea omnia sibi præstita testari & confiteri, quæcunque per antiquos Vates, & per Ioannem Baptistam, atque demum per Iesum ipsum Euangelij authorem Deus fuerat hominibus pollicitus. Quod tempus ab Apostolis Seculorum finis dicitur. Atque de hoc ipso tempore Ioannes hoc loco dicit, Quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: (& vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis, &c.)

nostræ cōtrectauerunt de verbo vitæ: [2](& vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annūtiamus vobis vitā æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis) [3]quod vi-
B dimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos societatem

Verbum vitæ.] Verbum viuum & vitæ authoritate efficax dicimus, cui data est omnis potestas in cælo & in terra, cuiusq́ue virtute docebāt Apostoli homines, baptizabantq́ue, verè & efficienter, In nomine Patris, ac Filij & Spiritus sancti, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

2 Vitam æternam quæ erat apud Patrem.] Hæc summa salutis publicæ ratio eiusdem sententiæ cum illo, In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, &c.

3 Vt & vos.] Charitatis, qua qui verè compotes efficiuntur, erga cæteros homines ad eandem felicitatem vocandos flagrant, apertissimum exemplum hoc est.

EE Nobiscum.]

tatem habeatis nobiscum, &
societas nostra sit cũ Patre &
cum Filio eius Iesu Christo.
4 Et hæc scribimus vobis vt
gaudeatis, & gaudium ve- 3 M 6. Aug. 6.1.
strum sit plenum: 5 Et hæc est
annũtiatio quam audiuimus
ab eo, & annuntiamus vobis,
Quoniam Deus lux est: & te- Ioan. 8, 12.
nebræ in eo non sunt vllæ. 6 Si
dixerimus quoniam societa- C
tem habemus cum eo, & in
tenebris ambulamus: menti-
mur, & veritatẽ non facimus.
7 Si autem in luce ambulamus
sicut & ipse est in luce: socie-
tatem habemus ad inuicem,
& sanguis Iesu Christi Filij ei9 Heb. 9, 14.
emundat nos ab omni pecca- 1 Petri 1, 19. Apoc 1, 5. 3 Reg 8, 46.
to. 8 Si dixerimus quoniã pec- 2 Par. 6, 36. Prou 20, 9.
catum non habemus: ipsi nos Eccl. 7, 21.
seducimus, & veritas in nobis D
non

Nobiscum,] *qui testes sumus horum omnium:* & societas nostra *nõ sit alicui humanæ vel philosophicæ societati similis, in qua præter pallij ac verborum ab alia disciplina discrimen, nihil præterea veræ virtutis inest. Sed* societas nostra sit cum Patre, *qui est in Filio;* & cum Filio, *qui est in Patre. atque ita nos ex diuino dono sumus in illo, nostram non habentes iustitiam nisi ab illo eodem Deo & Iesu Vncto, à quo omnia & per quem omnia.*

5 Et hæc est annuntiatio.] *Breuissimum Euangelium, prima & postrema complexum, atque veram rerum humanarum rationem explicans, vnica Christi doctrina traditum docemur hoc loco. Sacra philosophia docet humanum intellectum & animum ex virtute Dei profectum diuinam cælestemq́ originem habere. S.S.E.: Inspirauit in naribus eius spiraculum vitæ. hoc ipsum & humana philosophia quodamtenus admisit & tradidit, vt ille aiebat: Atque ideò venerabile soli sortiti ingenium, diuinorumq́ capaces, atque exercendis capiendisq́ artibus apti, sensum à cælesti demissum traximus arce, cuius egent prona ac terrã spectantia, &c. Hanc humani animi dignitatem & præstantiam, non solùm natura ipsa contineri, sed virtute & exercitatione conseruari ac præstari oportere Ioannes à Christo edoctus refert; ita autem præstari, si homines virtutis studio ita viuant, vt à tenebris, id est, peccatis fugientes omni vitæ parte lucem sequantur, hoc est, Deum ipsum imitentur, qui totus verum lumen est: nam si dixerimus quòd societatem cum illo habemus, & tamen brutorum ac ratione carentium more modoq́ viuimus, nos ipsos fallimus, nostramq́ naturam, & mentimur opera atque efficientia id quod natura ipsa profitetur. Hoc est quod ait,* Et veritatem non facimus; *non præstamus moribus ac re, quod nos esse profitemur. Viuere itaque secũdum naturam lucis, est ambulare in luce. verùm quia hæc vita, propter cõtractam à principio labem, non adeò pura ac sancta est, vt per eam filij Dei dici possimus; opus etiam est fide in Deum & in Iesu Christi sanguinem, qui emundat nos ab omni peccato. Nam nemo purus atque insons vsq́ adeò est, vt dicere verè possit, se Christi purificantis virtute non egere. Quod si dixerimus nos vel natura, quali editi sumus post prima initia rerum, vel propria vi atque studio nostro esse prorsus puros, à peccatoq́ immunes, ideoq́ non egere Dei gratia & Christi sanguine, vt Iudæi suam virtutem in lege præstanda iactantes aiunt,* ipsi nos seducimus, & veritas legis non est in nobis, *quæ conclusit omnia sub peccato.*

9 Si

non est: [9] Si confiteamur pec-
cata nostra: fidelis est & iustus,
vt remittat nobis peccata no-
stra, & emundet nos ab omni
iniquitate. [10] Si dixerimus
quoniã non peccauimus: mẽ-
dacem facimus eũ, & verbum
eius non est in nobis.

Cap. II.

A Filioli [1] mei, hæc scribo vo-
bis, vt non peccetis. Sed
& si quis peccauerit, aduoca-
tum habemus apud Patrem,
Iesum Christum iustum: [2] &
ipse est propitiatio pro pecca-
tis nostris: non pro nostris au-
tem tantùm, sed etiam pro to-
tius mundi. [3] Et in hoc scimus
quoniam cognouimus eum,
si mandata eius obseruemus.
[4] Qui

9 Si confiteamur.] *Sapientia prima est, stultitia carere. qui sese peccatorem agnouit, gratiaq́; Dei egere intellexerit, peccata sua detestatus confitebitur, Deumq́; sibi propitiũ postulabit, qui fidelis est, suorumq́; promissorum præstator efficacißimus, quamobrem peccata omnia præterita remittet; & iustus, vt iniquitate omni in posterum deleta & purgata, iustos etiam suiq́; similes efficiat.*

10 Si dixerimus.] *Duobus premitur humanum genus malis; iniquitatis ex prima parentum labe in omnes transfusa; & propriis peccatis singulorum. Si quis dixerit se quidem in peccatis conceptum, tamen nihil sua culpa peccare in vita, ita vt nihil habeat quod sibi remittendum fuerit, hic mendacem facit eum qui dixit, Deus de cælo in terram aspexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

In cap. II.

1 Hæc scribo vobis.] *Doctrina adnuntiatioq́; communis, quæ in primo capite explicata fuit, ad praxim & singularem hominum vsum in hoc secundo repetitur, in quo pœnitentiæ status prius, deinde sanctitatis iustitiaq́; Christiana perfectio insinuatur. Dixerat superius,* Si autem in luce ambulamus, *&c. nunc idem ad thesin deductum commendat,* Vt non peccetis. *& si quis per errorem humanamq́; fragilitatem peccauerit (nam ita explicandum Syrica vox* ANAX *significat) huiusmodi confitenti peccata sua & vitæ correctione emendanti denuntiatur, esse nobis Patrem Deum, & apud eundem esse perpetuum aduocatum Iesum Salutarem Vnctum iustum, qui vnctionis virtute, & iustitiam suam communicare nobis poßit, & Patrem iustis aduocatione cõciliare, eundemq́; propter iustitiam semper à Patre grate audiri, idq́; ipsum efficere quod effici à nobis non potest; hoc est, esse propitiationem litationemq́; perfectam & efficacißimam, quæ Deo pro omni hominum genere sufficiat.* 2 Non pro nostris tantùm,] *vel Israëlitarum, vel præsentis ætatis hominum.* Pro totius mundi] *peccatis, vt Noë arca, quæ toto generi humano salutem ex diluuio promittebat; volentibus, inquam, credere & voluntati diuinæ obsequi. demum verò omnium ætatũ, hoc est, præteritæ, præsentis, ac futuræ hominibus profuit ad vitã de hac verò propitiatione Ioannes testatus aiebat, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mũdi.* 3 Et in hoc scimus.] *Examẽ eorũ qui propitiationis vim & efficientiã testari in se possunt, est plena & exacta mandatorũ Dei obseruatio, namq́; hoc est mente & factis Deũ nosse. S. S. E. Si Christus in vobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ [ab eodẽ sublatũ:] spiritus autẽ viuit propter iustitiã [diuinam, à Deo per Christum acceptam.]*

4 Qui dicit ſe noſſe ᵃeum, & Deũ. 4. q.
mandata eius non cuſtodit:
mẽdax eſt,& in hoc veritas nõ
eſt. 5 Qui autẽ ſeruat verbum
eius: verè in hoc charitas Dei
perfecta eſt, in hoc ſcimus
quoniam in ipſo ſumus. 6 Qui
dicit ſe in ipſo manere: debet
ſicut ille ambulauit, & ipſe
ambulare. 7 Chariſſimi, non
mãdatum nouum ſcribo vo-
bis,ſed mãdatum vetus quod
habuiſtis ab initio. Mãdatum
vetus eſt verbum quod audi-
ſtis. 8 Iterum mandatũ nouum Ioan. 13, 34. 15, 12.
ſcribo vobis, quod verum eſt
ᵇ& in ipſo,& in vobis: quia te- ᵇR. Aug. 6. 3. B
nebræ tranſierunt, & verum
lumen iam lucet. 9 Qui dicit ſe
in luce eſſe, & fratrem ſuum
odit: in tenebris eſt vſque ad-
huc. 10 Qui diligit fratrẽ ſuum, Infr. 3, 14.
in lumine manet,& ſcãdalum
in eo non eſt. 11 Qui autẽ odit
fratrem ſuum: in tenebris eſt,
& in tenebris ambulat,& ne-
ſcit quò eat, quia tenebræ ob-
cæcaue-

4 Et in hoc veritas non eſt.] *Nam veritas in Chriſto eſt, deponere veterem hominem qui corrumpitur cum actis & concupiſcentiis ſuis; & induere nouum hominem qui ſecundũ Deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate & veritate.*

5 Seruat verbum eius.] *Diligenter & aptè cuſtodiens praſtat ſicut in cælo & in terra; in hoc verè iam diuinus amor ad iuſtam rationem creuit.* τετελείωται. SEDIDAITH *Syricè, ſatis abundans eſt.* In hoc ſcimus.] *Sanctificatorum examen ac teſtimonium.*

6 Sicut ille] *Ieſus Chriſtus ambulauit, illum animo, mente, omniq; vitæ actione exprimere, vti filius Dei, ſpirituq; Dei actus.*

7 Quod habuiſtis ab initio.] MENBERESITH, *ab initio conſtituti mundi, ſiue ab initio creaturæ quam condidit Deus rectam & ſanam, quámque inſtruxit mandato charitatis erga Deum & proximũ. Nam hæc lex naturæ humanæ poſita eſt, Deũ authorẽ ſui diligere ac acceptum ab eodem adiutorium cõcordiæ vinculo amare, ſeq; ipſum immaculatũ cuſtodire.*

8 Iterum mandatum nouum] *Namque illud ab initio acceptum propter inobedientiam ita debilitatum fuit in hominibus, vt nemo vnquam antea illud plenè integrarit ac præſtiterit*: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mẽte tua,& omnibus viribus tuis. *Nam illud tempus lucis primæ in tenebras mutatum fuit hominum vitio ac noxa. Sed Verbo demum carne facto; & luce in mundo elucente, habitanteq; in hominibus, mãdatum redditum eſt verum in ipſo Chriſto Ieſu, qui Patri omnino obediuit; & in vobis, qui illum accepiſtis & induiſtis, & in illo edocti eſtis, atque iam verè Deum Patrem, & fratres etiam veſtros, vt eiuſdem Patris filios diligitis.*

10 Scandalum in eo non eſt.] *Inoffenſo pede currit vitæ curſum, Dei præſidio ac lumine inſtructus.*

11 In tenebris eſt.] *Lucem Dei nondum ingreſſus illam promiſſam. Animaduertendum dictum, quod humanæ omnis diſcordiæ ac diſſenſionis factionisq; iudicium veriſſimum eſt.* Neſcit quò eat.] *Quãquam eat, recteq; procedere ſibi ipſi videatur, tamen vti cæcus agit. formidandum hominibus examen hoc eſt. Probet igitur ſeipſum homo.*

12 Scribo

cæcauerũt oculos eius. 12 Scri-
bo vobis filioli, quoniam re-
mittuntur vobis peccata pro-
pter nomen eius. 13 Scribo vo-
bis Patres, quoniam cognoui-
ſtis eum qui ab initio eſt. Scri-
bo vobis adoleſcentes, quoniã
*Scripſi 1 MS. c q. s. viciſtis malignum. 14 *Scribo
vobis infantes, quoniã cogno-
* q. n. uiſtis patrem*. *Scribo vobis
* Scripſi vobis adoleſcẽtes ; MS. c s. iuuenes, quoniã fortes eſtis,
& verbum Dei manet in vo-
C bis, & viciſtis malignũ. 15 No-
lite diligere mundum, neq. ea
quæ in mũdo ſunt. Si quis di-
ligit mundum, nõ eſt charitas
Patris in eo. 16 quoniam omne
quod eſt in mundo, concupi-
ſcentia carnis eſt, & concupi-
ſcentia oculorum, & ſuperbia
vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed
ex mundo eſt. 17 Et mundus
*tranſibit MS q. Aug. *tranſit, & cõcupiſcentia eius.
Qui autem facit voluntatem
Dei, manet in æternũ. 18 Filio-
li, nouiſſima hora eſt, & ſicut
audiſtis

12 Scribo vobis] *gratulatorius ſermo & exhortatorius aduerſus eos qui iam verè in luce ambulant, quos omnes, quacunque ætate, quacunque ſerie, ad gratiam & lucem ſuam admirabilem à Deo vocatos admiſſosq́; Ioannes teſtatur ac probat.*

13 Eum qui ab initio eſt.] *Chriſtũ Verbũ Dei, in quo vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ipſius cognitio, maligni victoria, Patris agnitio, fortitudo plena & perſiſtens diuinæ virtutis atq; efficiẽtia, dona ſunt, dataq́; optima & perfecta, profecta à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio, ſed æterna, plena, abſoluta, indeficiensq́; lux.*

15 Non eſt charitas Patris.] *Non amat Deum Patrem plenè ex toto corde, tota anima ac tota mente, omnibusq́; viribus, integro affectu; quippe vel non amat, vel amicitiã mundi, quæ Dei inimica eſt, Dei amori miſcere parat; nec tamen cohærere hæc ſecum poſſunt. Non poteſt quiſquam duobus dominis ſeruire.*

16 Concupiſcentia carnis.] *Deſcriptio rerum quæ ſub mundi nomine improbantur, Impudicitia luxusq́; omnis, auaritia & ambitio.*

17 Et mundus tranſit.] *Alluditur ad nomẽ Syricum* GHALMA, *quod ab abſcondendo, calando & latẽdo ſignificationem ſortitur. Latinè dici poteſt, mundana hæc omnia inſtabilia, fluxa, caducaq́; eſſe, nec quẽquam ſatiare cupientem, quamobrẽ eludunt magis quàm beent; ideoq́; iſtorum concupiſcentia vt flumen trãſit, nec vnquã ſiſtitur aut deſluit: contrà verò, Dei charitas & firma, ſtabilis, pleniſsimaq́; eſt, & vnicè ſaturat. S. S. E. Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram.*

Qui autem facit.] *Sicut in cælo & in terra, idq́; ex virtute Spiritus Dei in ſe habitantis, manet in æternum, nec vlla vel magna vel parua vi dimouetur. S. S. E. Quis nos ſeparabit à charitate Dei, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

18 Nouiſſima hora eſt.] *ὤρα, pro tempore, tempeſtate, & tempeſtiuate, opportunitateq́; vſurpatur. atque temporis filiæ Horæ à Poëtis dictæ hoc modo explicantur. Significat autẽ Ioannes antiquorum ſeculorum finem iam eſſe, nihilq́; vltra expectandũ; non promiſſa cæleſtia Prophetarum ac legis, quæ vſque ad Ioannem curſum habuerunt, modumq́; ſuum; non nouũ Euan-*

EE 3 gelium,

gelium, prater id quod annuntiatum fuit ab Apostolis, nō nouam salutem prater eam quam Iesus Christus attulit, non alium Christum prater Iesum illum iam à Patre signatū ac traditum mundo; nam si quis praterea expectetur ac veniat, is non Christus, sed Antichristus dicendus est, de quo pradictum fuit infidelibus: Alius veniet in nomine suo, & recipietis eum.

audistis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt. vnde scimus, quia nouissima hora est.
19 Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. nā si fuissent ex nobis, permansissent vtiq. nobiscū: D sed vt manifesti sint quoniam nō sunt omnes ex nobis.
20 Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia.
21 Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi sciētibus eam: & quoniam omne mendaciū ex veritate non est.
22 Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus? Hic est Antichristus qui negat Patrem & Filium. -ΙΗΣ.Χ.Ρ.
23 Omnis qui negat Filiū: nec Patrem habet. qui confitetur Filium: & Patrē habet.
24 Vos quod audistis ab initio, in vobis

Antichristus venit.] *Doctrina veritatisq; Iesu Christi aduersarius vel osor Antichristus dicitur, atque ita Syricè vocatur* ZZANIAO MESSIHHO, *Christi inimicus.*

Vnde scimus,] *quia post & prater Christū nullum aliud nomē Salutis ac Salutaris expectari oportet; & si quis prater illum venerit qui secum non colligat, is dispersor Antichristusq; est dicendus.*

19 Non erant ex nobis,] *qui ex virtute Spiritus sancti confitemur ac testamur Christū in carne venisse, mortuum esse, resurrexisse, cōsedisse ad dexteram Patris, habitasse in nobis.* Si fuissent ex nobis, *non separarētur à charitate Dei.* Ex nobis quidem prodierunt. *Sunt enim complures qui Christianum profitentur nomen, sed non omnes huius nominis praestant virtutem, vtpote qui illam Spiritus sancti internam vnctionem non habent.*

20 A Sancto] *Spiritu, de quo scriptū est: Ille vos docebit omnia, arcana Dei ad pietatem ac veritatem vitamq; pertinentia, & potestis interpretari omni homini. ita Syricè.*

21 Quasi ignorātibus veritatē] *Christi.*

22 Qui negat quoniam Iesus est Christus.] Qui negat, *aut quouis modo impugnat vnctionem quam Iesus & habet à Patre, & efficit in Discipulis suis.*

Qui negat Patrem,] *à quo omnis paternitas in cælo & in terra, à quo homines credentes & obedientes adoptātur verè in filios, idem etiam negat Filium, per quem credentes adoptantur & gloriantur in gloria filiorum Dei, qui multos filios in gloriam adduxit.* 23 Nec Patrem habet.] *Nam qui videt Filium, videt & Patrem, & nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare; nam Filius & Pater vnum sunt.* Qui confitetur Filium.] *Confessione oris, profecta ex corde credente ad iustitiam.* 24 Quod audistis ab initio.] *Syricè* MINKADIM. *Euangelij doctrinam intelligit, cui qui firmiter adhaeserit, vnctionis munere à Patre & Filio donabitur. & hac oratio omnem Ecclesiam spectat; imperfectorum partem, vt illa non discedat ab Euangelio Dei; perfectorum etiam, vt hi idem agendum obseruandumq; alii curent.*

25 Quam

bis permaneat: Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. [25] Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. [26] Hæc scripsi vobis de his qui seducũt vos. [27] Et vos vnctionem quã accepistis ab eo maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos: manete in eo. [28] Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. [29] Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniã & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

Cap. III.

A Videte [1] qualem charitatẽ dedit nobis Pater, vt filij Dei

25 Quam ipse pollicitus est.] *Ipse Filius quondam per Prophetas ac deinde proprio sermone dicens, Quoniam impletum est tempus & appropinquauit regnum Dei: pœnitentiam agite. Regnum Dei vita æterna est: hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te verũ Deum, & quem misisti Filium tuum.*

27 Et verum est, & non est mendaciũ.] *Namq; vnctio vera non docet imputationem, non figuram rerum, sed rem ipsam veram; hoc est, sanctificationem Christianam docet & instruit atq; firmat, efficitq; verè & non fictè aut simulatè, non verbis sed virtute, ex qua verum testimoniũ proficiscitur, quo qui instructi sunt, testantur se vidisse gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* Et sicut docuit vos] *Doctrina interna & vnctione Spiritus sui,* manete in eo; *namq; ille se in vobis mansurum pollicitus est manentibus in eo. sermo hic commonitorius est erga eos qui vnctionem acceperant ab Vncto; & exhortatorius ad imperfectiores. eandẽ rationem D. Petrus in vltima Epistola sequebatur.*

28 Habeamus fiduciã.] *Syricis exemplaribus posterius membrum prius collocatur hoc modo,* Vt cùm apparuerit, non confundamur ab eo, sed habeamus fiduciã in aduentu eius. *Referendum est ad illud: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo; & qui me negauerit, negabo eum, &c. quod dicitur iis, qui semel illuminati, gustauerunt bonum Dei Verbum, & virtutes seculi venturi.*

29 Iustus est.] *Iesus Christus Dei Filius iustus est, & Deus Pater iustus est. Vt autẽ Filius & Pater iusti sunt, & iustitia propria virtus Dei est, omnis qui facit iustitiam illam imitatricem iustitiæ Dei, ab ipso Deo habet iustitiæ illius exercendæ ac præstandæ virtutem: atq; hoc pacto, Non ex sanguinibus, nec ex volantate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Quod Græca lectio habet γεγέννηται, Syrica interpretatur* AITHVHI, *est, extat siue extitit, eadem significatione cum illo: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.*

In cap. III. 1 Videte.] *Gratulatio maximi ac perfectissimi doni Dei, qui se verè Patrem suis præstat, quos regeneratos ex aqua & Spiritu sancto sibi efficit filios.* Dedit nobis.] *Diffundens charitatem per Spiritum sanctum suum, in quo clamamus Abba Pater, ait Paulus,*

Paulus; ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus Filij Dei. Quia non nouit eum.] *Cognitione illa adoptionis filiorũ Dei, qua nemo nouit Filiũ nisi Pater, nec Patrẽ quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare; mundus autem cùm Spiritũ sanctũ non possit accipere, vt scriptũ est, Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est; nec cognoscere potest Deum, quem nemo vidit vnquam, sed Vnigenitus qui erat in sinu Patris, ipse reuelabit suis.*

2 Nunc filij Dei sumus,] *quicunque spiritu Dei agimur, & non secundum carnẽ ambulamus*: & nondũ apparuit quid erimus, *vt quid futurus esset Iesus nõ apparebat in diebus carnis suæ, postea verò gloria immortalitateq; auctus apparuit: cùm verò is* apparuerit *iudex viuorũ & mortuorũ,* erimꝰ illi similes.

3 Hanc spem in eo.] *In virtute atque efficientia ipsius* sanctificat se, *innocens, castus purusq; efficitur vt ille est, ad illius similitudinẽ & exemplar. ἁγνίζει, purificat, castificat, vt ita dicamus, innocens redditur.*

4 Qui facit peccatum.] *In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli; exuat, inquam, atque soluat veterem hominem cũ actibus & concupiscentiis suis, & induat nouum hominem. In huius Apostoli sermone* Iniquitas, *id significat quod apud Paulum & alios Concupiscentia; est enim prauitas illa homini non cognata olim, sed postea innata, ex qua peccatorum origo est. indicat itaque examen eorum, qui verè iam sunt filij Dei.*

5 Vt peccata nostra tolleret.] *Vt destruatur peccatum, vt vltra non seruiamus peccato, sed secundum eum qui vocauit nos Sanctum. S.S.E. Sancti eritis mihi, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Et peccatum in eo non est.] *Et cùm nos sui similes efficiat, peccato immunes reddit.* 6 Nõ vidit eum, nec nouit eum,] *visione illa qua videtur & Pater ipsius.* 7 Nemo vos seducat.] *Insinuatio, admonitio, & preparatio est ad certissimã veritatis ac virtutis Christi doctrinam, quæ e vestigio disertissimè traditur de efficientia Christi per Spiritum sanctum, de iustitia illius, de charitate Dei, de dilectione fratrum, de fraterno nomine & iure. & tamen omnia hæc seductor ille antiquus &* INIMICVS HOMO *turbauerunt adeò, vt verum ab opinione non facilè iam dignoscatur.*

Dei nominemur & simꝰ. Pro-
pter hoc mundus non nouit
nos: quia non nouit eũ. 2 Cha-
rissimi, nunc filij Dei sumus:
& nondum apparuit quid eri-
mus. Scimus quoniam cùm
apparuerit, similes ei erimus:
quoniam videbimus eũ sicuti
est. 3 Et omnis qui habet hanc
spem in eo, sanctificat se, sicut
& ille sanctus est. 4 Omnis qui
facit peccatum, & iniquitatem
facit: & peccatũ est iniquitas.
5 Et scitis quia ille apparuit vt *Isaie 53.4. 1 Pet.2.22.*
peccata nostra tolleret: & pec- *Isaie 53.9.*
catum in eo non est. 6 Omnis
qui in eo manet, non peccat:
& omnis qui peccat, non vidit
eum, nec cognouit eũ. 7 Filioli, B
nemo vos seducat. Qui facit *Ioan 8.44.*
iustitiam, iustus est: sicut & ille
iustus est. 8 Qui facit peccatũ,
ex diabolo est: quoniam ab
initio diabolus peccat. In hoc
apparuit Filius Dei, vt dissol-
uat opera diaboli. 9 Omnis qui
natus

14 Do

natus est ex Deo, peccatū non facit: quoniam semen ipsius in
eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus
est. 10 In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui
*non facit iustitiam a. e. "non est iustus', non est ex Deo, & qui nō diligit fratrē suum.
11 quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, Vt
Ioann. 13, 34. 15, 12. *diligamus a. Aug. e. "diligatis' alterutrum. 12 Non sicut Cain qui ex maligno erat:
Genes. 4, 8. & occîdit fratrem suum. Et propter quid occîdit eum? Quo-
C niam opera eius maligna erât: fratris autem eius, iusta. 13 No-
lite mirari fratres, si odit vos mūdus. 14 Nos scimus quoniam
Ioan. 5, 24. translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fra-
Sup. 2, 10. Leuit. 19, 17. tres. Qui non diligit: manet in
Matt. 5, 22. morte. 15 omnis qui odit fra-
trem suum: homicida est. Et
scitis quoniam omnis homi-
cida nō habet vitam æternam
Ioan. 15, 13. in semetipso manentem. 16 In hoc cognouimus charitatem
Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos de-
Iac. 2, 15, 16. bemus pro fratribus animas ponere. 17 Qui habuerit substā-
huius mūdi. tiam mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clau-
serit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?
D 18 Filioli mei, non diligamus
verbo, neque lingua, sed opere
& veritate. 19 in hoc cognosci-
mus quoniam ex veritate su-
mus: & in conspectu eius sua-
debimus corda nostra. 20 Quo-
niam si reprehenderit nos cor
nostrum: maior est Deus cor-
de nostro, & nouit omnia.
21 Charissimi, si cor nostrum
non reprehenderit nos: fi-
duciam habemus ad Deum.
22 &

14 De morte ad vitam.] *De morte in qua sui ipsius amor & proprietatis cupido est, ad vitam in qua charitas vera perfectaq̧.*

15 Homicida est] *Chainus ex quo fratri suo infensus cœpit esse, homicida fuit animo atq̧ mēte. S. S. E. Et dixit Chain ad Abel fratrē suū.*

18 Non diligamus verbo.] *Mundanæ simulationis & Christianæ charitatis discrimen manifestum. Non est pietas verba, sed virtus; non sermo, sed res, Paulo iudice.*

19 Suadebimus corda nostra.] *Si id quod ore profitemur quod ad pietatem charitatemq̧ faciat, ex vero corde profectum Deo ipsi cordium arbitro probemus. Antiquus linguæ sanctæ idiotismus est,* Cor ori æquale.

21 Si cor nostrum.] *Si quæ honesta, iusta, sancta, & pietatem sonantia ore pronuntiamus coram Deo & hominibus, ipsa nostra recta conscientia probentur: nam si arguantur intra nos, nos ipsos fallere tendimus, & alios etiam decipere. itaque, Nec te quæsieris extra.*

 22 Quid-

22 & quicquid petierimus, ac- *Matt 7.7.*
cipiemus ab eo: quoniã man- *21, 22. Ioan. 14, 13.*
data eius custodimus, & ea *15, 7. 16, 24.*
quæ sunt placita coram eo fa-
cimus. 23 Et hoc est mãdatum *Infr. 5, 14. Ioan. 6, 29.*
eius, Vt credamus in nomine *17. 3.*
filij eius Iesu Christi: & dili- *Ioan. 13, 34. 15. 12.*
gamus alterutrum, sicut dedit *Ioan. 14, 23. 15, 10.*
mãdatum nobis. 24 Et qui ser-
uat mandata eius, in illo ma-
net, & ipse in eo. & in hoc sci-
mus quoniã manet in nobis
de Spiritu quem dedit nobis.

CAP. IIII.

CHarissimi[1], nolite omni A
spiritui credere, sed pro-
bate spiritus si ex Deo sint:
quo-

22 Quidquid petierimus.] *Cùm in nomine, id est, in virtute Iesu Christi Filij eius petimus, cuius fratres & per omnia imitatores ij sunt, qui filij Dei vere nominantur.*

23 Hoc est mandatum eius.] *Sanctũ illud mandatum ab Apostolis decantatissimum.* Vt credamus] *secundum potentiam virtutis Dei.* In nomine filij eius] *in virtute, efficientia & præstantia Seruatoris Vncti.*

24 De spiritu quem dedit nobis.] *Hic verus index, verus Lydius lapis, veracissimusq́; Christianæ virtutis doctor est.*

IN CAP. IIII.

1 Omni spiritui.] *Impetus omnes quibus ad agendum aut curandum quicquam homines impelluntur, spiritus in sacro sermone dicuntur. Ex his verò quidam interni & quasi innati vel cognati sunt, vt spiritus iræ, furoris, zelotypiæ, amoris, mœstitiæ, ac lætitiæ, timoris, &c. Quidam verò exterius inducti & immissi ex voluntate & beneficio Dei, vt spiritus boni omnes, cuiusmodi Spiritus sapientiæ, consilij, fortitudinis, scientiæ ac timoris Domini, ac ministeriorum spiritus, & efficientissimus meliorumq́; charismatum author, qui Sanctificationis Spiritus dicitur. Atq; omnes hi vnus idemq́; Spiritus Dei sanctus sunt, quamquam varius efficacitatis nominibus ac virtutibus appellatus, vt Paulus ad Corinthios scribens docet. Charismatum meliorum author dicitur, cùm charitatem Dei in credentium cordibus infundit, qua ipsi se à Deo dilectos agnoscentes, Deum ardentissimè amant, Patremq́; Abba appellant, & homines, vti fratres, nõ secus ac se ipsos diligunt. de qua re longam & admirabilem orationem Paulus instituit. Atque hoc pacto cùm adest Spiritus sanctificationis, iustitiæ & amoris siue charitatis dicitur. Rursus alij spiritus non ex Patre Deo, sed ex patre diabolo, atque ex aduersario Dei Sathana appellato proficiscuntur, variis etiam vocabulis distincti, vt spiritus malus, spiritus immundus, spiritus erroris & mendacij, & hypocrisis, & immunditiæ, & huiusmodi notæ complures. ex quibus tamen nonnulli sancta & augusta mysticaq́; sibi vsurpant nomina, quibus imperito vulgo imponentes, fucum faciunt, & eosdem quibus insunt, persapè etiam recti specie decipiunt. Quoniam verò vtriusque generis spirituum, bonorum videlicet & malorum, cognitio permagni ad veram vitam, salutem ac felicitatem refert; quemadmodum distinguendi sint, docere Apostoli amantissimè laborant, atque hanc rationem iis quibus explicari expedit, explicant verbis.* Sed probate spiritus.] *Syricè Estote* PARESIN *distinguentes atque seiungentes. ne, inquit, externa iudicetis specie, sed ipsa singulorum spirituum efficientia, vnde natura commodius ac certius cognoscitur. Namque arbor mala bonum fructum, nec rursus bona malum fructum dare non potest; quamobrem à fructibus dignoscendi sunt spiritus.*

Multi

quoniam multi pseudopro-
phetæ exierunt in mundum.
2 In hoc cognoscitur spiritus
Dei. omnis spiritus qui confi-
tetur Iesum Christum in car-
ne venisse, ex Deo est: 3 & om-
nis spiritus qui "soluit Iesum', (q. n.)
ex Deo non est, & hic est "An- (Antichristi q. n.)
tichristus', de quo audistis
quoniam venit, & nunc iam
in mundo est. 4 Vos ex Deo
estis filioli, & vicistis "eum'. (vos 4 ms. a. i.)
quo-

Multi pseudoprophetę] *Antiquo exemplo præsentia sapienter præiudicantur, præcipuè in iis rebus quæ naturam referunt suam; nã tunc perpetuum iudicium est. Spiritus bonus bene semper agit, malus malè semper. Spiritus sanctificationis antiquis non fuit exhibitus, quia nondum Christus fuerat glorificatus, ideò nec tunc quidem spiritus malus exstitit, qui sanctificationẽ ementiretur. Sed cùm ministeriorum ac ministrationum spiritus antiquis præberentur, malus spiritus tunc etiam suas partes agebat ementitis ac fictis ministeriis: nã cùm Prophetæ veraces à Deo mittebantur, complures obstabant mendaces Prophetæ, quorum opera populus delusus & abstractus, minorem veracibus Vatibus tribuebat fidem. multos autem hos fuisse, ait Apostolus, vt qui non tantùm arte & industria, sed numero quoque veracissimos conarentur superare. ita enim ab initio diabolus agere solet; nam & apud Ægyptios vni Mosi miracula edenti plures incantatores opponebat, atque ita Iudæorum ac Israëlitarum regum temporibus multi pseudoprophetæ exiẽrũt in mundum. Nunc verò cùm sanctificationis spiritus iam inter homines versetur, Christianæ veræq; sapientiæ fuerit intelligere, non defore etiam à malo dæmone profectos spiritus, qui boni spiritus veritati aduersentur, hosq; cumprimis cognoscere cauereq; oportuerit. Atque hos omnes Antichristos Apostol vocant. Porrò ne in ambiguo laborandum sit, veracis atque diuini Spiritus argumentum cuiusmodi tenendum sit docemur.* 2 Qui confitetur.] *Qui hominem à se imbutum & instructũ credere facit corde ad iustitiã & confiteri ore ad salutem, hic verè spiritus ex Deo est. est autem huius confessionis summa, Verbum esse factum carnem, & habitasse in suis, qui testarentur sibi visam gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis,* Iesum Christum in carne venisse; *illũ, cui ex officio Seruatoris nomen impositum fuerat, Sacerdotali ac regia vnctione Vnctum, efficacissimè in carne venisse, vt de peccato damnaret peccatum, & ex sanctitate sua carnis humanæ carnis infirmitatem curaret, atque hanc fuisse antiquorum spem, eandem verò & præsentis seculi sanctorum gloriam esse, in qua gloriantur in gloria filiorum Dei.* 3 Qui soluit Iesum.] *Qui Iesum à Christo separat, qui non agnoscit eundem qui* Iesus *dicitur, Dei Sanctum Vnctumq; esse, cuius virtus conscientias mundat ab operibus mortuis ad seruiendũ Deo viuenti; denique qui aliud nomen ponit sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri præter Iesum: Namque hic disputationis scopus Apostolis quondam vnicus fuit, ostendere hunc Iesum esse Christum. Syriaca lectio sic explicat:* Et omnis spiritus qui non confitetur quòd Iesus venit in carne, non est ex Deo, sed alius ab Vncto est. Et nunc iam in mundo est.] *Spiritus ille mundi, diuersus atque alienus longè ab eo quem mundus non potest accipere, ille idem spiritus Antichristus est, & suo nomine omnes à se arreptos notat. itaq; plures Antichristos nihil prohibet esse posse vni Christo aduersarios, vno tamen mendacij eoq; variato spiritu; nam veritas vna, vnica ac simplex est, vanitas mendaciumq; multiplex.* 4 Vos ex Deo estis.] *Sermo est ad eos qui Christum acceperãt*

FF 2 in eo-

in eodemq; edocti fuerant per Spiritum sanctū, qui testimonium perhibet veritati. hunc autem reliqui omnes spiritus refellere student, sed frustra. Namq; veritas emergit semper, tamtandemq; vincit. Maior est qui in vobis.] *Spiritus ille sanctus qui in vobis habitat; ille, inquam, Dei digitus, qui magos omnes Ægyptios redarguit.*

5 Ipsi de mundo sunt,] *oculorum & carnis concupiscentiæ, ac vitæ superbiæ addicti, quæ & studiose agunt, & nugis armati contentiosè importuneq; propugnant.*

6 Nos ex Deo sumus.] *Non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati.* Qui nouit Deum.] *Notitia illa de qua dictum est, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te verū Deum, &c.* In hoc cognoscimus.] *Obseruandum examen vtriusque spiritus, Christi ac mundi, τῆς ἀληθείας καὶ τῆς πλάνης. Notanter vtrique adiunctus est articulus.*

7 Diligamus nos inuicem,] *proprietatis abdicato spiritu.* Charitas ex Deo.] *quæ non quærit quæ sua sunt.*

9 Filium suum vnigenitum misit Deus in mundū.] *In quo vita erat, & vita erat lux hominum.* Vt viuamus per eum.] *Viuentem in nobis.*

10 In hoc est charitas] *Dei vltro nobis vitam afferentis,* non quasi nos dilexerimus Deum *dilectione illa filiorum Dei: nam prius ille nos voluntariè genuit verbo vitæ, vt simus initiū aliquod creaturæ ipsius, vnde & prior ille dilexit nos, Patremq; se exhibens nos genuit.*

12 Deum nemo vidit vnquam;] *nemo homo viuens vita illa Adami veteris; quia scriptum est, Non videbit me homo & viuet: qui verò filij Dei nouiq; homines effecti euaserunt, Deum vident per Spiritum sanctum Christi, illo videndi modo, quem ipse docuit: Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Sol humanis oculis videndus negatur, cuius tamen lux & virtus per radium excipitur hominibus, & qui solis radio affectus est, calet, in luceq; versatur; ita qui Spiritu Dei per Christum agitur, charitate aduersus Deum & homines feruet.*

quoniam maior est qui in vobis est, quàm qui in mundo.
[5] Ipsi de mundo sunt: ideò de
mundo loquuntur, & mūdus
eos audit. [6] Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum: audit *Ioan 8,47. 10,27.*
nos. qui non est ex Deo: non
audit nos. in hoc cognoscimus B
spiritum veritatis, & spiritum erroris. [7] Charissimi, diligamus nos inuicē: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui
diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. [8] Qui non diligit, nō nouit Deum, quoniam
Deus charitas est. [9] In hoc ap- *Ioan.3,16.*
paruit charitas Dei in nobis,
quoniam Filium suum vnigenitū misit Deus in mundum,
vt viuamus per eum. [10] In hoc
est charitas: non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniam
ipse* dilexit nos, & misit Filiū *prior v.19.
suum propitiationē pro peccatis nostris. [11] Charissimi, si C
sic Deus dilexit nos; & nos debemus alterutrum diligere.
[12] Deū nemo vidit vnquam. *Ioan.1,18. 1 Tim.6,16.*
Si diligamus inuicem: Deus
in nobis manet, & charitas
eius

14 Testifi-

eius in nobis perfecta est. 13 In hoc cognoscimus quoniam in
eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit
nobis. 14 Et nos vidimus, & testificamur quoniam Pater misit
—1 MS. G. Filium ⁻suum' Saluatorē mundi. 15 Quisquis confessus fue-
rit quoniā Iesus est Filius Dei:
Deus in eo manet, & ipse in
Deo. 16 Et nos cognouimus, &
credidimus charitati, quā ha-
bet Deus in nobis. Deus cha-
ritas est: & qui manet in cha-
ritate, in Deo manet, & Deus
in eo. 17 In hoc perfecta est cha-
*Dei MS q. *eius s. ritas *nobiscum, vt fiduciam
habeamus in die iudicij: quia
sicut ille est, & nos sumus in
D hoc mundo. 18 Timor non est
in charitate: sed perfecta cha-
ritas, foras mittit timorem,
quoniam timor pœnam ha-
bet. qui autem timet: non est
perfectus in charitate. 19 Nos
ergo diligamus Deum, quo-
niam Deus prior dilexit nos.
20 Si quis dixerit, quoniam di-
ligo Deum: & fratrem suum
oderit, mendax est. Qui enim
non diligit fratrē suum quem
*vidit 4 MS. A.G. "videt': Deum quem non "vi-
det', quomodo potest dilige-
Ioan. 13, 34. 15, 12. re? 21 Et hoc mandatum habe-
Ephes. 5, 2. *ab eo 5 MS. mus "à Deo': vt qui diligit
Aug. G.S. Deum, diligat & fratrē suum.

Cap.

14 Testificamur,] *Virtute illa magna qua testimonium reddebant Apostoli Iesum esse Christum & Filium Dei.*

15 Confessus fuerit] *confessione illa quæ ore fit ad salutem, profecta ex corde credente ad iustitiam.*

16 Qui manet in charitate] *Dei, diffusa in corde per Spiritum sanctum sibi datum,*

17 In hoc perfecta est charitas.] *Charitas Dei tunc demum nobiscum perfecta fuit, cùm ipse sese nobis ita dedit manentem, vt propter ipsius virtutem & spiritum nihil nec internum nec externum metuamus. Nam quis nos separabit à charitate Dei diffusa in cordibus nostris, tribulatio an angustia, &c.*

Sicut ille est] *sanctus, ita & nos in hoc mūdo sancti sumus ipsius virtute & efficientia. sicut promissum fuerat, Sancti eritis mihi, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester. [qui vos sanctifico.]*

18 Timor pœnam habet] *Conscientiæ sibi metuentis propter peccati agnitionem, à quo peccato perfecta charitas aliena est propter iustitiam Dei in animo hærentem, quæ cum peccato esse non potest.*

19 Nos ergo.] *Commonitio siue exhortatio gratulatoria est, non dubitantis de officio, sed asserentis magis, vt, Iucundum sit illi eloquium meum: ego verò delectabor in Domino. & apud exteros: Optares sibi quisque suos, meis contentus honestos Fascibus & sellis, &c.*

21 Et hoc mandatum habemus.] *Naturæ ordine prior diligendus est Deus, qui tamen nisi cognoscatur, diligi non potest illa mandati dilectione, ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, &c. ex dilectione illa Dei, fraterna illa charitas à sanctis decantata proficiscitur. Namque vti vnum dilectionis mandatum sine*

altero in lege non est (vtrumque imperante legislatore) sic illa perfecta charitas Dei sine charitate fraterna in corde non est, imò hæc posterior prioris indicium argumentumq́ue est, vt fumus ignis est argumentum, vt lux & calor solis. qui verò quod videt & nouit, non diligit, humanoq́ue more tractat, quod cum homo sit, videre noscereq́ue non potest, quonam pacto ducendus est diligere illa dilectione de qua agitur?

CAP. V.

OMnis [1] qui credit quo- A
niam Iesus est Christus,
ex Deo natus est. Et omnis
qui diligit eum qui genuit: di-
ligit & eum qui natus est ex
eo. [2] In hoc cognoscimus quo-
niá diligimus natos Dei: cùm
Deum diligamus, & mandata
eius faciamus. [3] Hæc est enim
charitas Dei, vt mandata eius
custodiamus: & mandata eius *Matt.11.30.*
grauia non sunt. [4] Quoniam
omne quod natū est ex Deo,
vincit mundum. & hæc est
victoria quæ vincit mūdum:
fides nostra. [5] Quis est * qui *1 Cor.15.57.* *autem ms. c q.
vincit mundum, nisi qui cre-
dit quoniam Iesus est Filius
Dei? [6] hic est qui venit per
aquam & sanguinem Iesus
Christus: non in aqua solùm,
sed

IN CAP. V.

1 Qui credit] *fide quæ reuelanda erat secundum operationem potentiæ virtutis Dei. Nam aliàs dæmones credunt & contremiscūt.*
Ex Deo natus est. *Non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri.*
Qui diligit eum qui genuit,] *dilectione illa qua prior dilectus est.*
Eū qui natus est ex eo.] *Fratrē illū Iesum, primogenitum in multis fratribus, & omnem alium etiam ex Deo natum secundum spiritum; atque ita omnis dilectio absoluitur, Dei & fratrum, in qua lex præceptorum omnium versatur.*
3 Charitas Dei.] *quæ diffusa est in cordibus nostris, ait Apostolus, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.*
Grauia non sunt,] *iis qui hoc modo diligunt quos mandata iam non accusant, sed animant magis atque delectant, vtpote scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.*
4 Vincit mundum.] *Nam Spiritus Dei maior est mundi spiritu vltra omnem comparationem; ei verò qui spiritu Dei agitur, transit mundus cum concupiscentia sua, vtpote mortificato iam carne, viuificato autem secundum spiritum.* Fides nostra.] *Apostolorum ac sanctorum discipulorum quæ reuelanda erat.*
5 Qui credit.] *Qui secundum potentiam virtutis Dei in sese exercitam credit Iesum esse Filium Dei, cuius gloriam vidit quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, hic credit Iesum multos filios in gloriam adduxisse.* 6 Venit.] *Efficientiam significat hoc loco verbum* VENIT. *effecit autem Iesus Vnctus opus suum* per aquam & sanguinem: *nam aqua emundauit conscientias suorum ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti; sanguine autem nefas omne expiauit, & peccata nostra tulit super lignum, cuius liuore sanati sumus. Sanguis ad sacrificium debiti, aqua ad purgationem ablutionemq́ue sordium omnium, regenerationem, renouationémque pertinuit, & omnia vnum sunt, ex vna virtute ad vnum effectum profecta.*

Sed

ſed in aqua & ſanguine. Et Spi-
ritus eſt qui teſtificatur, quo-
niam "Chriſtus' eſt veritas. *Spiritus e.s.
B ⁷Quoniam tres ſunt qui teſti-
monium dant "in cælo, Pater, -5 MS. B. S. Q. n.
Verbum, & Spiritus ſanctus.
& hi tres vnum ſunt. ⁸ Et tres
ſunt qui teſtimonium dant'
in terra: Spiritus, aqua, & ſan-
guis; "& hi tres, vnum ſunt'. -15 MS. R. C. Q. n.
⁹ Si teſtimonium hominum
accipimus: teſtimonium Dei
maius eſt. quoniam hoc eſt te-
ſtimonium Dei quod maius
eſt, quoniam teſtificatus eſt
C de Filio ſuo. ¹⁰ Qui credit in
Filium Dei: habet teſtimoniũ
Dei in ſe. Qui non credit Filio, Iohan. 3. 36.
menda-

Sed in aqua & ſanguine.] *Vtrumque enim & ad mortificationem carnis, & ad regenerationem, vitaq́ꝫ innouationem exigebatur. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.*

Et ſpiritus.] *Certiſſimus, præſentiſſimus, rivus & vitæ efficiens teſtis, hic teſtatur Chriſtum omnia præſtitiſſe, quæ promiſſa antea fuerant à Deo. Ego, inquit ille apud Pilatum, in hoc veni, & in hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati. teſtatur autem ſpiritus hic in animis quibus ineſt, Ieſum eſſe Chriſtum Filium Dei, qui multos filios in gloriam adduxerit, de quo Paulus: Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filij Dei.*

7 In cælo.] *Cæleſti curia & electis Angelis ac Sanctis Dei, teſtatur Trinitas Ieſum eſſe Chriſtum & Filium Dei; Pater enim agnoſcit Verbum, & Verbum agnoſcit Patrem, apud quem erat; & Spiritus ſanctus cognoſcit vtrumque: ex vtroque enim procedit vt diſtincta ab vtroque perſona. hi teſtimonium dant in cælo; namque* Pater *teſtatur Verbum à ſe miſſum vt caro fieret;* Verbum *teſtatur ſibi illud mãdatum ſuſceptum;* Spiritus ſanctus *teſtatur ex vtriuſque volũtate, qua & ipſe eſt, Verbum carnem factũ. tres etiam teſtantur Ieſum, hoc eſt, Verbum carnem factum eſſe Chriſtum Vnctum à Deo & Filium Dei, non ſolùm ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundum humanam quoque.* Et hi tres vnum ſunt. *tres perſonæ vna natura diuina, vnica ſubſtantia, vnica omnino virtus, vnica authoritas.* 8 In terra.] *Hominibus ipſis quibus Chriſti veritas confirmatur.* Spiritus ſanctus *ſanctificans homines, quibus dat id quod ſuum eſt, quodq́ꝫ daturus à Chriſto accipit; Ille, inquit, de meo accipiet & dabit vobis.* Aqua *ſalutaris illa ex qua niſi quis renatus fuerit, non poteſt intrare regnum Dei: de qua ſcriptum eſt: Aquæ inundabunt, & delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit.* Sanguis *Chriſti, cuius pro toto mundo effuſi virtus credentium conſcientias emundat, corruptumq́ꝫ antea Adæ filiorum ſanguinem expurgans, in nouam creaturam vegetat.*

Et hi tres vnum ſunt,] *effectu & vita, ex vna eademq́ꝫ Dei virtute atque efficientia. eſt autem teſtimonium horum ipſa hominum ſanctificatio ac iuſtificatio vera.*

9. Si teſtimonium.] *Legitimum teſtimonium hominum fidem facit, etiam apud eos qui rem non viderant. S. S. E. In ore duorum vel trium teſtium, ſtabit omne verbum. quanto igitur maius & grauius teſtimonium à Deo vnico ac trino in hominum ſpiritu datum! Teſtimonium autem, id eſt, quo Deus Ieſum Chriſtum, ſuumq́ꝫ Filium teſtatur.*

10 Qui credit in Filium Dei,] *ſecundum potentiam virtutis Dei, ille habet in ſe teſtimonium illud ſpiritus aquæ & ſanguinis.* In ſe, Syricè BENAPHSO, *in anima ſua.*

Mendacem

mēdacem facit eum: quia non
credit in testimonium quod
testificatus est Deus de Filio
suo. [11] Et hoc est testimoniū,
quoniam vitam æternam de-
dit nobis Deus. Et hæc vita in
Filio eius est. [12] Qui habet Fi-
lium[a]: habet vitam. qui non [a]Dei MS eq.
habet Filium Dei, vitam non
habet. [13] Hæc[b] scribo[c] vobis: vt [b]scripsi 7 MS. B.C.S.
sciatis quoniam vitam habe-
tis æternam qui creditis in
nomine filij Dei. [14] Et hæc est
fiducia quā habemus ad[d] eū: [d]Deū MS q. Sup. 3, 21.
Quia quodcunq. petierimus
secundum voluntatem eius,
audit nos. [15] Et scimus quia D
audit nos quicquid petieri-
mus: scimus quoniam habe-
mus petitiones quas[e] postula- [e]postulauimus I MS. a s.
mus[e].

Mendacem facit eum.] *Sic interpretamur locum: Qui non credit Deo ita testanti de Filio suo, ipse sibimet mentitur, ac mendax mendaciiq; tenax arguitur, vtpote qui nolit viuum illud testimonium accipere,* quod testificatus est Deus de Filio suo.

Filio] *Deo, nam ita Græca & Syrica lectio explicant. Syricè in hanc sententiam legimus: Omnis qui non credit Deo, mendacium facit, quia non credit testimonio quod testatus est Deus de Filio suo.*

11 Et hoc est testimonium.] *Ipsa vita æterna fidelibus communicata per Christum, viuum & præstantissimum testimonium est; nā vita æterna in ipso Verbo erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet; qui hāc lucem non habet, aut qui auersatur, testimonij huius expers est. hac vita æterna testimonium reddebant Apostoli veritatis ac resurrectionis Iesu Christi.*

12 Habet vitam,] *Christum ipsum in se manentem, & huius corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustitiam. atque hic verè dicit: Viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus.*

13 Vt sciatis.] *Affirmatiua siue efficiens potius quàm finalis coniunctio, vt, hoc loco. Græcè sic texitur sermo: Hæc scribo vobis credentibus in nomen Filij Dei, vt sciatis. Syricè, Hæc scribo vobis quod sciatis vitam æternam esse vobis qui creditis in nomine eius. Credere in nomine, est, credere in virtute, efficiencia, authoritateq;. vt, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. &, Non est aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri.*

14 Hæc est fiducia.] *Græcè παῤῥησία, Syricè eodem ferè vocabulo* PARHAZZIA, *id dicitur quod citra errorem, metum, aut dubitationem fit. Latinè, non dubitare dicunt. vt, Nec dubitant Celsi prætoris vendere ludis. magno itaque constantiáq; animo postulare dicuntur ij qui in nomine Filij Dei postulant per fidem, de qua scriptum est: Si habueritis tantam fidem quantum granum sinapis, dicetis huic monti, &c. & illud: Quidquid credentes petitis, accipietis. &, Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum ego in medio eorum.* Secundum voluntatem.] *Petitionis magnum momentum poscere* secundum voluntatem *Filij Dei, ita poscunt qui in illo manent.* 15 Quoniam habemus petitiones.] *Ita sciebat se Petrus habere, cùm diceret: Quod habeo, tibi do; in nomine Iesu Christi, surge & ambula. hoc ille habebat; argentum & aurum non habebat, nec postulabat, vtpote non secundum voluntatem eius.*

mus ab eo. 16 Qui ſcit fratrem
ſuum peccare peccatum non
ad mortẽ, *petat, & dabitur ei
vita, peccanti non ad mortem.
Eſt peccatum ad mortem: non
pro illo dico vt roget quis.
17 Omnis iniquitas peccatum
eſt: & eſt peccatum*, ad mor-
tem. 18 Scimus, quia omnis
qui natus eſt ex Deo, non pec-
cat: ſed generatio Dei conſer-
uat eum, & malignus nõ tan-
git eum. 19 Scimus quoniam
ex Deo ſumus: & mundus to-
tus in maligno poſitus eſt. 20 Et
ſcimus quoniam Filius Dei
venit: & dedit nobis ſenſum
vt cognoſcamus verũ Deum,
& ſimus in vero Filio eius.
Hic eſt verus Deus & vita æ-
terna. 21 Filioli, cuſtodite vos
à ſimulachris.

*petet. & dabit ei vitam, peccantibus 6 MS. G.

*non G. 2.

Luca 24. 45.

A M E N.

16 Peccatum non ad mortem.] *Ex errore, ignorantia, imbecillitate atque infirmitudine carnis, quæ legi aduerſari dicitur.* Peccatum ad mortem,] *quod non remittetur in hoc ſeculo nec in futuro, vt Ieſus præceptor ait.*

17 Omnis iniquitas peccatum eſt.] *Non omnia peccata paria iudicio eſſe affirmat, quãquam omnia dicantur peccata quæcunque à Dei iuſtitia declinant. Locus hic variè legitur apud Latinos, Græcos, & Syros. videantur plura exemplaria vulgatæ editionis Latinæ. Græcè in hanc ſententiam legimus: Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt oret. Omnis iniuſtitia peccatum eſt. & eſt peccatũ non ad mortem. Syricè ſic: Eſt quidem peccatum mortis: non autem pro hoc dico vt oret quis. Omnis prauitas quidem peccatum eſt, & eſt peccatum quod non eſt ad mortem.*

18 Non peccat.] *Sed depoſito omni pondere & circunſtante prius peccato, tenet ſpei ſuæ confeſſionem indeclinabilem: nam qui ingreſſus eſt in requiem ipſius, requieuit ab operibus ſuis, ſicut & à ſuis Deus, & huic nihil dãnationis eſt in Chriſto viuenti, quia non ſecundum carnem ambulat; quippe non ex ſanguinibus, à quibus liberatus exultat, ſed ex Deo natum* generatio illa Dei *interna conſeruat.* Malignus non tangit eum.] *S. S. E. Oues meas nemo rapiet de manu mea.*

19 Mundus,] *à quo toto nos abducti, redempti, abalienatiq; traducti ſumus ad cõditionem filiorum Dei, id verò quemadmodum factum fuerit, ſic declarat:* Scimus quòd Filius Dei venit, *&c.* 20 Senſum.] *Διάνοιαν, Syricè* MANDAGHO, *notitiam, notionem internam ac veram,* vt cognoſcamus verum Deum, *& quem miſit Filium ſuum. cognitioni autem coniunctum illud eſt,* Vt ſimus in vero Filio eius, *& hic ſic cognitus* verus Deus, *idemq;* vita æterna *eſt.* 21 A ſimulachris.] *Ab omni ſpecie aut fictione diuinitatis humano ingenio conficta, quibus vera diuinitatis ratio non ſubeſt. Antitheton eſt ſuperioris verſus,* Hic eſt verus Deus & vita æterna.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epiſtolam ſecundam D. Ioannis Apoſtoli ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

PRESBYTERI munere authoritateque fungens Ioannes, Electæ piæ feminæ domum ac familiam omnem, atque illius exemplo cæteros pios ad verę Chriſti & Euangelij doctrinæ conſtantiam inſtruit & hortatur, eam eſſe docens cognitionem & obſeruantiam fidei in Deum, & in Ieſum Chriſtũ Filium Dei, & obedientiam charitatis præcepto præſtandam, in quo cætera omnia mandata ad humanæ vitæ ac religionis conſuetudinem continentur, cum ſpe efficientiæ virtutis Dei & Chriſti eius in eos qui hanc doctrinam ſtudioſè ac patienter ſeruarint. ex conſequenti eos qui aliter vel agunt vel docent, mendacij arguit.

CAP. I.



SENIOR [1] Electæ Dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatem, [2] propter veritatẽ quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum. [3] Sit vobiſcũ gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, A

IN CAP. I.

1 Senior.] *Authoritatem ex perſona conciliat; agere ſe dicit hac Epiſtola Presbyterũ Eccleſiæ, cuius, vt Epiſcoporum, munus officiumq́; eſt gregibus inuigilare, & incommoda periculaq́; omnia cauere, proſpicere, ac præuertere.* Electæ.] *Proprium feminæ illius nomen fuit, quod non ſine ſignificationis adnotatione vſurpatur hoc loco. eã autem Apoſtolus dominã vocat ob linguæ & nationis ciuilitatẽ, quã Euangelica doctrina ſtudioſè commendat: Cui honorem, honorem; & cui tributum, tributum.* Et natis eius.] *Familiam omnem ſalutat & alloquitur, vt ſingularem aliquã Eccleſiã piorũ hominum, quorum pars veritatem aſſecuti erant, pars verò eandem conſequebantur.* Quos ego diligo.] *Attẽtionis ac beneuolentiæ conciliatio ex proprio ſtudio & officio. ait ſibi verè dilectos omnes illos propter veritatem Dei, in qua ſumma ac ſimpliciſſima charitas eſt, cum affectu ſtudioq́; maximo eiuſdem veritatis omnibus communicãda. habet autem inſinuatio hæc maximam ad perſuadendum vim. Nam ſi quis alterum ſui amantiſſimum nouerit, eundemq́; ſapientiſſimum ac vera ſibi conſulentem intellexerit, eum perſuaſum euadere oportet.*

2 Propter veritatem.] *In qua veritate charitas eſt; charitas autem non quærit quæ ſua ſunt, ſed animam ſuam pro amicis ponit.* Et nobiſcum erit in æternum.] *Nam quos Deus ita diligit vt veritate ſua inſtruat, hos nunquam vltro deſerit; ipſi verò rurſus nullo pacto, nullo periculo ſe à veritate diuelli patiuntur. S. S. E. Quis nos ſeparabit à charitate Dei quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris? &c.* 3 Gratia, miſericordia, pax.] *Familiaria Apoſtolis omnibus verba, Ioanni verò Euangeliſtæ familiariſſima, totumq́; ipſius doctrinæ argumentum complexa.*

Patre, & à Christo Iesu Filio
Patris in veritate & charitate.
[4]Gauisus sum valde, quoniam
inueni de filiis tuis ambulan-
B tes in veritate, sicut mãdatum
accepimus à Patre.[5]Et nũc ro-
go te domina, non tanquam
mandatũ nouũ scribens tibi,
sed quod habuimus ab initio,
Ioan.10,34. 15,12. 1 Ioan. 3,11. vt diligamus alterutrum.[6]Et hæc est charitas, vt ambulemus
secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quem-
admodum audistis ab initio, in eo ambuletis: [7]quoniã multi
C seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum
Christum venisse in carnẽ: hic
est seductor & antichristus.
[8]Videte vosmetipsos, ne per-
datis quæ operati estis: sed vt
mercedem plenam accipiatis.
[9]Omnis qui recedit, & non
permanet in doctrina Christi:
Deum nõ habet. Qui perma-
net in doctrina: hic & Patrem,
& Filium habet. [10]Si quis ve-
nit ad vos, & hanc doctrinam
non affert: nolite recipere eum
in domum, nec AVE ei dixeri-
tis.[11]Qui enim dicit illi AVE:
cõmunicat operibus eius ma-
*Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini MS. lignis.[12]*Plura habens vobis
scribere; nolui per chartam &
atramentum: spero enim me
futurum apud vos, & os ad os
loqui:

Filio Patris.] *Vnigenito secundũ diuinitatem, singulari Filio secundũ humanitatem, primogenito in multis fratribus, quos ipse Patri suo filios cõciliauit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.*

4 Ambulantes in veritate.] *In fide & obedientia Euangelica ad obtinenda promissa Dei per Iesum Christum, Patris Filiũ, quẽ vnicum salutis authorem & ministrum Deus cõstituit; ille autem omnem doctrinam in fide & obedientia constituit: in obedientia charitas est, quæ mandatorum complectitur summam.*

7 Qui non confitentur.] *Qui illud admirandum mysterium, quod in Verbo carne facto reuelatum est, nec verbis confitentur, nec factis ac vitæ moribus; sed aliã sibi salutis viam muniunt, quam etiam aliis indicant.*

8 Vt mercedem plenam accipiatis.] *Copiosam illam mercedem fidei & obsequij, quæ omnis veræ felicitatis ditissimos eos quibus contingit, efficit.*

9 Non permanet] *in doctrina de Vnctione illa mysteriosa Vncti, de cuius plenitudine omnes accepimus, hic Deum non habet, nec in se manentem & inhabitantem, nec in vera ac certa, quantum par est, notitia: & quamquam verbis fateatur se nosse Deum, vt cognoscere in suam salutem debet, non cognoscit. itaq; vel ipse mysterij vsus, vel certissima mysterij huius doctrina, argumento sunt iis qui veram pietatem profitentur.*

11 Communicat operibus.] *Salutatio inter adiumenta atque subsidia operum & studiorum ab antiquis numeratur, & priscorum sermone Manuũ cõfortatio dicitur. quod etiam officium iis quibus vitæ communicatio neganda fuerit, præstari non debet ex veteri more atque ritu, vt in magno Opere docebimus.*

13 Sororis tuæ Electæ.] *Vtraque soror Electa dicta ex cognomento, vti apparet.*

loqui: vt gaudium vestrum
plenum sit. 13 Salutant te fi-
lij sororis tuæ Electæ.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in Epistolam tertiam D. Ioannis Apostoli ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

CAIVM pium & Christianæ veræque doctrinæ amatorem virum ad officij constantiam hortatur, cum præteritorum exemplorum gratulatione ac laude. Reprehendit rursus eos qui propter ambitionem à Christianæ communionis & consuetudinis mutuæ simplicitate & obseruatione degenerauerant; quippe cùm vna omnium fidelium communio, communicatio ac doctrina vera sit; quam quicunque sua ex parte adiuuat, non excludendus, sed benignè excipiendus fuerit, maximè verò vbi vera legitimaque ministrorum authoritas constat.

IN CAP. I.

2 De omnibus orationem facio.] *Omni ex parte actionum atq; studiorum officiorumq; tuorum tibi prospera omnia euenire cupio, atq; votis omnibus à Deo postulo, vt sicut anima mensq; tua rectè ac feliciter simpliciterq; agit; & quidquid cogitat intenditq;, pio ac recto fideliq; impulsu facit; ita ex animi sententia omnia tibi succedere peropto.*

3 Veritati tuæ.] *Qui Christi doctrinam cùm verè colas, illius ministros omnes dignè Deo suscipiendos, fouẽdos, ac iuuãdos in animo statuis tuo, & id ita etiã ipsum omni officio pietateq; præstas, idq; multis fratrum testimonijs probas.*

4 Maiorem horum nõ habeo gratiam.] *χαράν, Nihil ego mihi gratius iucũdiusq; duco.*

5 Fideliter,] *verè ac rectè, fideiq; nostra Christianæ consentaneè agis cùm fratres omnes officio beneficioq; iuuandos suscipis. fratres, inquam, non tantùm vicinos, familiares, & conciues, sed hospites etiam qui Euangelij causa peregrinantur.*

7 Nihil

CAP. I.



ENIOR 1 Caio A
charissimo, quem
ego diligo in veri-
tate: 2 Charissime
de omnibus orationem facio
prosperè te ingredi, & valere,
sicut prosperè agit anima tua.
3 Gauisus sum valdè venienti-
bus fratribus, & testimonium
perhibentibus veritati tuæ, si-
cut tu in veritate ambulas.
4 Maiorem horum nõ habeo
gratiam quàm vt audiam fi-
lios meos in veritate ambula-
re. 5 Charissime, fideliter facis
quic-

Maius horũ non habeo gaudium R. C. Q. B.

quicquid operaris in fratres,
& hoc in peregrinos. 6 testi-
B monium reddiderunt chari-
tati tuæ in conspectu Ecclesiæ:
*benefaciés, deduces o. quos, "benefacies, deducés' di-
gnè Deo. 7 Pro nomine enim
eius profecti sunt, nihil acci-
pientes à Gentibus. 8 Nos er-
go debemus suscipere huius-
modi: vt cooperatores simus
veritatis. 9 Scripsissem forsitan
C Ecclesiæ: sed is qui amat pri-
matum gerere in eis, Diotre-
pes, non recipit nos. 10 propter
hoc si venero, cõmoneam eius
opera quæ facit: verbis mali-
gnis garriens in nos. & quasi
non ei ista sufficiant: neque
ipse suscipit fratres, & eos qui
suscipiunt, prohibet, & de Ec-
clesia eiicit. 11 Charissime, noli
imitari malum, sed quod bo-
num est. Qui bene facit, ex
Deo est: qui malè facit, non
*eum ms q. vidit "Deum'. 12 Demetrio te-
D stimonium redditur ab om-
nibus, & ab ipsa veritate, sed
& nos testimonium perhibe-
mus: & nosti quoniam testi-
monium

7 Nihil accipientes à Gentibus.] *Quippe quorum studium sit Euangelium Gentibus non lucri, sed illarum salutis causa gratis ac liberaliter communicare. decet autem huiusmodi ministros, in iis quæ ad victum, cibum, ac deductionem pertinent, ab illis iuuari & foueri qui Euangelio cooperatores esse student, maximè cùm id præstare poßint. ita vt faciliùs Gentes eam doctrinam & probent & amplectantur, quam sibi salutarem intelligentes, nec grauem nec sumptuosam experiãtur, imò aliorum sumptibus & impensis communicatam sibi videant. huiusmodi illa perpetua continentia & facilitatis mens & cura D. Paulo semper fuit.*

9 Sed is qui amat primatum.] *Ministeriorum calamitas atque dißidiorum contentionumq́ue pestilens origo, priuatæ ambitionis studium à Christiana communicatione alienum. Nam cùm munerum religiosorum veritas ac simplicitas ad dominationis Gentium exemplum traducitur, nemo alium sibi in dominatione socium habendum ferendúmve putat, nedum maiorem suscipiendum. S. S. E. Reges Gentium dominantur eorum. Diotrephes iste Ioannem, quamquam Apostolum ac Presbyterum, agnoscere ac suspicere dedignabatur. Hoc ex Gentilium regum moribus ac potentia ortum in Christianam rempublicam si receptum fuerit, labem magnam & cladem hominum animis ac religionis veritati inferat, necesse est, cùm fidem vnam ac doctrinam omnibus Catholicam constare oporteat, huic verò contraria schismata sint.*

11 Noli imitari malum.] *Quãuis magnis exemplis proponatur, quamuis maiorum atq́ue potẽtiorum authoritatem præferat, tamen bonis ac piis non est imitandum quidquid malè actum, perperamq́ue inceptum & inductum iudicabitur. Bonorum ministrorum auersatio, hospitum piorum atque innocentium, imò & vtilium exclusio, in malorum censetur genere.*

Non vidit Deum.] *Non tantùm non vidit eo modo, quo ab iis qui in spiritu ac veritate ambulant, videri dicitur, sed nec illius veracem doctrinam respicit. ita videre hoc loco pro intueri ac respicere & considerare interpretamur: vt, Vides quoniam tu laborem ac dolorem consideras.*

14 Ab ipsa veritate.] *Ab eo quod res ita habet, & nobis per Spiritum veritatis in nobis habitantem nota exploratáq; est. Nam & hoc vnum ex Apostolicis donis est, de quo Paulus: Etsi absens corpore, præsens tamen spiritu, iudicaui, &c.*

In Cœnobio regio D. Laurentij, anno M. D. LXXXVI.

monium nostrum verum est.
13 Multa habui tibi scribere:
sed nolui per atramentum &
calamum scribere tibi. 14 Spe-
ro autem protinus te videre,
& os ad os loquemur. Pax ti-
bi. Salutant te amici. Saluta
amicos nominatim.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI
in Epistolam Catholicam D. Iudæ Apostoli
ELVCIDATIONES.

EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

SACROSANCTAM veritatis & efficientiæ Iesu Christi per Spiritum sanctum doctrinam aduersus inficiatores & sectarum authores, aduersusque omnem impietatem, & philosophicam vel pharisaicam arrogantiam & importunitatem asseuerat, atque sanctos viros, Christianæque iustitiæ communione præditos, ad idem studium commonefactos hortatur.

IN CAP. I.

1 Iesu Christi seruus.] *Commonitoria Epistola, ex veritatis Christi studio producta, non Apostoli titulo, sed conserui officio fidem professa est. ideò Catholica inscribitur, atque personarum, à qua & ad quas mittitur, censu à cæteris priuatis Apostolorum Epistolis distinguitur. Est autē sermo serui fidelis, officiumq; suum professi apud fideles etiam cōseruos eiusdem studij lege obligatos. Argumentum verò asseuerationem continet veritatis Christianæ, cum depulsione, redargutione, ac detestatione vanitatis, mendacij, & simulationis, atque impugnationis omnis aduersus eandem veritatem vel iam tunc exortæ, vel deinceps porrò exorituræ. Cùm Iesu Christi seruum sese appellat, sese non sui iuris, non suæ virtutis commendat, sed comparatum agnoscit virtute vnctionis atque efficientiæ Iesu, cui quam fidem debeat præstare, semper studeat. fratrem verò Iacobi ad veritatis communionem, doctrinæq; constantiam ac simplicitatem adiungit, cùm eiusdem sese & professionis & sententiæ cum Iacobo fratre exhibeat, qui Epistolæ quoque suæ idem omnino dederat initium, Iacobus Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus.* In Deo Patre dilectis.] *Sanctificatis*

CAP. I.

IVDAS 1 Iesu Chri- A
sti seruus, frater
autem Iacobi: his
qui sunt in Deo
Patre dilectis, & Christo Iesu
conser-

ctificatis sanctitudinis gratia prouectis, ἡγιασμένοις: idq; non sua ipsorum præstantia, sed Dei efficientia & misericordia. In Deo Patre Iesu Christi, *à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, & ita etiam sanctorum omnium suorum Patre, idq; per Iesum Vnctum & effectum & conseruatum, è cuius manu nemo oues suas rapiet. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. sic ille pollicitus. huc pertinet verbum,* conseruatis.

conseruatis, & vocatis. [2] Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur. [3] Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans "supercertari' semel traditæ sanctis fidei. [4] subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium)

"supercertare a MS.Q.n.

Vocatis.] *Græcè sine coniunctione substantiui munere fungitur, cui adiuncta sunt participia* sanctificatis & conseruatis. *Nã quos vocauit, hos & sanctificauit; quos sanctificauit, hos conseruauit: idem significat atque illud Apostoli; Iis qui secundum propositum Dei vocati sunt sancti. hos autem primos appellat atque salutat Epistola, quorum officium ad reliquæ Ecclesiæ ædificationem constitutionemq; poscit. Nam horum, vtpote veritatis viuæ testium, cæteros fratres ad pietatem animare & instruere officium erat.*

2 Misericordia, pax, & charitas.] *Misericordia Dei, qui secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit super nos abundè.* Pax *Dei, quæ exuperat omnem sensum; non qualem mundus dat:* & charitas, *fide & spe maior, qua Deus dilexit mundum; quæ cùm impletur, id quod ex parte est, euacuatur.* Adimpleatur.] *in vobis sanctis cumulatè augeatur, & in omnem Ecclesiam, cuius & vos membra estis, vt in totum corpus diffundatur abundè.*

3 De communi.] *Latinum pronomen,* vestra, *omnem Ecclesiam spectat. est autem sententia: Magna me communis omnium salutis cura ad scribendum vobis impulit & solicitauit; commune etiam officium studiosè & contentè suscipiendum commonefaciendis.*

Deprecans.] *παρακαλῶν, non cogens, sed aduocans & incitans, id quod ex veritatis vi atque charitatis feruore proficiscitur.* Supercertari.] *Tueri ac defendere veram Catholicamq; doctrinam, virtutis atque efficientiæ Christianæ; quæ cùm simplicissima sit, variè diduci sese non patitur, sed magna constantia ita conseruari ac defendi postulat, vt* semel *ab antiquis prædictæ Prophetis noui Testamenti sanctis tradita confirmataq; fuit. hoc est quod Ioannes ait: Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ. & Lucas, Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. & Paulus quoque: Si quis, inquit, aliud Euangelium annuntiauerit vobis præter id quod tradidimus, anathema sit, &c.* 4 Subintroierunt.] *Conscribendi Epistolam vrgentissimam occasionem indicat, ab iis oblatam, qui salutis publicæ communem & Catholicam viam doctrinis dæmoniorum turbarint, ex humani ingenij luxurie profectis, & ad ambitionem auaritiamq; tendentibus: hos impios compellat Apostolus, vtpote qui à vera pietatis cultu ac studio declinauerint. Subintroisse verò ait, qui recti ac pietatis religionisq; prætextu ac specie ad seductionem inducti sunt.* Olim præscripti sunt in hoc iudicium.] *Quos Spiritus sanctus per Prophetas suos ad ipsorum præmonitionem atque cæterorum prudentiam describendos*

bendos curauit, vt ex ipsius descriptione quinam qualesq́; huiusmodi essent, diiudicari possent. sic interpretamur illud, In hoc iudicium. *cuius sententiæ illud Pauli est; Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. ita vt Dei hominumq́; piorum iudicium significetur.*

iudicium) impij, Dei nostri
gratiam transferentes in luxu-
riã, & solùm Dominatorem,
& Dominum nostrum Iesum
Christum negantes. 5 Com- B
monere autem vos volo, sciẽ-
tes semel omnia, quoniam Ie-
sus, populum de terra Ægy-
pti saluans, secundò eos qui Num.14,37.
non crediderunt, perdidit:
6 Angelos verò qui non serua-
uerunt suum principatum, sed
dereliquerunt suum domici-
lium, in iudicium magni diei,
vinculis æternis sub caligine
reseruauit. 7 Sicut Sodoma & Genes.19,24.
Gomorrha, & finitimæ ciui-
tates simili modo exfornica-
tæ, & abeuntes post carnem
alterã, factæ sunt exemplum,
ignis æterni pœnam sustinen-
tes.

Dei nostri gratiam.] *Qua gratificauit nos in Filio suo, vt initium aliquod simus creaturæ ipsius.*

Transferentes in luxuriam.] *Existimantes quæstum esse pietatem, omnem veræ pietatis rationem in commenta ad luxum, fastum, ambitionem, & auaritiam efficta transferunt.*

Solum Dominatorẽ] *Scil. Deum vnum, cuius misericordia, prouidentia, & gratia conditi & seruati sumus, & Dominum Iesum Vnctum, cui propter obedientiam omnis potestas data est in cælo & in terra, & in cuius nomine omne genu flectitur.*

Negantes.] *Nam qui aliud nomen statuit sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri, Iesu Christi Domini nomen, dominationem & efficacitatem negat.*

5 Commonere.] *Epistolæ genus & munus profitetur. Non qui imperem, inquit; nam imperium penes Deum & Dominum Iesum est; sed qui commoneam, vt in prælio fortes milites agunt, qui sese mutuò ad strenuè agendũ hortantur & incitant. translatio ex militari sermone sumpta est, quod & verbo*, supercertari, *indicabatur.*

Scientes semel omnia.] *Vtpote qui docti fueritis à Deo veritatem Christi, & non indigeatis alterius doctrina, quos vnctio ipsa docuit. S.S. E. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia.*

Quoniam Iesus.] *Græcè ὅτι κύριος, Quod Dominus; sed eadem significatione: quippe Iesus Christus heri & hodie & cras. Tribus trium seculorum exemplis docet, non satis esse semel vocatos esse homines ad cognitionem veritatis vt seruari necesse sit, sed oportere vnamquamque creaturarum in vocatione sua persistere, degenerantibus autem iudicium ac supplicium esse decretum. Namque Angelorum pars, quæ electioni de se factæ in ministerium Dei propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, non adhæserunt, reprobata damnataq́; fuit. idemq́; iudicium aduersus incredulos & inconstantes Israëlitas, quamquam semel iam ex Ægypto eductos editum est; nec huic dissimile aduersus Sodomitas, qui diuinæ iustitiæ & voluntatis interpretem habuerant Lotum iustum virum. vnde non satis fuerit quemquam in Christianam Ecclesiam receptum fuisse, cùm degenerantem simile illis præiudiciis maneat iudicium.*

8 Carnem

tes. [8] Similiter & hi carnem
quidem maculant, domina-
tionem autem ſpernunt, ma-
ieſtatem autem blaſphemant.
Zach. 3, 1. [9] Cùm Michaël Archangelus,
cum diabolo diſputans alter-
caretur de Moyſi corpore: nō
C eſt auſus iudiciū inferre blaſ-
*Increpet te MS. G. phemiæ, ſed dixit, "Imperet
tibi" Dominus. [10] Hi autem
quæcunque quidem ignorāt,
blaſphemant: quæcunque au-
tem naturaliter, tanquam mu-
ta animalia, norunt, in his cor-
*quia 3 MS. R. G. rumpuntur. [11] Væ illis, "qui"
-5 MS. G. Geneſ. 4, 8. -in' via Cain abierunt: & er-
Num. 22, 23, 24. rore Balaam mercede effuſi
Num. 16, 1. 32, 27, 3. ſunt, & in cōtradictione Core
2 Pet. 2, 17. perierunt. [12] Hi ſunt in epulis
ſuis, maculæ, conuiuantes
ſine

8 Carnem quidem maculant.] *An ne hi ſunt de quibus Apoſtolus, Prohibentes nubere, & abſtinere à cibis quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus? & cætera quibus notantur.*

Dominationem autem ſpernunt.] *Nullis poteſtatibus ſeſe ſubiicientes. Nos (inquiūt Phariſæi) liberi ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquā.*

Maieſtatem autem blaſphemant.] *Gloriā Dei quæ per Ieſum Chriſtum innotuit, non ſolùm non agnoſcunt, ſed ſubducentes vilipendunt, cùm tamen grauiſſimū ſcelus flagitiumq́; ſit cuiuſcunque rei veritati authoritatiq́; detrahere, adeò vt Michaël nec diabolo quidem detraxerit, quamquam Archangelus.*

9 De Moyſi corpore.] *quod celari Deus decreuerat ad ſuperſtitionem intèr Iſraëlitas vitandam, & tamen diabolus reuelare ſtudebat, cuius poteſtati Michaël non auſus detrahere, in hunc modum potius reſtitit,* Imperet tibi Dominus.

10 Quæcunque ignorant.] *Quia nil rectum niſi quod placuit ſibi ducunt; vel quia turpe putant parere minoribus; & quæ imberbes didicere, ſenes perdenda fateri. quàm verò peruerſum horum iudicium fuerit, vel ex eo apparet quòd ea damnant quæ ignorant; cùm damnatio vel probatio cognitionem poſtulent. Sic Sadducæis ignoratio iudiciū inuertebat neſcientibus Scripturas nec virtutem Dei, vt his etiam Chriſti virtutem & ſacra vaticinia ignorantibus, ſanctificationis illa admirabilis doctrina blaſphematur, dicentibus: Vbi eſt promiſſio & aduentus eius?* Naturaliter.] *Non ratione ac intellectione ducuntur, ſed ſenſu aguntur, eoq́; ferino, ita vt opinionibus propriis non ſecus quàm cupiditatibus ſuis belluæ impellātur, atq; communi ſenſu planè carere videantur. Simile illud Diui Petri: Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem in iis quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt.* 11 Via Cain.] *Qui gratis iuſtitiam & innocentiam inuiſam habuit, nec præmonētis, nec poſt ſcelus ad pœnitentiā reuocantis Dei vocibus audire voluit. hoc Petro ita dictū: Derelinquentes viam rectam, errauerunt.* Errore Balaam.] *Propter auaritiam quæ homines de mente etiam deturbat. lege Elucidationem in cap. 2. Epiſtolæ ſecundæ Petri Apoſtoli.* Contradictione Core.] *Qui ex ambitione atque auaritia Sacerdotis legitimi æmulum ſeſe præbuit. ita hi mutuis contentionibus flagrant, quamquam in religionis pietatisq́; ſpeciem ſua ſtudia, ſuaq́; diſſidia moliuntur, quos tamen terra abſorbet.* 12 In epulis ſuis.] *ὑμῶν, veſtris. Conuiuiorum à vobis amicitiæ & conſuetudinis cauſa celebratorum* maculæ, *quibus epulæ illæ profanantur. Ad legitimas pacificorum Teſtamenti veteris ſacrorum hoſtias alludit, quas*

HH ceriæ

certa maculæ, vel casu vel natura inuecta, contaminationis damnabant. Item nonnulli impuritatis notati, ab illis arcebantur conuiuiis.

Sine timore.] *Disjunctio Græca aduerbium* ἀφόβως, *sequentibus adiungit. Nulla, inquit, reuerentia legum, nulla officij vel consideratione vel mora sese pascere student, idq́; illorum cumprimis consilium & studium est: namque aliàs ministeria laboremq́;, quoad fieri possit, vitant. quod verò ipsorum operam & vsum spectat, quales experiamini indicabo ex similitudinibus quæ subiunguntur.*

Quæ à ventis circunferuntur.] *Leuissima ex causa quò vel vtilitatis vel gloriolæ opinio agit, impelluntur.*

Bis mortuæ.] *Steriles arbores, quia tantùm sibi prosunt, non pluris censentur quàm si mortuæ essent. Verùm eædem si è naturali euellantur solo, iterum moriuntur. ita horum consuetudinem inutilem sua sponte esse ait, eandem verò instabilem, incertam, & leuem, cui nemo quicquam credere tutò possit, vtpote sibi tantùm suoq́; modo viuentium.*

13 Fluctus feri maris.] *Molestissimam & periculis plenam istorum consuetudinem esse notat, vt maris ferissimi fluctus, qui suo impetu naues oppugnant, feriunt, & non rarò rumpunt, spumaq́; multa sese horrendos præbent.*

Despumantes suas confusiones.] *Vt mare fluctuum motu, agitatione, & collisione æstuans spumam tollit; ita isti contentionis tumultu insanientes, & incensi ac rabidi meras nugas, varias & inanes voces effutiunt doctrinæ nomine, quæ tamen inconstantes, vagæ sibiq́; pugnantes deprehenduntur, vt confundere magis & pudefacere, quàm erudire & docere arguantur. Prædestinantium caterua in nota huiusce exemplum produci potuit.*

Sydera errantia.] *Cæterorum astrorum quæ in superiori cœli parte sunt, ratio vicinitatis atque distantiæ certáque statio est; Planetarum verò inter se inconstans mutatio perpetuáque varietas est. huiusmodi esse ait istos opinionum ac sectarum authores. hac autem nota superiori commodissimè adnexa est.* 14 Septimus ab Adam.] *In sacræ sanctæq́; disciplinæ ac sapientiæ schola septimus ordine ætatis doctor, cuius libri aut scripta an Apostolorum æuo aliqua exstiterint, incertum nobis: hoc tamen certissimum °constat, iudicij ac præmij & supplicij diem primis etiam parentibus diuinitus traditum, & iam inde à principio creditum; doctrinæ verò pietatisq́; rationem solidam ab exordio vsque mundi ad Apostolorum tempora per Vates ac sanctos viros piosq́; magistros propagatam.*

sine timore, semetipsos pascẽtes, nubes sine aqua quæ à
ventis "circumferuntur', ar- °conferuntur. a. Q. n.
bores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ,
13 fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.
14 Prophetauit autem de his septimus ab Adam,
Enoch, dicens, Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, °Apoc. 1. 2.
15 facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorũ quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra "eum' °Deum suq.
peccato-

16 Hi

peccatores impij. 16 Hi ſunt
murmuratores querulosi, ſe-
cundum deſideria ſua ambu-
Pſal. 16, 10.
lantes, & os eorum loquitur
"ſuperba 4 MS. R. G.
"ſuperbiam' mirantes perſo-
nas quæſtus cauſa. 17 Vos au-
tẽ chariſſimi memores eſtote
verborum quæ prædicta ſunt
ab Apoſtolis Domini noſtri
Ieſu Chriſti, 18 qui dicebant
1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 1. 2 Petri 3, 3.
vobis, quoniam "in nouiſſimo
"in nouiſſimis temporibus MS.
tempore' venient illuſores, ſe-
cundum deſideria ſua ambu-
"impietatũ 4 MS. G.
lantes "in impietatibus'. 19 Hi
"in impietate MS. G.
ſunt qui ſegregãt ſemetipſos,
animales, Spiritũ non haben-
tes. 20 Vos autem chariſſimi,
ſuperædificantes voſmetipſos
"veſtræ 8 MS R. G q.
ſanctiſſimæ" noſtræ' fidei, in
"ipſos vos 3 MS.
Spiritu ſancto, orãtes, 21 "voſ-
metipſos' in dilectione Dei
ſeruate, expectantes miſeri-
cordiam Domini noſtri Ieſu
D Chriſti in vitam æternam.
22 Et hos quidem arguite iu-
dicatos: 23 illos verò ſaluate, de
igne rapientes. Aliis autem
miſeremini in timore; odien-
tes & eam quæ carnalis eſt,
maculatam tunicam. 24 Ei au-
tem qui potens eſt vos con-
ſeruare ſine peccato, & conſti-
tuere

16 Hi ſunt murmuratores.] *Redit Apoſtolus ad pſeudomagiſtrorum notas, inter quas eſt inuidia omni virtutis & ſcientiæ aut ſapientiæ laudis perpetuò inſidiata. Namque huiuſmodi nemini laudem concedunt, præterquam ſibi ipſis ſuarumque partium ſtudioſis, quam tamen & vbi proprij commodi interceſſit cauſa, iiſdem etiam detrahunt.*

19 Qui ſegregant ſemetipſos.] οἱ ἀπο-διορίζοντες. *Phariſæi meri vel Phariſæorum imitatores, qui cæteros præ ſe contemnunt.*
Animales.] *Qui quamquam Spiritum perpetuò ſtrepant, ac de ſpiritu & carne deque ſpiritualibus proloquantur, tamen huius mundi elementis nituntur, non ſecundum Chriſtum, ſed per philoſophiam & inanem fallaciam ea quæ ſpiritus metiri ſe poſſe & noſſe profitentur.*

20 Vos autem.] *Veræ & ſolidæ Chriſtianæ doctrinæ breue argumentum, credenda ſimul & agenda complexum.*
In Spiritu ſancto orantes.] *Qui poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. perfectos in ſpiritu ſpectat admonitio hæc, per quos cæteros erudiendos, ædificandos, & inſtruendos curat.*

23 Miſeremini in timore,] *iis qui per errorem, infirmitudinemque carnis in vitia inciderint, nõ ex deliberata proteruia, mites mores animumque æquum præſtate, non qui vitia probetis vel feratis, ſed qui cum modeſtia & clementia in timore Domini emendetis. Chriſtianæ diſciplinæ modeſtiam exprimit.*
Odientes eam, &c.] *Sic Paulus inceſtuoſum Corinthium corripiebat, ipſum facinus deteſtatus quidem, hominem verò correctum amplexatus demum, pro quo Chriſtum mortuum nouerat.*

24 Conſeruare vos ſine peccato.] *Non vos poteſtis vos conſeruare, verùm Deus & puros*

puros efficere & conseruare potest, & ipsi hac gloria tribuenda est. qua de re Paulus: Non sumus sufficientes, &c. sed sufficientia nostra ex Deo est. Oratio hac & sententia omnis aduersus impugnatores vera ac solida iustitia & efficientia Christi, firmissimum propugnaculum in sacra lectione est.

Hispali, anno M. D. L X X X V I.

tuere ante conspectum glo-
riæ suæ immaculatos in ex- o.
ultatione in aduentu Domi- 3 MT.2.C.
ni nostri Iesu Christi. [25] Soli
Deo Saluatori nostro per Ie-
sum Christum Dominum
nostrum gloria & magnifi-
centia, imperium & potestas
ante omne seculum, & nunc
& in omnia secula seculorum.

A M E N.

BENE-

BENEDICTI ARIÆ MONTANI in D. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ Theologi Apocalypſin SIGNIFICATIONES.

PRÆFATIO.



ATEOR *me, quamuis Domini viam ante annos triginta diuino beneficio in ſacris libris edoctum, tamen ex Ioannis Apocalypſi omnia ferè præter vnum & alterum ad ſummumq́ tria capita, eademq́ non ſecundum ſeriem conſtituta, poſt multa etiam commentatorum expoſitorumq́ ſcripta conſulta ignorauiſſe: Dicere autem ſolitum ſæpè, mihi melius quàm commẽtatoribus, quos legere contigerat, Apocalypſis lectionem intelligi, vtpote non intellectam confitenti, cùm illi tanquam perceptam & declaratu facilem ſuis commentariis exponere pergerent. quorum variæ expoſitiones obſcuriorem difficilioremq́ quàm antea mihi lectionem reddiderunt. Atque in hoc ſenſu deſiderioq́ perpetuò perſiſtenti, Dei prouidentia effectum eſt, vt cuiuſdam Chriſtianæ veritatis viuentis teſtis, cui nomen ipſa Chriſti virtus & veritas* Hhiel *indidit, opera ac ſubſidio, aliqua prætenſa fuerit lucis pars, quà huius libri myſteria omnia, diaboli operum accuſationem, eorumdemq́ per Chriſtum damnationem, diſſolutionem, & interitum, abolitionemq́ ſpectare cognoſcerem, nec poſſe plenè atque abundè percipi, niſi ab iis quibus idem qui ſermonis huius author eſt Deus, rem ipſam de qua agitur, efficienter communicet. poſſe autem à piis atque ſimplicibus veri amatoribus, nihilq́ proprio humano ingenio ac iudicio indulgẽtibus, Chriſtiq́ ſinceræ viæ non ignaris, transfigurationis huius ſpecimen vt tribus in monte ſancto diſcipulis oſtendi. quæ tamen nec ipſis apertè cognoſcenda, nec apud vulgus hominum, hoc eſt, apud carnis ac ſanguinis ingenium, vulganda ac proferenda traderentur, donec Filius hominis à mortuis reſurgat, ipſiq́ planè percipiant quid ſit illud quod dicitur, Filium hominis à mortuis reſurgere, reſurrectione illa ſemel in conſummationem ſeculorum facta, atque in ipſorum animis demum inſtaurata per eum qui plus quàm petimus aut intelligimus, dare poteſt, cui gloria, magnificentia, imperium, & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

ARGVMENTVM.

ET Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testi- *Hebr. 3.*
monium eorum quæ dicenda erant; Christus verò tanquam Filius in domo
sua:quæ domus nos sumus,si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam re-
tineamus:quapropter,sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis,
nolite obdurare corda vestra,sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in
deserto,vbi tentauerunt me Patres vestri,probauerũt & viderunt opera mea qua-
draginta annis. Videte fratres,ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malũ discedendi
à Deo viuo,sed adhortamini vosmetipsos,donec hodie cognominatur,vt non ob-
duretur quis ex vobis fallacia peccati. participes enim Christi effecti sumus, si ta-
men initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Dixit enim in
quodam loco de die septima,sic:Et requieuit Deus die septima ab omnibus operi- *Hebr. 4.*
bus suis. & in isto rursum:Si introibunt in requiem meam. quoniam ergo super-
est introire quosdam in illam,& ij quibus prioribus annuntiatum est,non introie-
runt propter incredulitatem,iterum terminat diem quendam Hodie in Dauid di-
cendo:Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Ie-
sus requiem præstitisset,nunquam de alia loqueretur posthac die,itaque relinqui-
tur Sabbathismus populo Dei:qui enim ingressus est in requiem eius, requieuit
ab operibus suis,sicut & à suis Deus. Responsum est Moysi cùm consummaret ta- *Hebr. 8.*
bernaculum: Vide,inquit,omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum
est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium,quanto & melioris Te-
stamenti mediator est,quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si
illud prius culpa vacasset,non vtique secundi locus inquireretur. vituperans enim
eos dicit:Ecce dies venient,dicit Dominus,& consummabo super domum Israël,
& super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod
feci patribus eorum in die,qua apprehendi manum eorum,vt educerem illos de
terra Ægypti. Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo,& ego neglexi
eos,dicit Dominus. Quia hoc est testamentum,quod disponam domui Israël post
dies illos,dicit Dominus. Dabo leges meas in mente eorum,& in corde eorum su-
perscribam eas,& ero eis in Deum,& ipsi erunt mihi in populum.

IN CAP. I.

1 Apocalypsis.] *Materiam scripti indicat esse,visionem & reuelationem,id est, doctrinã per imagines traditam, cuius vera significatio diuino dono cõtinget Dei & Christi seruu; idq; non verbis tantùm, sed magis rebus ipsis,quas veritas citò consecutura probaturaq; sit. Atque reuelatio hæc Iesu Christi esse dicitur, vtpote cuius virtutem efficientiamq; docet, & veritatis testimonio confirmat.* Et significauit,] *Signis & imaginibus indicatã voluit,mediante Angelo virtutis Dei ministro.* Ioanni,] *Cuius nomen gratiam Dei significat,nam huius reuelationis compotem,gratiã Dei esse decuit.*

CAP. I.



1 POCALYPSIS Iesu Christi,quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per Angelum suũ seruo suo Ioanni, A
2 Qui

[2]qui testimonium perhibuit
verbo Dei, & testimonium Ie-
su Christi, quæcunque vidit.
[3]Beatus qui legit & audit ver-
ba prophetiæ huius: & seruat
ea quæ in ea scripta sunt: tem-
pus enim propè est. [4]Ioannes
septem Ecclesiis quæ sunt in
Asia. Gratia vobis & pax ab
Exod. 3, 14. eo qui est, & qui erat, & qui
venturus est, & à septem spiri-
tibus qui in conspectu throni
eius sunt, [5] & à Iesu Christo
1 Cor. 15, 20. qui est testis fidelis, primoge-
Coloss. 1, 18. *Heb. 9, 12, 14* nitus mortuorum, & princeps
1 Petri 1, 19. *1 Ioan. 1, 7.* regum terræ, qui dilexit nos,
B & lauit nos à peccatis nostris
Esaia 3, 13. *Matt. 24, 30.* *Iuda 14.* in sanguine suo, [6] & fecit nos
regnum & sacerdotes Deo &
Patri suo, ipsi gloria & impe-
riũ in secula seculorũ. Amen.
[7]Ecce

2 Qui testimonium.] *Gratia Dei testimonium illud viuum fuit, quod Dei virtutem & Iesu vnctionem testatum est, non ex auditu tãtùm, sed ex visu atq; præsentia. Vidimus, inquit, gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre.*

3 Qui legit & audit.] *Græcè,* qui legit, & qui audiunt. *Singuli & tota Ecclesia fideliũ & obsequentium ad huius felicitatis partem communionemq; vocantur.* Verba *verò* prophetiæ *dicuntur, id est, non sermone tãtùm, sed rationibus etiam imaginibusq; propheticis constantia, quæ & propheticum sensum probent, & euentum certissimum cito sint probatura, cum felicitate eorum, qui vt res habet legerint & audierint in spiritu & veritate, quia prope est occasio & commoditas reuelationis huius in Dei Spiritu & veritate manifestandæ.*

4 Ioannes septem Ecclesiis.] *Gratia Dei reuelationem hanc mittens communicat apud humanam naturam in Asia limoso terrenoq; loco agenti, cui loco proprietatis priuatæq; rei concupiscentia inhæret. Ecclesiæ septem, cõmunitatis collectiones totidem, quibus Dei reuelatio ad vitam & ad mortem ministratur.*

Ab eo qui erat.] *Non quomodo mũdus dat, sed ab ipsa & in ipsa Dei veritate & virtute. est autem cælestis virtus diuinæ naturæ, à qua hæc gratia paxq; proficiscitur: quæ septem humanis Ecclesiarum nominibus sese insinuans communicat, cùm tamen ipsa vnica simplicissima æternaq; Dei virtus atque efficientia sit.* Septem *verò* spiritibus, *iuxta variam efficientiam ministrantur Ecclesiæ istæ, quoad omnes vnum fiant in vnione, communioneq; naturæ diuinæ in Christo, itáque vna Ecclesia ex omnibus euadat, vni capiti Christo coniuncta: atque hoc pacto septem spiritus illi vnus idemq; spiritus appareret simplicissimus, qui tamen variè operatur diuidens singulis prout vult, & omnia suauiter disponens.* In conspectu throni *ministrantes, in vno studio concordi ac simplici voluntate, idq; perpetuò Christum ipsum ministeriorum finem spectantes, qui perfectus & fidelis testis est Patris sui, cuius veritatis testimonium daturus venit in mundum.*

5 Testis fidelis] *operum ac veritatis Dei propter suã ipsius virtutem & efficientiã.* Primogenitus mortuorũ, *quia ipse primus mortuus fuit peccato intra terrenũ hominem habitanti. quamobrem adeptus est nomen super omne nomen, & factus est* princeps regum terræ; *humanæ, inquã, naturæ, quã ipse primus omniũ & potentissimè gubernauit.* Dilexit nos.] *Humanã naturã ad salutẽ dilexit, & per mortẽ suã humana natura fideli ac obsequi volenti vitam attulit, & reddit nos reges & Sacerdotes, id est, Sãctos, & potestate aduersus peccatũ præditos.*

7 Ecce

[7] Ecce venit cum nubibus, & Esaie 44,6.
videbit eum omnis oculus, &
qui eum pupugerunt. Et plan-
gent se super eum omnes tri-
bus terrę: etiam, Amen. [8] Ego Infr 11.6. 22,13.
sum α & ω, principiũ & finis,
dicit Dominus Deus, qui est,
& qui erat, & qui venturus est
omnipotens: [9] Ego Ioannes
frater vester & particeps in
tribulatione, & regno, & pa-
tientia in Christo Iesu, fui in
insula, quę appellatur Patmos,
propter verbum Dei & testi-
monium Iesu. [10] Fui in spiritu C
in dominica die, & audiui post
me vocem magnam tanquam
tubæ [11] dicentis, Quod vides,
scribe in libro: & mitte septẽ
Ecclesiis quæ sunt in Asia, E-
pheso, & Smyrnæ, & Perga-
mo, & Thyatiræ, & Sardis, &
Philadelphiæ, & Laodiciæ.
[12] Et

7 Ecce venit.] *Præsenti tempore, sese cum* nubibus, *sub imaginibus sese reuelandam iustitia hac cælestis humano ac terrestri cordi præbet, quam postea omnis oculus videbit atq́; intra animum sentiet. agnoscent se communicasse in occisione ac nece Christi Dei (quod terrestris Adami cupiditatem ac delectationem spectat) quamobrem terrestres sensus ac cogitationes omnes sibi eam culpã imputãtes plangent, idq́; ita futurum affirmat veritas ipsa.*

8 Ego sum.] *Veritatis testimoniũ de se ipsa quod Ioanni, hoc est, Gratiæ redditur. α & ω,* principium & finis *rerum idemq́; æternus.*

9 Ego Ioannes.] *Gratia Dei confitetur se fuisse* in insula Pathmos, *hoc est, sese redditã similem morti peccatorum hominum, & ostẽdisse vim virtutemq́; suam æternæ vitæ aduersus corruptibilem mortem: vt natura humana intelligat viuentis Dei virtute posse liberari se à corruptione mortis peccatorum, & transferri ad æternam vitam.*

Fui in insula Pathmos,] *& tamen ostendi, inquit Gratia, virtutem æternæ vitæ contra mortis corruptionem.* Insula,] *mari tempestatis amaritudinisq́; humanæ cincta.*

Propter verbum.] *Dei verbum ac Iesu testimonium hoc gratia sua testatum esse vult, idemq́; in libro scriptum, hoc est, in ipsa humana natura, quæ liber actorum, operũ, historiarumq́; Dei est, idq́; in Christo Iesu.*

10 Fuiq. in spiritu,] *vt visionem spiritu & veritate explicandam intelligendamq́; cognoscatis.* Die Dominica,] *cælestis luminis.*

11 Ephesus.] *Humana conuentio atque congregatio intra hominem, Adami filium, cuius vis est cupere vel ea quæ Dei sunt, vel ea quæ peccati.* Smyrna.] *Odoratus locus quod delectatio vel ex Deo vel ex peccato versatur.* Pergamo.] *Altitudinem, elationemq́; & sublimitatem indicat, quo loco Deus vel peccatum tollitur & exaltatur.* Thyatira.] *Contritionis, laboris, ac demolitionis in natura humana locus, quo vel diuinitas deiicitur, vel peccatum deturbatur.* Sardis.] *Iucunditatis in humana natura locus, in quo lætitia gaudiumq́; celebratur, vel ex desiderio vitæ in Deo vel in peccato.* Philadelphia.] *In natura humana locus, fraterni amoris inter diuinam humanamq́; naturam exercendi, aut appetitionum terrestrium ad fallaciæ peccati abusum.* Laodicæa.] *Locus intra humanã naturam, quo sensuum cogitationumq́; populus conuenit, in Deoq́; exercentur, aut in terrenis cupidinibus. quem tamen populum diuinæ iustitiæ addictum esse oportuerit. His autem septem in limosa humana natura frequẽtiis &*

Ecclesiis

Ecclesiis Iesu Christi reuelatio per Dei gratiam exhibetur, cuius vera cognitio reapse præstita humanam beare naturam potest. ideoq; septem Ecclesiis atque frequentiis humanæ limosæ terræ scribi iubet, quas docere vult se contra illarum damnationem vitā salutemq; esse æternam.

12 Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabra aurea: 13 & in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis, vestitum podêre, & præcinctum ad mamillas zona aurea. 14 caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquā flamma ignis. 15 & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. & vox illius tanquam vox aquarū multarum: 16 & habebat in dextera sua stellas septem. & de ore eius gladius vtraque parte acutus D exibat: & facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. 17 Et cùm vidissem eum, cécidi ad pedes eius tāquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere. Ego sum primus & nouissimus, 18 & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuēs in secula seculorū, & habeo claues mortis & inferni. 19 Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet

1 MS. Pr. G.

aurichalco libani. Pr. G. χαλκολιβάνῳ.

Isaiæ 41, 4. & 44, 6.

12 Septem candelabra.] *Septem humanæ naturæ Ecclesiæ, in quibus Christi lux declaratur, in medio verò vbi lumen hoc lucet.*

13 Similem Filio hominis.] *Qui Dei fructificatio est*, vestitum *iustitiæ veste.*

14 Zona aurea,] *obedientia Christi.* Caput & capilli candidi,] *ex simplicitate ac puritate propria.* Oculi,] *lumen cæleste verum, quod vita est & hominum lux.*

15 Vox aquarum multarum.] *Cælestis virtutis cursus, quæ variis modis in humanam naturam influit, id quod visione prophetica à Ioanne spectatur, aliquando humanis modis, aliquando diuinis iisdemq; variis. Nam dum humana natura suam adhuc sortem priuatam tuetur, diuinam perfectè capere non potest. ideò septem stellas tenentem Ioannes videt, & ex ore, id est, virtutis suæ cursu gladium procedere spectat, viuum & efficacem sermonem penetrantissimum vsque ad compages medullarum, splendorem siue lucem solis, essentiæ siue virtutis cælestis lumen.*

16 Dexteram suam.] *Diuinæ virtutis efficientiam, quæ etiam mortuos suscitare, nedum exanimes & pauētes reficere animareq; valet.*

18 Viuus.] *Vita propria & æterna, in ipso quippe vita erat, & vita erat lux hominum.* Mortuus] *in humana natura.* Claues mortis.] *Æternam damnationem, corruptionis & mortis æternæ naturæq; malignæ, atque operum diaboli. ita vt malorum vitam morte damnare & abolere possim.*

19 Quæ vidisti.] *Dei efficientiam & variis modis ostensam virtutem, cuius ostensione & vita & mors cognoscuntur.*

20 Angeli.]

fieri posthæc. [20]Sacramentum septem stellarum, quas vidisti
in dextera mea, & septem candelabra aurea. septem stellæ:
Angeli sunt septem Ecclesia-
rum. & candelabra septem se-
ptem Ecclesiæ sunt.

20 Angeli.] *Administratorij spiritus, quibus Ecclesiæ illæ septem in humana natura ministrantur.* Septem Ecclesiæ,] *in quibus lumen collocatum lucet.*

Cap. II.

*ET [1] Angelo Ephesi Ec- *7M1.6.
clesiæ scribe, Hæc dicit A
qui tenet septem stellas in de-
xtera sua, qui ambulat in me-
dio septem candelabrorũ au-
reorũ, [2]Scio opera tua & labo-
rẽ & patientiã tuã: & quia non
potes sustinere malos, & tẽta-
sti eos qui se dicũt Apostolos esse & nõ sunt, & inuenisti eos
mendaces: [3]& patiẽtiam habes, & sustinuisti propter nomen
meum, & non defecisti. [4]Sed
habeo aduersum te *pauca', *9 Mt.Pr.6.
quòd charitatem tuã primam
reliquisti. [5]Memor esto itaque
vnde excideris: & age pœni-
tẽtiam, & prima opera fac. sin
autem: venio tibi, & mouebo B
candelabrum tuum de loco
suo, nisi pœnitentiam egeris.
[6]Sed hoc habes, quia odisti fa-
cta Nicolaitarum, quæ & ego
odi. [7]Qui habet aurẽ, audiat
quid Spiritus dicat Ecclesiis,
Vincenti dabo edere de ligno
vitæ, quod est in Paradiso Dei
mei. [8]Et Angelo Smyrnæ Ec-
clesiæ

In cap. II.

1 Ephesi,] *nuntio priuati affectus, vel erga Deum vel erga peccatum.*
Septem stellas:] *Septem Spiritus in diuina essentia constantes.*
Candelabrorum,] *Ecclesiarum siue communitatum.*
2 Tentasti,] *examinasti præsenti luce,*
Eos] *priuatæ electionis compotes carnis sanctitudini obsecundantes.*

3 Habes.] *Verbum Dei humanitatem alloquitur.*
4 Aduersum te.] *Ephesina communitas.*
Charitatem tuam primam.] *Non permansisti in eo Dei amore, quem in creationis primordijs fueras sortita.*
5 Prima opera fac.] *Referto ac restituito studia votaq; tua in Deum, qualia ab initio fuerant.* Candelabrum.] *Cor in quo lumen iacet, ab electione sua remouebo,* nisi pœnitentiam egeris.
6 Hoc habes] *tu appetentia & cupiditas.*
Nicolaitarum] *terrestris communis lubricitatis opera, quæ diuinæ naturæ amicitia abuti studuerunt in priuatam rem, vt Susannæ amore impudici illi senes.*
7 Spiritus.] *Diuina natura dicit humanæ ipsi.* Vincenti.] *Ei qui vera Dei virtute seipsum vicerit.* De ligno vitæ.] *De fructu vitæ diuinæ.* 8 Smyrnæ,] *suaui florentis odoris eius quod amatur vel in Deo vel extra Deum.*

clesię scribe, Hęc dicit primus
& nouissimus, qui fuit mor-
*vixit & c. tuus, & "viuit', [9] Scio tribula-
tionem tuam & paupertatem
tuam, sed diues es: & blasphe-
maris ab his qui se dicunt Iu-
dæos esse & non sunt, sed sunt
synagoga satanæ. [10] Nihil ho-
rum timeas quæ passurus es.
C Ecce missurus est diabolus ali-
quos ex vobis in carcerem vt
tentemini: & habebitis tribu-
lationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem: & da-
bo tibi coronam vitæ. [11] Qui habet aurem, audiat quid Spiri-
tus dicat Ecclesiis, Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.
[12] Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet
D romphæam vtraque parte acutam, [13] Scio vbi habitas, vbi se-
des est Satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem
meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus
est apud vos, vbi satanas habitat. [14] Sed habeo aduersus
Num. 24,3. 25,2. 31,16. te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui
docebat Balac mittere scan-
dalum, coram filiis Israël, ede-
re & fornicari: [15] ita habes &
tu tenentes doctrinam Nico-
laitarum. [16] Similiter pœni-
tentiam age. si quo minus: ve-
niã tibi citò, & pugnabo cum
illis in gladio oris mei. [17] Qui
E habet aurem, audiat quid Spi-
ritus dicat Ecclesiis, Vincenti
dabo manna absconditum, &
dabo

Primus & nouissimus.] *Diuinitas in humana essentia.*
9 Qui se dicunt Iudæos.] *Qui sanctitatem in carne constituunt suam.*
Satanæ.] *Deo aduersarij.*
10 Quæ passurus es.] *Interim dũ tentaris.*
Diabolũ.] *Id quod Deo omnino aduersatur.*
In carcerem.] *Malum ipsum semet intra appetitionum propriarum vincula torquebit.*
Decem dies.] *Decem operariæ luces in tentatione ponendæ.*
11 Spiritus.] *Dei essentia.*
A morte secunda.] *Damnationis.*
12 Pergami.] *Communitati sublimitatis vel in diuina vel in terrestri essentia propter priuatũ affectũ.* Romphæã.] *Iustũ iudicium.*
13 Antipas.] *Diuina natura fidele testimonium.* Vbi Satanas habitat.] *In sublimitate priuata.*
14 Aduersus te.] *Humanam naturam vitiosam.* Balaam.] *Fallacis cupidinis carnis.*
Balac.] *Confusam appetentiam.*
Edere.] *Ex victimis pollutis simulacrorum, hæc ad vitiosam carnis priuatam appetentiam sincerè Dei gubernationi aduersatam.*
15 Nicolaitarum.] *Generalis appetentia subiiciendi terrestri industriæ quidquid ad liberam diuinitatem pertinet.*
16 In gladio.] *Virtute sermonis ac iudicij mei diuini.* 17 Spiritus.] *Ipsa diuinitas dicit humanæ naturæ.* Manna.] *Cælestem*

panem illum sub manna imagine arcanè indicatum, de quo qui edunt, viuunt vita Dei.
Calculum.] *Ipsam diuinā cōmunicationem.*
Nisi qui accipit] *intra animum suum diuino ac viuenti dono.*
18 Thyatiræ.] *Communitati interna diuinam iustitiam & virtutem intra hominem conficienti, vel rursus peccati regnum euertēti.*
Filius Dei.] *Iustitiæ fructifera fructus.*
19 Charitatem.] *Amorem ἀγάπην.*
Plura prioribus.] *Posterius facinus priori grauius.*
20 Aduersus te.] *Quæ naturæ aduersantur meæ.* Iezabel.] *Terrena industria fraudulenta, quæ carnis priuatis cupiditatibus in sese mœchatur, cuius natura insulæ tempestuoso mari cinctæ similis esse dicitur. mare autem impura carnis vitiositas est. Huic verò feminæ reges ac principes terræ omnes sese immiscuisse feruntur, & serui Dei, id est, memoria & intellectus seducti esse dicuntur, vt qui appetitionem studiumq; in terrena collocarint vitiosa natura, atque ita alienis à Deo rebus sese pauisse, quæ idolothyta sunt.*
21 Et dedit illi,] *Terrestri industriæ.*
22 In lectum.] *Morbi grauis, nam libera Dei natura & virtus viuificans priuatæ industria terrenæ aduersatur.*
23 Interficiam.] *Ego Dei Filius.*
Ego sum.] *Ego iustitiæ fructus*
24 Thyatiræ.] *In destructore siue demolitore.* Altitudines Sathan.] *Sathanæ profunditates, simplicem proprietatem.*
Quemadmodum dicunt.] *Ipsimet iactāt.*
Aliud pondus.] *Nisi tantum vt Dei iustitiam feratis.*

dabo illi calculum cādidum:
& in calculo, nomen nouum
scriptum quod nemo scit, nisi
qui accipit. [18] Et angelo Thya-
tiræ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit
Filius Dei, qui habet oculos
tanquam flammam ignis, &
pedes eius similes aurichalco.
[19] Noui opera tua, & fidem, &
charitatem ⁼tuam', & ministe- ⁼*1 MS. Pr. 68*
rium & patientiam tuam &
opera tua nouissima plura
prioribus. [20] Sed habeo aduer- F
sus te pauca: quia permittis
mulierem Iezabel, quæ se di-
cit prophetem, docere, & sedu-
cere seruos meos, fornicari, &
mādu care de idolothytis: [21] Et *Iob 24, 23.*
dedi illi tempus vt pœniten-
tiam ageret: & nō vult pœni-
tere à fornicatione sua. [22] Ecce
"mittam' eam in lectum: & qui "ego mitto 1 MS. 2. Pr. 6.
mœchantur cum ea, in tribu-
latione maxima erūt, nisi pœ-
nitentiā ab operibus suis ege-
rint: [23] & filios eius interficiam
"in mortem', & scient omnes "in morte 8 MS G.
Ecclesiæ quia ego sum scrutās *1 Reg. 16, 7. Psal 7, 10.*
renes & corda, & dabo vnicuiq. vestrū secundum opera sua. *Iere. 11, 20. 17, 10. 20, 12*
[24] Vobis autem dico *cæteris qui Thyatirę estis, Quicunq. nō G
habent doctrinam hanc, qui non cognouerūt "altitudinē' sa- *& MS. c q. "altitudines 5 MS. G.
tanę, quemadmodū dicunt, non mittā super vos aliud pōdus.
[25] Tene- [25] tamen

[25] tamen id quod habetis, te-
nete donec veniam. [26] Et qui
*qui 3 MS. vicerit & *custodierit vsque in
finem opera mea: dabo illi po-
testatem super Gentes, [27] &
Psal. 1, 8. ~1 MS. Pr. c. reget eas in virga ferrea, ~&' tanquam vas figuli confringen-
tur, [28] sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellã matu-
tinã. [29] Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

25 Tenete.] *Tuam seruato simplicitatem, quoad ipse Dei bonus fructus veniam.*
26 Super Gentes.] *Rusticam terrestrem humanitatem.*
28 Stellam matutinam.] *Lumen viuum celeste.* 29 Spiritus.] *Deus ipse.*

CAP. III.

A ET [1] Angelo Ecclesiæ Sar-
dis, scribe, Hæc dicit qui
habet septem Spiritus Dei, &
septem stellas, Scio opera tua,
quia nomen habes quòd vi-
uas, & mortuus es. [2] Esto vi-
gilans, & confirma cętera quę
*inueni 3 MS. Pr. c. moritura erãt. Non enim *in-
uenio' opera tua plena coram
Deo meo. [3] In mente ergo ha-
be qualiter acceperis & audie-
ris: & serua, & pœnitentiam
age. Si ergo non vigilaueris,
Infr. 16, 15. 1 Th. 5, 2. veniam ad te tanquam fur, &
2 Petri 3, 10. nescies qua hora veniam ad
te. [4] Sed habes pauca nomina
in Sardis, qui non inquinaue-
runt vestimenta sua: & ambu-
labunt mecum in albis, quia
digni sunt. [5] Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non
B delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius
coram Patre meo, & coram Angelis eius. [6] Qui habet aurem,
audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. [7] Et Angelo Philadelphię

IN CAP. III.

1 Sardis.] *Gaudij caput, quod in vnico Deo constitui oportuit.* Hæc dicit.] *Humanæ naturæ ipse Deus dicit.* Mortuus es.] *Terrenæ delectationis gaudium, quamquam viuere videatur, mortuum tamen est.*
2 Esto vigilans.] *Fidei firmitudinem & spem alloquitur Deus in humana natura.* Quæ moritura erant.] *Quæ reiicienda tibi erant, vt infidelitas & quæ hanc comitantur, reiicito.* ἃ ἔμελλες ἀποβαλεῖν. *hoc est, qui pœnitentiam non curat, propriis malis pereat.*
3 Quomodo acceperis.] *Quemadmodum acceperis doctrinam vitæ & regni per Euangelium.* Tanquam fur.] *Noctu, hoc est, intra peccatorum tenebras versantem & obcæcatum.*
4 Pauca nomina.] *Quosdam in tuo terrenæ naturæ gaudio.* In vestimentis albis.] *Confirmato videlicet per diuinam virtutem ac naturam gaudio.*
5 Coram Patre meo, & coram.] *In pleno cælestis ac diuinæ naturæ throno.*
7 Angelo Philadelphiæ.] *Fraterno amori, cuius actionem in Deo esse oportet.*
Sanctus.]

Ecclesiæ scribe, Hęc dicit San-
ctus & Verus, qui habet clauē *Isaia 22,22. Iob 12,14.*
Dauid: qui aperit, & nemo
claudit: claudit, & nemo ape-
rit. 8 Scio opera tua. Ecce dedi
corā te ostiū apertū quod ne-
mo potest claudere: quia mo-
dicā habes virtutē, & seruasti
verbū meū, & nō negasti no-
mē meū. 9 Ecce dabo de syna-
góga satanæ, qui dicunt se Iu-
dæos esse, & nō sunt, sed men-
tiuntur. Ecce faciā illos vt ve-
niāt, & adorēt ante pedes tuos.
& scient quia ego dilexi te.
10 quoniā seruasti verbū patiē- C
tiæ meæ, & ego seruabo te ab
hora tentationis, quæ ventura
est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. 11 Ecce
venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuam.
12 Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei:
& foras non egredietur amplius: & scribam super eum no-
men Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem,
quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.
13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. 14 Et
Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Amen, testis fi-
delis & verus, qui est principium creaturæ Dei. 15 Scio opera *Eccl. 24,9,14 Coloss. 1,15.*
tua, quia neque frigidus es, neque calidus. vtinam frigidus D
esses, aut calidus. 16 sed quia tepidus es, & nec frigidus nec ca-
lidus, incipiam te euomere ex
ore meo. 17 quia dicis, Quòd
diues sum, & locupletatus, &
nullius

Sanctus.] *Dei fructus.* Clauem Dauid.] *Diuinam virtutem in humanā naturā efficacē.*

8 Non negasti nomen meum.] *Virtutem naturamq́ meam in fraterna dilectione.*

9 Qui dicunt se Iudæos.] *Carnis sanctitas nominata.* Vt veniant, & adorent.] *Iustitia terrena ex carnis proprietate priuatim producta coram viua & vera Dei iustitia succumbet*

10 Habitantes in terra.] *In terrestri vitiosa natura.*

12 In templo Dei mei.] *In corde per Spiritum sanctum ac rectum renouato.* Foras.] *à Dei virtute & custodia ac firmitudine.* Quæ descendit] *in hæc inferiora.* Nomen meum.] *In cælesti natura.*

14 Laodiciæ.] *Iustitia populi siue populi iusti; quem, inquam, oporteat esse iustum iustitia à Deo communicata & Deo ipsi accepta referenda.* Amen.] *Verax.* Principium creaturæ Dei.] *Primogenitus naturæ diuinæ, & primogenitus in multis fratribus per eundem ex Deo natis, qui populi fallenti iustitiæ obtestatus sit.*

16 Ex ore meo.] *Ex natura mea sanctitudine.*

17 Quia dicis.] *Filij Dei notatio aduersus simulatam carnis iustitiam.*

nullius egeo. & nescis quia
tu es miser, & miserabilis, &
pauper, & cæcus, & nudus.
[18] Suadeo tibi emere à me au-
rum ignitum probatū, vt lo-
cuples fias: & vestimentis al-
bis induaris, vt non appareat
confusio nuditatis tuæ: & col-

18 Albis vestimentis.] *Diuina virtutis ac sanctitatis.*
19 Ego.] *Diuina natura.*
Æmulare.] *Monitio humanæ naturæ iniustitiæ per diuinam iustitiam facta.*
20 Ad ostium.] *Cordis humani.*
Ianuam.] *Cordis.*
21 In throno meo.] *Iustitia vera.*
22 Spiritus] *Diuinus, Diuina natura, Deus ipse.*

Prou. 3, 11. Heb. 12, 6.

mihi MS q. Pr.

lyrio inunge oculos tuos vt videas. [19] Ego quos amo, arguo
& castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age. [20] Ecce sto ad
ostium & pulso. siquis audierit vocem meam, & aperuerit*
ianuam, intrabo ad illū, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.
[21] Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut &
ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. [22] Qui habet
aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

CAP. IIII.

A POst [1] hæc vidi: & ecce
ostium apertum in cęlo,
& vox prima quā audiui tan-
quam tubę loquentis mecum
dicens, Ascende huc, & osten-
dam tibi quæ oportet fieri* ci-
tò* posthæc. [2] *Statim fui in
spiritu: & ecce sedes posita erat
in cælo, & supra sedem sedēs.
[3] Et qui sedebat, similis erat
aspectu, lapidis iaspidis, & sar-
dini: & iris erat in circuitu se-
dis, similis visioni smaragdi-
B næ. [4] Et in circuitu sedis sedilia
vigintiquatuor: & super thro-
nos, vigintiquatuor seniores
seden-

— MS. Pr. R. G.
Post hæc statim MS q.
Et 5 MS. R. G.

IN CAP. IIII.

1 Vidi.] *Ego gratia Dei, cui nomen Ioānes.* Ostium apertum in cælo.] *Gratia Dei intuetur in cælestem naturam.* Ascende huc,] *In hanc meam altam naturam & virtutem.* Quæ oportet fieri] *In me, virtuteq́; mea.*
2 Fui in spiritu.] *Intra sanctam Dei virtutem & præstantiam.* Sedes.] *Sancta Dei quies.* Sedens.] *Christus Dei, qui in sede sua potestatem habet in omnem spiritum.*
3 Iaspidis, & sardini.] *Alter densus & firmissimus, alter pellucidus; vterque splendens suaui lumine.* Iris.] *Splendor aquæ & ignis pariter, in quo diuina præstantia intra humanitatem coram cælo ac terra sese in mortem & in vitam ostendit.*

4 Sedilia vigintiquatuor.] *In quibus quiescunt spiritus prompti ad ministrandum.* *Duodecim ministratorij spiritus, qui priori legali prophetia ministrarunt, & totidē in Christiana similitudine. hi omnes ministrant Christo, hoc est, diuinæ natiuitati, secūdum carnem intra humanam essentiam, hi in cælestis essen-*
tia

tiæ antiquitate lucem & claritatem suam omnes à throno accipiũt, hoc est, à Diuina quiete, & à sedente super thronum.
Coronæ aureæ.] *Victoria sui ipsorum aduersus terrenã sortem & vicem siue essentiam.*
5 Septem lampades] *ardentes lumine ministro ante thronum.* Septem Spiritus Dei.] *Septem Spiritus iustitiæ Dei, indices intra hominem iudicij iustitiæ in damnationem peruersæ essentiæ.* 6 Tanquam mare vitreum.] *Pellucida & mobilis cæli essentia, quæ sese circum thronũ dilatat, expãdit, & mouet.* Quatuor animalia.] *Quatuor cognitionis genera in humana essentia diuisa; cognitio prophetiarum sub lege, & cognitio peccatorũ, & gratiæ notitia, & obedientiæ Dei cognitio, quorum fructus intra humanitatem huiusmodi fructuum formarumq; generatio est.*
7 Simile leoni.] *Primus fructus legis seueritas; secundus dissoluta rusticitas; tertius homini similis, humana cognitio peccati; quartus aquila volans, dolor terrestris ac damnabilis, nunc sursum nunc deorsum mobilis, nec vsquam conquiescens.*
8 Alas sex.] *Quibus aëra ventumq; accipiũt,* oculis plena, *quibus malum vnde damnãtur conspicientia, nunquam conquiescunt. Nam delusa humana natura atque Dei virtute carens, perpetuò exercetur sensibus terrestribus & cogitationibus continuis inquieta, tam in luce quàm in tenebris; quamobrem doloribus propriis acta, clamat,* Sanctus, *&c. quippe ex lucente diuina natura claritate aduersus peccatorum malitiam obiecta, in sanctitatis diuinæ cognitionem inducitur.*
9 Et cum darent illa.] *Viginti & quatuor seniores diuinæ essentiæ ministrantes, ante thronum procumbunt adorantes vbi quatuor animalia, hoc est, humana essentia integra subtus Dei essentiam sese demittit.*
10 Mittebant coronas suas.] *Vniformes redditi*

sedentes, circumamicti vesti-
mẽtis albis, & in capitibus eo-
rũ coronæ aureæ. 5 Et de thro-
no procedebãt fulgura, & vo-
ces, & tonitrua: & septem lam-
pades ardentes ante thronum,
"qui sunt septem Spiritus Dei. "quæ 2 MS. R.G.
6 Et in conspectu sedis tãquam
mare vitreum simile crystal-
lo: & in medio sedis & in cir-
cuitu sedis quatuor animalia
plena oculis antè & retrò. 7 Et
animal primum, simile leoni:
& secũdum animal, simile vi-
tulo: & tertiũ animal, habens C
faciẽ quasi hominis: & quartũ
animal, simile aquilæ volãti.
8 Et quatuor animalia, singula
eorum habebant alas senas in
circuitu: & intus plena sunt
oculis. & requiem nõ habebãt
die ac nocte, dicentia, Sãctus, Isaie 6, 2.
sanctus, sanctus Dñs Deus
omnipotẽs, qui erat, & qui est,
& qui venturus est. 9 Et cũ da-
rent illa animalia gloriam &
honorem & benedictionẽ se-
denti super thronũ, viuenti in
secula seculorũ: 10 procidebant D
vigintiquatuor seniores ante
sedentem in throno, & adora-
bant viuentem in secula seculorum, & mittebãt coronas suas
ante

ante thronum dicentes, 11 Di-
gnus es Domine Deus noster
accipere gloriam & honorem
& virtutẽ: quia tu creasti om-
nia, & propter voluntatem
tuam erant & creata sunt.

CAP. V.

A ET 1 vidi in dextera seden-
tis supra thronũ, librum
scriptum intus & foris, signa-
tum sigillis septem. 2 Et vidi
Angelum fortem, prædican-
tem voce magna, Quis est di-
gnus aperire librum, & solue-
re signacula eius? 3 Et nemo
poterat neque in cælo, neq. in
terra, neque subtus terrã ape-
rire librum, neque respicere il-
lum. 4 Et ego flebam multum,
quoniam nemo dignus inuẽ-
tus est aperire librum, nec vi-
*dicit 6 MS. Pr. C. dere eum. 5 Et vnus de seniori-
bus *dixit mihi, Ne fleueris:
ecce vicit leo de tribu Iuda,
radix Dauid, aperire librũ, &
B soluere septem signacula eius.
6 Et vidi, & ecce in medio
throni & quatuor animalium,
& in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum,
habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem
spiritus Dei, missi in omnem terram. 7 Et venit, & accepit de

redditi, atq; diuinæ naturæ sese dedentes, quam authorem omnium rerum, quæ res dici possunt, agnoscunt.

IN CAP. V.

1 Super thronum.] *Super gloriosam Dei quietem.* Librum scriptum.] *Arcanum essentialis virtutis Dei.* Sigillis septem.] *Legibus quibus sanctum essentia diuinæ secretum conseruatur, quibus nemo satisfacere possit præter vnicam obedientiæ Iesu Christi humilitatem.* 2 Angelum fortem.] *Testimonium fortitudinis diuinæ.*

3 Et nemo.] *Extra essentialem natiuitatem quæ ex Deo est.* Poterat aperire librum.] *In quo legis & prophetiarum mysteriorũ consummatio est.*

4 Quia nemo dignus.] *Nemo perfectam legis iustitiam præstare poterat præter vnicam Christi obedientis natiuitatem, à sancta Dei essentia profectam.*

5 Radix Dauid.] *Amabilitas diuina.* Aperire librum, & soluere septem signacula eius.] *Perficere & consummare legẽ, diuinaq; arcana intra hominem reuelare.*

6 Agnum stantem.] *Humilis & mansueta Christi diuinitas intra fragilem humanam essentiam, atque intra sua essentia testimonia.* Septem spiritus.] *Septem beatitudines in luce contentas.* Missi in omnem terrã.] *In omnes hominum sensus & cogitationes. Singulæ verò beatitudines singuli oculi siue luces sunt, iidemq; septem spiritus vnico spiritui atque essentiæ vnica ad salutem intra humanam naturam ministrantes.*

7 Et venit.] *Agnus, hoc est, ipsa Christi benignitas.* Accepit librum.] *Consummationem ac perfectionem legis & arcanorũ Dei.*

Sedentis

Sedentis ſuper thronum.] *Virtutis ac fortitudinis eſſentia Dei.*

8 Quatuor animalia.] *Humana eſſentia diuiſa.* Vigintiquatuor ſeniores.] *Miniſtratorij illi ſpiritus.*

9 Dicentes] *Agno, id eſt, Dei benignitati.* Accipere librum.] *Cæleſtis eſſentia arcanũ.* Et aperire ſignacula eius.] *Legis inſtitiam & prophetica arcana præſtare.* Ex omni tribu, lingua ac populo.] *Ex integra terreſtri eſſentia in cæleſti tua virtute, eſſentia & natura.*

10 Feciſti nos.] *Humanam naturam.* Regnabimus ſuper terram.] *Super terreſtrem eſſentiam.*

11 Vocem Angelorum.] *Spiritum eſſentia Dei.* In circuitu throni.] *Quietis diuinæ.* Et animalium & ſeniorum.] *Nam Spiritus Dei cælum ac terram continens, prophetiam ſuam complectitur.* Millia millium.] *Innumerabilis multitudo.*

13 Et omnem creaturam quæ in cælo.] *Cæleſtem & naturalem eſſentiam.* Sedenti in throno.] *Quiete diuina.* Agno.] *Dei benignitati.*

14 Vigintiquatuor ſeniores.] *Miniſteriales ſpiritus qui præceſſere.*

dextera ſedentis in throno li-
brum. 8 Et cùm aperuiſſet li-
brum, quatuor animalia & vi-
gintiquatuor ſeniores ceciderunt corã agno, habentes ſin-
guli citharas, & phialas aureas
plenas odoramentorum, quæ
ſunt orationes ſanctorum: 9 &
cantabant canticum nouum,
dicentes, Dignus es ⁻Domine' C ⁻3 MS. Pr. G.
accipere librum, & aperire ſi-
gnacula eius: quoniam occi-
ſus es, & redemiſti nos Deo in
ſanguine tuo, ex omni tribu &
lingua & populo, & natione;
10 & feciſti nos Deo noſtro "re- "reges G.
gnum' & ſacerdotes, & "regna- "regnabunt 12 MS. G. Q. D.
bimus' ſuper terram. 11 Et vidi,
& audiui vocem Angelorum
multorum in circuitu throni,
& animalium & ſeniorum: &
& erat numerus eorum millia Dan. 7, 10.
millium, 12 dicentium voce D
magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem,
& "diuinitatem', & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, "diuitias Pr. G.
& gloriam, & benedictionem. 13 Et omnem creaturam quæ
in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari,
& quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, &
Agno, benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſecula ſe-
culorum. 14 Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti
quatuor ſeniores ceciderunt ⁻in facies ſuas': & adorauerunt ⁻Pr. G. ⁻7 MS. G. Deum & Pr & G. q. legunt.
⁻viuentem in ſecula ſeculorum'.

CAP.

CAP. VI.

A ET [1] vidi quòd aperuisset
Agnus vnum de septem
sigillis,& audiui vnũ de qua-
tuor animalibus dicens, tan-
quam vocem tonitrui, Veni,
& vide. [2] Et vidi: & ecce equus
albus,& qui sedebat super il-
lum habebat arcum, & data
est ei corona,& exiuit vincens
vt vinceret. [3] Et cùm aperuis-
set sigillum secundum,audiui
secundũ animal,dicens,Veni,
& vide. [4] Et exiuit alius equus
rufus: & qui sedebat super il-
lum, datum est ei vt sumeret
pacem de terra,& vt inuicem
se interficiant, & datus est ei
gladius magnus. [5] Et cùm ape-
ruisset sigillum tertium,audi-
ui tertium animal,dicens,Ve-
B ni, & vide. Et ecce equus ni-
ger:&qui sedebat super illum,
habebat statêrã in manu sua.
[6] Et audiui tanquam vocem in
medio quatuor animalium [a] dicentium: [b] Bilibris tritici dena-
rio,& tres [c] bilibres hordei denario,& vinum & oleum ne læ-
seris. [7] Et cùm aperuisset sigillum quartum, audiui vocem
quarti animalis dicentis,Veni,& vide. [8] Et ecce equus pal-
lidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & in-
fernus sequebatur eum, & data est illi potestas super qua-
tuor partes terræ,interficere gladio,fame,& morte, & bestiis
terræ.

[a] dicentem 6 MS. 2. Pr. G.
[b] χοῖνιξ.
[c] χοίνικας.

IN CAP. VI.

1 Vnum de septem sigillis.] *Iustitiæ aduersus peccati legem diuinumq́ arcanum.* Vnum de quatuor animalibus.] *Sensus intra caducam humanitatem diuisos.*

2 Equus albus.] *Vis ex diuina essentia progressa.* Qui sedebat.] *Iustitiæ fructus.* Habebat arcum.] *Spiritus zelum erga hominum salutem.*

4 Equus rufus.] *Initium mortis aduersum terrenam sanguineam essentiam.* Et qui sedebat.] *Iustitiæ fructus.* Vt sumeret pacem de terra.] *Vt à terrestri essentia pacem tolleret. Non veni pacem mittere in terram, sed gladiũ.* Et vt inuicẽ se interficiãt.] *Carnales sensus.* Gladius magnus.] *Iustitiæ lex, qua terrestris vita occiditur.*

5 Equus niger.] *Peccatorum obscuritas & perturbatio.* Qui sedebat.] *Iustitiæ fructus.* Stateram.] *Iustam Dei virtutẽ & essentiam ad examen iustitiæ Dei ac iustitiæ terrenæ.*

6 Bilibris tritici,&c.] *Terrestris vita alimento destituetur, ne vlterius in propria alatur malitia.* Vinum & oleum.] *Nouæ vitæ alimentum.*

8 Equus pallidus.] *Mortis vis in terrestrem vitam.* Nomen illi Mors.] *Damnationis mors in terrestrem vitam.* Infernus.] *Æterna punitio.* Super quatuor partes terræ.] *Super integram terrestrem essentiam intra hominem.* Gladio.] *Lege iustitiæ.* Fame,morte,& bestiis terræ.] *Terrenis anxietatibus ac doloribus mortis.*

9 Subtus altare.] *Sub legis sacrificiis.*
Animas interfectorum propter verbum Dei.] *Diuina virtus intra hominē occisa, cum relicta Dei essentia terrestris proprietas ac vita optatur. Non quòd diuinitas secundum se occidi possit aut mori, sed quòd seruetur sub altari, hoc est, sub cultu & ministerio gratiæ Dei, donec per Christum Dei asseratur.*

10 De his qui habitant in terra.] *Terrestri essentia.*

11 Vt requiescerent ad tempus modicum.] *Cùm diuina natura intra mortem iacens in humana essentia, per Dei iustitiam intra humanitatem excitatur, quærit ac rogat quando erit vt legis iustitia diuinas virtutes intra hominem occisas vlciscatur: iubetur verò expectare, donec malitia ad summum processerit, atque abundauerit delictū, & diuinitas ipsa vsque ad mortem patientiā protulerit. Namq; ita fiet vt ipsa humanitatem morte afficiat, ita per huiusmodi mortem, ipsa diuina vita intra humanam naturam plantata viuat & vigeat.*

12 Ecce terræmotus.] *Terrestris essentiæ concussionē significat ex propriæ damnationis cognitione.* Sol *hoc loco, terrenum lumen priuatum quo ipsa ducitur,* Luna *terrenam propriam doctrinam excogitatam, quæ cum sanguis fit, mortalem siue mortiferam sese præbet.* Stellæ *verò, hoc est, priuata sibiq; vsurpata iustitia, decidunt in terrestrem essentiam vnde exorta fuerant:* Cælum *porrò, id est, spes ac solamen terrestris essentiæ conuoluitur atque concluditur.*

13 Grossos suos.] *Inutiles ficos.*

14 Montes & insulæ.] *Terrestris essentia superior & inferior.*

15 Reges & principes, &c.] *Appetitus omnes sensuales tam maiores quàm minores & desideria terrestria intra induratum sub priuata carnis sapientia cor sese abdunt.*

17 Dies

terræ. 9 Et cùm aperuisset si- C
gillum quintum: vidi subtus
altare animas interfectorum
propter verbum Dei, & pro-
pter testimonium quod habe-
bant. 10 & clamabāt voce ma-
gna, dicentes, Vsquequo Do-
mine, (sanctus, & verus,) non
iudicas & non vindicas san-
guinem nostrū de iis qui ha-
bitant in terra? 11 Et datæ sunt
illis singulæ stolæ albæ: & di-
ctum est illis vt requiescerent
adhuc tempus modicum, do-
nec compleantur conserui eo-
rum, & fratres eorum qui in-
terficiēdi sunt sicut & illi. 12 Et
vidi, cùm aperuisset sigillum
sextum: & ecce terræmotus D
magnus factus est, & sol fa-
ctus est niger tanquam saccus
cilicinus: & luna tota facta est
sicut sanguis: 13 & stellę [a] de cę- [a] cœli 2 ms. e.
lo ceciderunt super terram, si-
cut ficus emittit grossos suos
cùm à vēto magno mouetur:
14 & cælum recessit sicut liber
inuolutus: & omnis mons, &
[b] insulæ de locis suis motæ [b] insula x. e.
sunt: 15 & reges terræ & prin-
cipes, & tribuni, & diuites, &
fortes, & omnis seruus, & liber abſconderunt se in speluncis
& in

& in petris montium. [16]& di-
Esa. 2,19. Osee 10,8. Luc. 23,30. Infr. 9,6. cunt montibus & petris: Ca-
dite super nos, & abscondite
nos à facie sedẽtis super thro-
num, & ab ira Agni: [17]quoniã
vẽnit dies magnus iræ ipso-
rum. & quis poterit stare?

Cap. VII.

A POst [1] hæc vidi quatuor
Angelos stantes super
quatuor angulos terræ, tenen-
ne flaret ventus 4 MS.G. tes quatuor ventos terræ "ne
flarent' super terram, neq. su-
per mare, neque in vllam ar-
borem. [2]Et vidi alterum An-
gelum ascendentem ab ortu
solis, habentem signum Dei
viui: & clamauit voce magna
quatuor Angelis, quibus datũ
est nocere terræ & mari, [3] di-
neque 4 MS.Pt.G. cens, Nolite nocere terræ "&'
mari, neque arboribus, quo-
adusque signemus seruos Dei
nostri in frontibus eorum. [4]Et
audiui numerũ signatorum,
centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu fi-
B liorum Israël. [5]Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tri-
bu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim
millia signati. [6]Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tri-
bu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse,
duodecim millia signati. [7]Ex tribu Simeon, duodecim millia
signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issa-

17 Dies magnus iræ.] *Iustitia lex. ita porrò humanitas illa terrestris cum omni præstantia, vi, potestate, opulentiaq́ue sua debilitata corruit, nec quò sese abducat inuenit, vt iustam diuinæ essentiæ virtutem in se non experiatur. quippe grauißimè iniusta terrestris essentia dolet & angitur, vbi diuinam iustitiam videre ac efficienter sentire cogitur.*

In cap. VII.

1 Ne flarent super terram.] *Ne terrena essentia refrigerij aut gaudij quicquam in propria terrestri vita exciperet.*

2 Quatuor Angelis.] *Potentiis Dei.* Quibus datum est nocere.] *Dum Dei potestas ad occisionem & abolitionem terrestris essentiæ prodit.* Habentem signum Dei viui.] *Diuinitas ipsa suam potentiã alloquitur.*

3 Quoadusque signemus.] *Quoad natura diuina intra terrestrem essentiam ad mortem vsque oppressa signetur & reformetur in ipsa viua Deitate, hoc est, in capite proprio, antequam iudicium in terrestrem essentiam exerceatur, ne bonum cũ malo simul extirpetur.*

4 Ex omni tribu filiorum Israël.] *Seminis cum Deo valentis.*

5 Ex tribu Iuda.] *Laudis & confeßionis.* Reuben.] *Visionis & inspectionis.* Gad.] *Præparationis.*

6 Asser.] *Salutis.* Nephthali.] *Æquitatis siue æquationis.* Manasse.] *Obliuionis.*

7 Simeon.] *Auscultationis.* Leui.] *Adiunctionis, siue adiuncti.* Issacar.] *mercedis.*

8 Zebu-

8 Zebulon.] *Habitationis.* Ioſeph.] *Perfectionis.* Ben-iamin.] *Filij dexteræ manus. Atq; ita cæleſtis exercitus integer Ioanni, hoc eſt, gratia viſus eſt. id eſt, integra cæleſtis eſſentia cum innumeris generationibus ſuis in eſſentia Dei ipſius, quam Ioannes ipſe humanæ diuiſæ naturæ indicans teſtatur, quam viſionem verè ac reipſa explicatum iri dicit in fine temporum.* 9 Et palmæ in manibus eorum.] *Diuina fructificatio.*

10 Clamabant voce magna.] *Integra naturalis eſſentia, quæ Gentibus etiam conſtat, ſalutem ſibi perinde atque miniſtratoriis ſpiritibus legis ac prophetiarũ à Deo cœli per Chriſtum Dominum, hoc eſt, potentem & fortem allatam confitetur; nam quidquid figuris includebatur, diuina fulciebatur eſſentia.*

11 Et omnes Angeli.] *Virtutes & ſpiritus miniſteriales.* Quatuor animaliũ.] *Diuiſa humana natura cũ ſuis variis cognitionibus.*

13 Vnus de ſenioribus.] *Legis iuſtitia.* Et dixi illi.] *Gratiæ ſermo ad legis iuſtitiam.*

14 Qui de tribulatione magna.] *Diuina & humana eſſentia intra hominem propter peccata per diuinam legem mortificata.* Lauerunt ſtolas ſuas.] *Suam vnicã, veram, & eſſentialem vitã Dei.* Et dealbauerũt.] *Puram ſanctamq; reddiderunt per complantationem diuinæ mortis & ſanguinis agni, ita vt priuatum diuiſumq; peccatum in ipſis extinctum, vitæq; expers redditum ſit.*

15 Nocte.] *In oppreßione atque anguſtia.* Et die.] *In gaudio & gratulatione.* In templo eius.] *In humano corde ſanctificato.* Qui ſedet in throno.] *Eſſentialis diuinitas.*

char, duodecim millia ſignati.
[8]Ex tribu Zabulon, duodecim
millia ſignati. Ex tribu Ioſeph,
duodecim millia ſignati. Ex
tribu Ben-iamin, duodecim
millia ſignati. [9]Poſt hæc vidi C
turbam magnam quam dinu-
merare nemo poterat, ex om-
nibus gentibus, & tribubus,
& populis, & linguis: ſtantes
ante thronum, & in conſpectu
Agni, amicti ſtolis albis, &
palmæ in manibus eorũ, [10] &
clamabant voce magna, dicẽ-
tes, Salus Deo noſtro qui ſe-
det ſuper thronum, & Agno.
[11]Et omnes Angeli ſtabant in
circuitu throni & ſeniorum &
quatuor animalium: & ceci-
derunt in conſpectu throni in
facies ſuas, & adorauerunt
Deum, [12]dicentes, Amen. Be-
nedictio, & claritas, & ſapien-
tia, & gratiarum actio, honor
& virtus, & fortitudo Deo no-
ſtro in ſecula ſeculorũ. Amen.
[13]Et reſpondit vnus de ſenioribus, & dixit mihi, Hi qui D
amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? [14]Et dixit
illi, Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerũt de
tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt
eas in ſanguine Agni. [15]Ideò ſunt ante thronũ Dei, & ſeruiũt
ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habita-
bit

Isai 49,10. bit ſuper illos. 16 non eſurient
neque ſitient amplius, nec ca-
det ſuper illos ſol, neque vllus
æſtus. 17 quoniam Agnus qui
in medio throni eſt, reget illos,
& deducet eos ad vitæ fontes
Isaia 25,8. Infr. 21,4. aquarum, & abſterget Deus
omnem lachrymam ab ocu-
lis eorum.

CAP. VIII.

A ET cùm aperuiſſet ſigillũ
ſeptimum, factum eſt ſi-
lentium in cælo, quaſi media
hora. 2 Et vidi ſeptem Angelos
ſtantes in cõſpectu Dei: & da-
tæ ſunt illis ſeptem tubæ. 3 Et
alius Angelus venit & ſtetit
ante altare, habẽs thuribulum
aureũ: & data ſunt illi incenſa
-2 MS.O. Q.B. multa, vt daret de orationib9
ſanctorum omnium ſuper al-
tare aureũ: quod eſt ante thro-
-7 MS.Pr.G. num Dei. 4 Et aſcendit fumus
incenſorum de orationibus
ſanctorum de manu Angeli
coram Deo. 5 Et accepit An-
**aureum MSQ.* gelus thuribulum*, & imple-
uit illud de igne altaris, & mi-
ſit in terram, & facta ſunt to-
nitrua & voces & fulgura, &
terręmotus magnus. 6 Et ſeptẽ
Angeli qui habebant ſeptẽ tubas, pręparauerũt ſe vt tuba ca-
nerent.

16 Non eſurient.] *Vtpote ab eſſentia Dei in vita ſancta ac vera nutriti.* Nec cadet ſuper illos ſol.] *Legis claritas arguens.* Nec vllus æſtus.] *Damnationis inferna.*

17 Quoniam Agnus.] *Diuina bonitas ac benignitas.* Reget illos] *in ſua ſancta virtute.* Et abſterget Deus] *diuina lætitia.*

IN CAP. VIII.

1 Et cùm [*Agnus*] aperuiſſet ſigillum ſeptimum.] *Cùm peccati ac mortis lex, quam diuinæ naturæ vita in morte ſigillauerat, Dei benignitate ſublata fuit, tunc ſilẽtium, hoc eſt, ſenſus & cognitio vniformis in cæleſti eſſentia vitæ, qua tranquillitate durante ſeptem Angeli viſi.*

2 Stantes in conſpectu Dei.] *Virtus & vis diuina in ſeipſa & circa ipſam.* Et datæ ſunt illis ſeptem tubæ.] *Diuinitati ſe ipſam humanitas dedens, atque ita diuina natura poteſtatem habet torquendi ac puniẽdi malitiã in terreſtri eſſentia per miniſtros ſuos.*

3 Ante altare.] *Intra humanum cor, vbi ſacrificium Deo fit.* Thuribulum aureũ.] *Comprehenſionem amabilitatis diuinæ.* Incenſa multa.] *Diuina amplificatio in omni bono.* Ante thronũ.] *Glorioſam quietẽ.*

4 Aſcendit fumus incenſorum.] *Odor orationum ſanctorũ, id eſt, ſanctus erga Deum amor, & purum gratumq; ſtudium.*

5 Et accepit Angelus thuribulum.] *Deſiderium & ſtudium iuſtitiæ Dei. Angelus Dei per adminiſtrationem diuini ſacrificij flagrantem Chriſti charitatem, ſalutisq; publicæ amorem in terra, hoc eſt, in terreſtri corde manifeſtat; quãobrem terrena eſſentia quòd diuinam iuſtitiam damnationemq; propriam agnoſcat, ita opprimitur & vexatur, vt in tonitrua & fulgura, id eſt, clamores tremoresq; erumpat.*

6 Vt tuba canerent.] *In terreſtri eſſentia.*

7 Tertia

7 Tertia pars arborum.] *Terrena fructificatio. Nam vbi terrestris essentiæ malitia, cautela, & industria per Angelum, diuinum instinctum, detegitur ante Deum & ante simplicem humanam naturam, tunc proprio inuido igne sese ipsa terrena essentia illuminat, grandineumq́ imbrem, hoc est, vltionis cupiditatem in terram, id est, in seipsam exercet, ita fit vt grando cum sanguine morteq́ misceatur, ex eoq́ omnis viridis fructificatio terrestris essentiæ exusta consumitur.*

8 Igne ardens.] *Inuidia. ita terrestris essentiæ inuidia sese exerere ostentareq́ studẽs, turbulentam inquietudinem suam mouet, idq́ mare perpetuò inquietum est, quamobrem ter*tia pars maris sanguis, *hoc est, dissolutionis mors fit.* 9 Tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari.] *Tormentum sibi ipsi allatum inter mortem & vitam.* Tertia pars nauium.] *Attractionis ac respirationis terrestris vitæ.*

10 In tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.] *Ita vt terrena affectio & gratulatio diuinæ effluxionis honorem ac decus arrogare sibi non valeat.*

Stella *hæc quæ de cælo cecidit, significat falsum lumen ingenij & industriæ terrestris, quæ intra terrestrem hominem aquas omnes scaturiginesq́ diuinas amaras reddit, quamobrem tertia vitæ terrestris pars interit.*

12 Et diei non luceret pars tertia.] *Ita vt terrestris essentiæ luminaria, fallacia, & excogitata obscurata fuerint, tã nocturna quàm diurna: quippe diuinum lumen cæleste terrestri vitæ mors est.* Et noctis similiter.] *Vsurpatum & præsumptum luminare.*

13 Per medium cæli.] *Cælestem essentiam.*
Væ, væ,

nerent. 7 Et primus Angelus
tuba cecinit, & facta est grãdo
& ignis, mista in sanguine, &
missum est in terram, & tertia
pars terræ cõbusta est, & ter-
tia pars arborum concremata
est, & omne fœnum viride cõ-
bustum est. 8 Et secundus An- C
gelus tuba cecinit: & tãquam
mõs magnus igne ardẽs, mis-
sus est in mare, & facta est ter-
tia pars maris, sanguis: 9 &
mortua est tertia pars creatu-
ræ eorum quæ habebant ani-
mas in mari, & tertia pars na-
uium interiit. 10 Et tertius An-
gelus tuba cecinit, & cécidit de
cęlo stella magna, ardens tan-
quam facula, & cécidit in ter-
tiam partem fluminum, & in
fontes aquarum: 11 & nomen
stellæ, dicitur Absinthium. & D
facta est tertia pars aquarũ in
absinthiũ: & multi hominum
mortui sunt de aquis, quia a-
maræ factæ sunt. 12 Et quartus
Angelus tuba cecinit: & per-
cussa est tertia pars solis, & ter-
tia pars lunæ, & tertia pars
stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non
luceret pars tertia, & "noctis similiter. 13 Et vidi, & audiui vo- *nox; MS. *nocti; MS. Q.D.
cem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce
magna:

magna: Væ, væ, væ habitanti-
bus in terra: de cęteris vocibus
*tubæ a M.S. C. *trium Angelorum qui erant
tuba canituri.

Cap. IX.

A ET [1] quintus Angelus tu-
ba cecinit, & vidi stellam
de cælo cecidisse in terram, &
data est ei clauis putei abyssi.
[2]Et aperuit puteum abyssi: &
ascendit fumus putei, sicut fu-
mus fornacis magnæ: & ob-
scuratus est sol & aër de fumo
putei. [3]Et de fumo putei exie-
runt locustę in terram. & data
est illis potestas, sicut habent
potestatem scorpiones terræ:
[4]& præceptũ est illis ne læde-
rent fœnũ terræ neque omne
viride, neq. omnem arborem:
nisi tantùm homines qui non
habent signum Dei in fronti-
*dictum o. bus suis: [5]&"datum'est illis ne
*cruciarent R.O. Textus conformis est e q. occiderent eos: sed vt"crucia-
rentur' mensibus quinque: &
cruciatus eorum, vt cruciatus
scorpij cùm percutit hominẽ.
Isaia 2, 19. [6]Et in diebus illis quærent ho-
Osee 10,8. Luca 23, 30. mines mortem, & non inue-
B nient eam: & desiderabũt mo-
Supr. 6,16. Supr. 16,9. ri, & fugiet mors ab eis. [7]Et si-
militudines locustarum, similes equis paratis in prœlium: &
super capita earum tanquam coronæ, similes auro: & facies
LL earum

Væ, væ, væ.] *Terrestribus sensibus singularibus gaudiis atque appetitionibus omnibus mors per diuinam iustitiam denuntiatur, idq; præsentibus cæteris triũ Angelorũ vocibus, qui terrestrẽ vitam ad iudicium etiam asciscunt.*

In cap. IX.

1 Vidi.] *Ioannes, id est, Dei gratia vidit.* Stellam de cælo.] *Iusta Dei vis proruit in terrenam vim quam arguere ac dãnare parat.*

2 Aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei.] *Pœna ac damnatio æterna terrestri essentia ante oculos constituitur, ita vt cælestis luminis aër & iustitiæ sol præ putei fumo intra terrestrem essentiam obscuretur.*

3 Locustæ.] *Humana terrenaq; malitia virus, pus & venenum, cuius in suos cultores & studiosos efficientia, nihil nisi dolores, tormenta, suiq; ipsius damnationem profert.*

4 Ne læderent fœnum terræ.] *Quidquid secundum naturam propriam in homine genitum producitur, namque id ex conditore est.* Nisi tantùm homines.] *Humanitatem illam terrestrem labefactatã ac Dei expertem.*

5 Ne occiderent eos.] *Peruersam terrestrem essentiam, vt hoc pacto tormentum non finiatur.* Mensibus quinque.] *Donec quinque humani sensus cum corruptis cogitationibus adnexis, propria, vana, atque sibi conficta lumina abiiciant, confusa nimirum atque extincta cum desideriis, actibus & cõcupiscentiis suis, idq; efficientia veneni quod scorpij hominem ferientis instar habet.*

6 Quærent homines.] *Terrestres sensus, cogitatus & voluptas carnis.* Fugiet mors ab eis.] *Ne mortale tormentum morte extinguatur.*

7 Similes equis.] *Venenata hominum malitia ad nocendum prompta nimiumq; insolens atque impotens.* Tanquam coronæ.] *Malitia & insolentia victoria & iactatio.*

Tanquam facies hominum.] *Damnatione ipsa arguuntur similes humanæ vitæ atque essentiæ corruptæ.*

8 Tanquam capillos mulierum.] *Memoriam industriamq́ terrestrem (quam feminam scriptura depingit) ad nocẽdum prõptam his locustis addictã.* Dentes earum sicut leonum.] *Ad lædendum ac dilacerandum.*

9 Loricas ferreas.] *Duratam obstinatamq́ malitiã.* Vox alarum.] *Venenatæ essentiæ mortis strepitus & fragor in eos quos affligere potest.*

10 Et aculei erant in caudis.] *Malitiæ venenum variè pungentis ac lædentis ita ferit, vt integro illæsoq́ loco aut membro extrahi non possit, aculeorum instar.*

Potestas earum.] *Sensuũ carnis terrestrium.* Mensibus quinque.] *Longo tempore suismet tormentis vexantur, donec sibi confictæ inanesq́ lumina extincta euanescant.*

11 Latinè habens nomen Exterminãs.] *Num ab interprete Latino additum, an verò ex margine irrepsit? Destructor & oppressor virtutum omnium verarum ac diuinarum in homine. Italicè* Guastatore, *cuius fructus est vt pro vana afflictione exantlata duæ aliæ extemplo sufficiantur.*

13 Ex quatuor cornibus altaris.] *Sacrificium ministeriale sancta diuinæ virtutis.*

14 In flumine magno Euphrate.] *Diuinæ fructificationis cui alligati sunt. Sunt verò quatuor ministratorij spiritus in Dei iustitia fructum ferentes ad punitionem malitiæ prolapsi hominis.*

15 Et soluti sunt.] *Expediti & dimissi ministrationis exercendæ causa.*

In horam, & diem & mensem & annũ.] *Varia tempora in eodem essentiali tempore.*

Tertiam partem hominum.] *Peruersæ humanitatis, id est, tertiam partem appetentiarum & cupiditatum vitæ terrestrium, quibus terrenus homo contra essentialem cælestemq́ naturam vixit.*

16 Equestris

earum tanquam facies homi-
num. 8 Et habebant capillos
sicut capillos mulierũ: & den-
tes earum, sicut *leonum erãt. *dentes MS q.
9 & habebãt loricas sicut lori-
cas ferreas, & vox alarũ earum
sicut vox curruum equorum
multorum currentium in bel-
lum. 10 & habebant caudas si-
miles scorpionum, & aculei
erãt in caudis earum: & pote-
stas earum nocere hominibus
mensibus quinque. 11 & habe-
bant super se regem angelum
abyssi, cui nomen Hebraicè
Abaddon, Græcè autẽ Apol-
lyon: Latinè habens nomen
Exterminans. 12 Væ vnũ abiit, C
& ecce veniunt adhuc duo væ
post hæc. 13 Et sextus Angelus
tuba cecinit: & audiui vocem
vnam ex quatuor cornibus al-
taris aurei, quod est ante ocu-
los Dei, 14 dicentem sexto An-
gelo qui habebat tubã, Solue
quatuor Angelos, qui alligati
sunt in flumine magno Eu-
phrate. 15 Et soluti sunt qua-
tuor Angeli, qui parati erant
in horam, & diem & men-
sem & annum: vt occiderent
tertiam partem hominum.
16 Et

[16] Et numerus equeſtris exer-
citus vicies millies dena mil-
lia. Et audiui numerum eorũ.
[17] Et ita vidi equos in viſione:
& qui ſedebant ſuper eos, ha-
bebant loricas igneas, & hya-
cinthinas & ſulphureas. & ca-
pita equorum erant tanquam
capita leonũ: & de ore eorum
procedit ignis, & fumus, &
D ſulphur. [18] Et ab his tribus pla-
gis occiſa eſt tertia pars homi-
num, de igne & ex fumo &
ſulphure, quę procedebant de
ore ipſorum. [19] Poteſtas enim
equorum in ore eorum eſt, &
in caudis eorum. nam caudæ
eorum, ſimiles ſerpẽtibus, ha-
bentes capita: & in his nocẽt.
[20] Et cæteri homines qui non
ſunt occiſi in his plagis, neque
pœnitentiam egerunt de ope-
ribus manuum ſuarum, vt nõ
adorarent dæmonia & ſimu-
lachra aurea & argentea & æ-
rea & lapidea & lignea, quæ
neque videre poſſunt, neque
audire, neque ambulare, [21] &
non egerunt pœnitentiam ab
homicidiis ſuis, neque à vene-
ficiis ſuis, neque à fornicatio-
ne ſua, neque à furtis ſuis.

16 Equeſtris exercitus.] *Appetentiarum terrenarum multiplex numerus variumq́, genus, expugnatorum numerum multiplicem, hoc eſt, exercitum iuſtum quantum Gratia vidit, poſtulabat, vt malum ipſum ſuperaretur.*

17 Equos in viſione.] *Potentiam punitionis in ſua virtute.*
Loricas igneas.] *Ruſticitatis terrenæ punitionem.*
Tanquam capita leonum.] *Magnam vim ad malitiæ malum perdendum ac delendum.*
Ignis, & fumus, & ſulphur.] *Ad terrenam malitiam exurendam & abſumendam.*

18 Et ab his tribus plagis.] *Igne, fumo, & ſulphure prodeuntibus ex ore punitionis, tertia humanitatis pars à propria terreſtri vita occiſa abolitaq́; fuit.*

19 Poteſtas enim equorum.] *Punitionis vis & efficientia.*
Nam caudæ eorum ſimiles ſerpẽtibus.] *Punitio ſimilem ſeſe præbet malitiæ ipſi, quam proprio malo atque veneno vincere tendit.*

20 Et cæteri homines.] *Terreſtris humanitatis reliquæ partes.*
Dæmonia.] *Dei aduerſariam partem.*
Et ſimulachra aurea, &c.] *Terreſtris eſſentiæ propria ornamenta, quibus ipſa pertinaciter afficitur, ita vt cultum diuinum etiam exhibeat, cùm tamen inutilia hæc ſint & deprehendantur.*

21 Et non egerunt pœnitentiam.] *Malitia & vanitas ab hominibus quæſita, vltroq́; admiſſa pœnitentiam in ſe non habet, nec ſecum affert, nam & hoc nomine etiam inutilis eſt, ſed tamen humanitas ipſa quæ malitiam aliquando ſecuta eſt, cognitionis vim in ſe habet, qua ad pœnitentiam redire poſſit ac demum redeat. hanc ſententiam lectionis exhibet vis.*

In cap. x.

1 Et vidi.] *Gratia Dei se vidisse testatur. fortitudinis Dei.* Amictum nube.] *Prophetiæ obscuritate.* Iris in capite eius.] *Aqua & ignis, mors & vita.*

2 Libellum apertum.] *Diuini arcani testimonium.* Dextrum super mare.] *Super horridam terrestrem vim & essentiam.* Sinistrum super terram.] *Naturalem essentiam & vim. Itaque diuina vis & fortitudo à cælesti essentia profecta sese humanitati ostēdit, obscurè tamē interim dum cælestis essentia atque terrestris à se inuicem seiunctæ non sunt.*

3 Et cùm clamasset.] *Virtus illa Dei.* Locuta sunt septem tonitrua voces suas.] *Inquietudo ac rixa impatientiaq; terrestris essentiæ damnationem propriam sentientis.*

4 Audiui vocem.] *Testimonium cælestis essentiæ gratiā alloquentis.* Noli scribere.] *Ne quod monumentū testimoniúmue maneat.*

5 Super mare.] *Terrestris essentiæ altam profunditatem.* Super terram.] *Terrestrem ipsam naturam.* Ad cælum.] *Ad cælestem essentiam.*

6 Et terram.] *Naturalem essentiam.* Et mare.] *Immensam puritatis aquam.* Quia tempus non erit amplius.] *Iudiciū inter corruptibile atque æternum exercendum parari iam affirmatur. atque hoc pacto humanitas terrestri essentiæ adhærēs proprij temporis ad pœnitentiam oportuni admonetur.*

7 Septimi Angeli.] *Septem Angelorum. ex lingua idiotismo.* Mysterium Dei.] *Prophetia, quæ arcanum Dei dicitur. significat autem in postrema temporum parte cælestem essentiam, clarè ac citra figuram & vmbram, humano cordi sese ostensuram.*

Cap. x.

ET [1] vidi alium Angelum A
fortem descendētem de
cælo, amictum nube, & iris in
capite eius, & facies eius erat
vt sol, & pedes eius tanquam
"columna ignis. [2] & habebat *columnæ MS. R. Pr. 6.
in manu sua libellū apertum:
& posuit pedem suū dextrum
super mare, sinistrum autem
super terram. [3] & clamauit voce
magna, quemadmodū cùm
leo rugit. Et cùm clamasset, locuta
sunt septem tonitrua voces
suas. [4] Et cùm locuta fuissent B
septē tonitrua voces suas,
ego scripturus eram: & audiui
vocem de cælo dicentē mihi:
Signa quæ locuta sunt septem
tonitrua: & noli ea scribere.
[5] Et Angelus quē vidi stantem Dan. 12, 7.
super mare, & super terrā, leuauit
manum suā ad cælum.
[6] & iurauit per viuentem in secula
seculorū, qui creauit cælum
& ea quæ in eo sunt: &
terram, & ea quæ in ea sunt: &
10 Et mare, & ea quæ in eo sunt:
Quia tempus non erit amplius: [7] sed in diebus vocis septimi C
Angeli, cùm cœperit tuba canere, cōsummabitur mysterium
Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. [8] Et audiui
vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicētem, Vade,
& acci-

& accipe librum apertum de
manu Angeli stătis super ma-
D re & super terram. [9]Et abij ad
Angelũ, dicens ei vt daret mi-
Ezech. 3. 1. hi librum. Et dixit mihi: Acci-
pe librum, & deuora illum: &
faciet amaricari ventrẽ tuum,
sed in ore tuo erit dulce tan-
quam mel. [10]Et accepi librum
de manu Angeli, & deuoraui
illum: & erat in ore meo tan-
quã mel, dulce. & cùm deuo-
rassem eũ, amaricatus est ven-
ter meus, [11]& dixit mihi, O-
portet te iterum prophetare
Gentibus, & populis, & lin-
guis, & regibus multis.

CAP. XI.

A ET [1]datus est mihi cala-
mus similis virgæ: & di-
ctũ est mihi, Surge, & metire
templum Dei, & altare, & ado-
rantes in eo. [2]atriũ autẽ quod
est foris templum, eiice foras,
& ne metiaris illud: quoniam
datum est Gẽtibus, & ciuita-
tem sanctam calcabunt mẽsi-
bus quadraginta duobus: [3]&
dabo duobus testibus meis, &
prophetabũt diebus mille du-
cẽtis sexaginta, amicti saccis.
[4]Hi sunt duæ oliuę & duo cã-

10 Et accepi librum.] *Arcanam Dei prophetiam, quæ cùm excipitur dulcis est, verũ vbi cælesti essentiali claritate cõsummatur & perficitur, diuisis animus fit vehementer amara.*

11 Et dixit mihi.] *Diuina fortitudo gratiã alloquitur.* Gentibus.] *Sensuum diuersitati.* Populis, & linguis, & regibus multis.] *Dominationi omni intra terrestrem essentiam. Oportere ait humanitatem prolapsam à diuina gratia per prophetias præmoneri & excitari, vt terrestris essentia sublimitas ac superbia sub potenti Dei manu depressa succumbat.*

IN CAP. XI.

1 Et datus est mihi.] *Ioanni. i. gratia Dei.* Templum Dei.] *Humanum cor.* Altare.] *Cultum ibidem actitatum.*

2 Atrium autem.] *Castigatum hominis terreni cor Dei gratia examinat, atque diuinæ virtutis collatione metitur, vt quantum ad diuinitatis rationem accesserit dignoscatur. Porticum autem siue atrium ac extra diuinam essentiam constitutum reiicitur, vtpote quod à paganica & inhumana essentia frequentatum est in deliciis carnis & præputio cordis, quamobrem non mensuratur: nam quidquid terrestre est, Gentibus (hoc est terrestri & inhumana essentiæ) datũ est, vtpote ad mortẽ vsq; torquẽdis.*

3 Et ciuitatem sanctam.] *Humanum cor calcabunt quoad quadragintaduo in constantia opinionis terrestris lumina totidem plagis intra cupiditates atque appetentias terrestres acceptis, terrestris natura corde depulsa, vel in suas ipsorum peruersa essentia tenebras reiecta fuerint.* Dabo duobus testibus.] *Legi ac prophetia, quibus à me excitatis annuam vt mœstis ac tristitia imbutis prophetandi cursus peragatur, donec prophetia explicetur, & peccatum diuina essentia virtute vincatur.*

4 Hi sunt duæ oliuæ.] *Lex & prophetia interim in terra tanquam diuina apud humanitatem illam terrenã colũtur, quoad per vitæ efficientiã essentialis cælestis Deus intra animũ purè ac sanctè verissimeq; cognoscatur. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verũ Deum, &c.*

delabra in conſpectu Domini
terræ ſtantes. 5 Et ſi quis volue-
rit eos nocere: ignis exiet de
ore eorũ, & deuorabit inimi-
cos eorum. & ſi quis voluerit
eos lędere: ſic oportet eum oc-
cidi. 6 Hi habẽt poteſtatẽ clau- B
dendi cælum, ne pluat diebus
prophetiæ ipſorũ: & poteſtatẽ
habent ſuper aquas conuer-
tendi eas in ſanguinem, & per-
cutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint. 7 Et cùm
finierint teſtimonium ſuum: beſtia quæ aſcẽdit de abyſſo, fa-
ciet aduerſum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. 8 Et
corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vo-
catur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus eo-
rum crucifixus eſt. 9 Et videbunt de tribubus, & populis,
& linguis, & Gentibus corpo-
ra eorum per tres dies & dimi-
dium: & corpora eorum non
ſinent poni in monumentis.
10 & inhabitantes terram gau-
debunt ſuper illos, & iocũda-
buntur: & munera mittẽt in-
uicem, quoniam hi duo Pro-
phetæ cruciauerũt eos qui ha-
bitabant ſuper terrã. 11 Et poſt
dies tres & dimidium, ſpiritus
vitæ à Deo intrauit in eos. Et C
ſteterunt ſuper pedes ſuos, &
timor magn9 cẽcidit ſuper eos
qui viderũt eos. 12 Et audierũt
vocem

In conſpectu Domini terræ.] *Quandiu Dominus à terreſtri natura colitur.*

5 Et ſi quis voluerit eos nocere.] *Nam iuſtè & ſecundum legem occiditur, quiſquis legi ac prophetiæ aduerſatur.*

6 Et percutere terram.] *Terreſtrem humanitatem. Legis atque prophetiæ vis.*

7 Beſtia quæ aſcendit de abyſſo.] *Inuida malitia obſtinata. Namque beſtia hæc intra hominem non regeneratum innata legem prophetiaſq; in terreſtri corde occidit, illorumq; teſtimonia intra feram oppreſsionem tyrannidemq; ſepelit, vbi etiam Chriſtus Dei crucifixus eſt.*

9 Et videbunt de tribubus.] *Senſus, memoria, & commemoratio humanitatis in ſeſe redeuntes, legi ac prophetiæ audient, nec ſinent corpus, hoc eſt, teſtimonium horum ſepultum perpetuò iacere, quod ex morte, hoc eſt, ſepulchro reſurgens eos qui ſeſe audierint inſtruent.*

10 Et inhabitantes terram.] *Quicunque terreſtri eſſentiæ dediti ſunt.* Iocundabuntur.] *Vt viuentes ſuauiter legis ac prophetiæ depoſito metu.* Munera mittent inuicẽ.] *Terreſtres ſenſus omnes ſeſe mutuò ad voluptatem iuuabunt ex votoq; viuent.* Cruciauerunt.] *Lex & prophetia malos vexant.*

11 Poſt dies tres & dimidium.] *Tribus propheticis luminibus finitis ad quarti initium.* Et ſteterunt ſuper pedes ſuos.] *Intra humanitatem ex beneficio Dei excitabuntur.*

12 Et audierũt.] *Diuina virtus legẽ prophetiamq; ſuã ſibi receptas aſſerit in cæleſti eſſentia in cõſpectu terræ, id eſt, terreſtris agnitionis.*

13 Terræ-

vocem magnã de cælo, dicen-
tem eis: Aſcẽdite huc. Et aſcẽ-
derunt in cælum in nube: &
viderunt illos inimici eorum.
13 Et in illa hora factus eſt ter-
ræmotus magnus: & decima
pars ciuitatis cẽcidit: & occiſa
ſunt in terræmotu nomina
hominum ſeptẽ millia: & reli-
qui in timorem ſunt miſſi, &
dederunt gloriã Deo cęli. 14 Vę
ſecundũ abiit: & ecce væ ter-
D tiũ veniet citò. 15 Et ſeptimus
Angelus tuba cecinit: & factæ
ſunt voces magnæ in cælo dicẽtes, Factum eſt regnum huius
mundi, Domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula
• ℣ MS. Pt. c. ſeculorum. ˜Amen˙. 16 Et viginti quatuor ſeniores qui in
conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies
ſuas, & adorauerunt Deum, 17 dicentes: Gratias agimus ti-
bi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui ven-
turus es: quia accepiſti virtu-
tem tuam magnam, & regna-
ſti. 18 Et iratæ ſunt Gentes, &
aduẽnit ira tua, & tẽpus mor-
tuorum, iudicari, & reddere
mercedem ſeruis tuis Prophe-
tis & Sanctis, & timentibus
nomen tuum puſillis & ma-
gnis, & exterminandi eos qui
corruperũt terram. 19 Et aper-
tum eſt templum Dei in cęlo:
& viſa eſt arca teſtamenti eius

13 Terræmotus.] *Terreſtris eſſentiæ turbatio ac timor.* Decima pars ciuitatis.] *Firmitudinis voluptatum deliciarumq́; terreſtris eſſentiæ.* Septem millia.] *Innumera ſenſuum, voluptatum, cupiditatum, cogitationum ac ſtudiorũ terreſtriũ frequentia & copia.* Et reliqui.] *Senſus & cogitatus in Deo ſperantes firmantur in religione ac fide.*

14 Et ecce tertium.] *Vt terreſtris eſſentia quæ Deo aduerſatur, non poteſt non ſentire ſuum væ letale, Deo Angelum ſuum in terreſtris hominis cor mittente.*

15 Et factæ ſunt voces.] *Humanitate iam recuperata, ac cæleſti eſſentia ſeriò dedita, cælum omne cæleſtisq́; natura lætatur, atque Deo vitæ regnum, id eſt, humanum cor gratulatur receptum, & promiſſorum diuinorum certam fidem celebrat.*

17 Quia accepiſti.] *Tu ipſe.*

18 Tempus mortuorum.] *Tempus mortis quo ira Dei excitata eſt ad iudicium gentium, hoc eſt, appetitionum carnis, ad reddendamq́; à Deo mercedem.* Exterminandi eos qui corruperunt terram.] *Namque eſſentia diuina dominium imperiumq́; in humanitatem exercente, iuſtitiæ iudicium in cælo atque in terra conſeruatur.*

19 Templum Dei.] *Humanum cor.* Arca teſtamenti eius.] *Arcanum Dei fœdus. Humano corde vſq; ad cæleſtem eſſentiã aperto, ita vt Dei fœdus intra animam conſpectum agnoſcatur, terreſtris eſſentia intra terrenam humanitatem magnas mouet tempeſtates.*

IN CAP. XII.

1 Et signum magnum.] *Tempestate adhuc illa durante.* Mulier.] *Diuina charitas Christum suum intra humanũ cor parere cupit virtute absoluta. charitatis autẽ ornamenta omnia cælestia ad victoriam faciunt.*

4 Cauda eius trahebat.] *Ad se trahebat. Est verò draco venenata ac terrena ingenij industria, quæ tanquam cæleste signum videtur. huius in speciem cultus carnis sapientiam atque sanctitudinem refert, seseq; contra simplicem Dei charitatem extollit vsu ac praxi cognitarũ artium septem cautè ad propriam terrestrem commoditatem exceptarum, adiunctis etiam promissis beatitudinum generibus ex cauta & ingeniosa Iussorum decẽ vsurpatione in speciem fallaci, quibus humana natura terrestris decepta opprimitur.* Cauda *autẽ malitiæ venenum est, quo simplex anima læditur.* Septem coronæ, *dominationes per tyrannidem ac vim contra Dei simplicitatem vsurpata, idq; virtutis authoritatisq; è cælo cõcessæ ac demissæ prætextu; atque ita terrestris industria, dolo atque arte ingenti simplici Dei charitati insidiatur, imò & apertè aduersatur, dum edendum fructum è vestigio deuorare auet.*

5 Filium masculum.] *Christũ Dei & humanæ naturæ salutẽ, qui virtute sua virga ferrea, iustitiæ lege videlicet, feram in humano genere essentiam & vim domaturus est.*

Et raptus est.] *Id quod intra humanã essentiam Dei charitate gignitur, à terrena ad cælestem Dei essentiam rapitur ac resumitur.*

6 Fugit in solitudinem.] *Dei charitas intra feræ ac rusticæ humanæ essentiæ cor ad tẽpus absconditur.* Diebus mille ducentis ac sexaginta.] *Cælestes stellas & fidei spem interpretamur, quæ interim lucent donec illa ad cælestem solem per Dei iustitiam reducatur.*

7 Michaël.] *Interim dũ Dei charitas in deserto, id est, secreto terrestri corde versatur, in cælo rustico ac superbo terrestri corde draco, hoc est, terrena industria veneno proprio à Dei iustitia oppugnatur ac deiicitur.*

in templo eius, & facta sunt
fulgura, & voces, & terræmotus,
& grando magna.

CAP. XII.

ET [1] signum magnum apparuit in cælo: Mulier A
amicta sole, & luna sub pedibus
eius, & in capite eius corona
stellarum duodecim. [2] &
in vtero habẽs ⌐ & ' "clamabat' ⌐ſ MS.R.O.Q.n. "clamat 9 MS.C.q.
parturiens, & cruciatur vt pariat.
[3] Et visum est aliud signũ
in cælo, & ecce draco magnus
rufus, habens capita septem,
& cornua decem: & in capitibus
"eius' diademata septẽ: [4] & "suis MS.R.
cauda eius trahebat tertiam
partem stellarum cæli, & misit
eas in terrã, & draco stetit
ante mulierem quæ erat paritura:
vt cùm peperisset, filium
eius deuoraret. [5] Et peperit fi- B
lium masculum, qui recturus
erat omnes Gẽtes in virga ferrea:
& raptus est filius eius ad
Deum & ad thronũ eius, [6] &
mulier fugit in solitudinẽ vbi
habebat locum paratũ à Deo,
vt ibi "pascãt' eam diebus mil- "pascat O.
le ducentis sexaginta. [7] Et factum
est prœlium ⌐ magnum' ⌐ſ MS. Pr.C.
in cælo. Michaël & Angeli
eius

eius prœliabãtur cũ dracone,
& draco pugnabat & Angeli
eius; 8 & non valuerunt, neque
locus inuentus est eorum amplius in cælo. 9 Et proiectus est
draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus
& satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est
in terram, & angeli eius cum
C illo missi sunt. 10 Et audiui vocem magnam in cęlo dicentẽ:
Nunc facta est salus & virtus,
& regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiect'
est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante
conspectum Dei nostri die ac
nocte. 11 Et ipsi vicerunt eum
propter sanguinem Agni, &
propter verbũ testimonij sui,
& non dilexerunt animas suas
vsque ad mortem. 12 propterea
lætamini cæli, & qui habitatis
in eis. Væ terræ & mari: quia
descendit diabolus ad vos habens iram magnã, sciẽs quòd
D modicum tempus habet. 13 Et
postquam vidit draco quòd
proiectus esset in terram, persecutus est mulierẽ quæ peperit masculũ: 14 & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertũ in locũ suũ,

1 MS. R. Pt. C.

Et draco pugnabat.] *Terrestris industria ingenium cum exercitu suo partes suas propugnare studet & conatur, sed tandem* eorũ locus in cælo amplius inuẽtus non est. *Denumq́; terrestris industria sese tanquam cælestem venditare aut ostendere non potest.*

9 Qui seducit vniuersum orbem.] *Fallax terrena sapientiæ ingenium, diabolicaq́; industria, totius humanæ essentiæ seductrix, cum Angelis suis tandem ad mortẽ in sua falsa terrestri essentia damnatur.*

10 Et audiui.] *Ego gratia Dei.* In cælo.] *In corde abdito.* Nunc facta est salus.] *Integra humanitas Dei essentia sese reddidit.* Accusator fratrum nostrorum.] *Oratio est geniti à Deo.* Proiectus est.] *Sapientia terrestrisq́; industria ac sanctitatis species, quæ propria hypocrisi simplicem Dei essentiam perpetuò accusabat, nunc iam tãdem iustitia Dei virtute ab hominis renouati corde eiecta exclusaq́; est.*

11 Et ipsi.] *Cogitatus, amor, desideria & studia in Deum, hoc est, diuina illa soboles quæ à cælesti essentia manauit, propter perfectam Christi patientiam, & propter verbum testimonij eius, id est, essentialem Dei virtutem & efficientiam, terrestrem essentiam cum omni morte sua vicerunt.*

12 Væ terræ.] *Terrestri essentia & tempestatibus carnis.* Ad vos.] *Terrestris essentia incolas.*

13 Et postquam vidit draco.] *Terrestris industria.* Persecutus est mulierem.] *Dei charitatem.*

14 In desertum in locum suum.] *Posteriori superius explicatur. Dei charitas arcanũ suum in humano corde inclusum per vnũ tempus & duo tempora & dimidium temporis latere finit, donec diuinæ charitatis recipiendæ desiderium ad propriam salutem adsit.*

vbi alitur per tempus & tem-
pora, & dimidium temporis à
facie serpentis. [15]Et misit ser-
pens ex ore suo post mulierẽ,
aquam tanquam flumen: vt
eam faceret trahi à flumine.
[16]Et adiuuit terra mulierẽ, &
aperuit terra os suum, & ab-
sorbuit flumẽ quod misit dra-
co de ore suo. [17]Et iratus est
draco in mulierem: & abiit facere prœlium cum reliquis de
semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habẽt testimo-
nium Iesu Christi. [18]Et stetit supra arenam maris.

15 Et misit serpens.] *Venenata terrestris ingenij industria proprij commodi, vi & potentia inuidiæ flumina in charitatem Dei fructus perdendi auiditate effundit.*

16 Et adiuuit terra.] *Naturæ amor, & charitas charitati Dei compatiens, inuidiæ impetum, à terrestri industria profectum, in sua essentia excipit.*

17 Et abiit facere prœlium.] *Terrestris sapiẽtia & industria omni simplici virtuti inuidet.*

18 Et stetit supra arenam maris.] *Cùm dominationem in illã obtinere non posset, in sua ipsius vana instabiliq; essentia consedit.*

Cap. XIII.

ET [1] vidi de mari bestiam A
ascendẽtem, habentẽ ca-
pita septẽ, & cornua decem, &
super cornua eius decẽ diade-
mata, & super capita eius no-
mina blasphemiæ. [2]Et bestia
quã vidi, similis erat pardo, &
pedes eius sicut *vrsi, & os eius *pedes vrsi.
sicut os leonis. Et dedit illi dra-
co virtutẽ suã & potestatẽ ma-
gnã. [3]Et vidi vnũ de capitibus
suis quasi occisum in mortẽ:
& plaga mortis eius curata est.
Et admirata est vniuersa terra
post bestiam. [4]Et adorauerũt
draconem qui dedit potesta-
tem bestiæ: & adorauerũt be-
stiam, dicentes, Quis similis B
bestiæ?

In cap. XIII.

1 Et vidi.] *Ego Gratia.* De mari bestiam.] *Feram, impotentem insolentemq; malitiam, à malitiosa peruersaq; essentia profectam, sine ordine aut industria, decem cornibus auctam, quibus illa omnem diuinam virtutem impetere, & ex humano corde euertere molitur. capita autem dominationem violentam ex impotentia ac soluto corde ortam significant. coronæ ad blasphemia aduersus Deum nomina parata sunt.*

2 Pardo.] *Malitia maculis notato.*
Os eius sicut os leonis.] *Crudelẽ ferumq; rugitum edens.* Et dedit illi draco virtutem suam.] *Terrena industria venenũ. Nam fera & effrenis violentiæ malitia à terrena industriæ fraude cautelaq; vim & robur accipit.*

3 Occisum in mortem.] *Insolens malitia diuinæ legis virtute quodammodo castigatur; plaga tamen interim cessat, quoad iudicij tempus adsit, quo illa demum grauior multo fiat.* Et admirata est vniuersa terra post bestiam.] *Humana essentia naturalis, insolẽtem in seq; è mari (hoc est ex peruersa essentia) irruentem malitiam stupet & pauet.*

5 Facere

beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea? 5 Et datum eſt ei os
loquens magna & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas facere
menſes quadraginta duos. 6 Et aperuit os ſuũ in blaſphemias
ad Deum, blaſphemare nomẽ
eius, & tabernaculum eius, &
eos qui in cælo habitant. 7 Et
eſt datum illi bellũ facere cũ
ſanctis, & vincere eos. Et data
eſt illi poteſtas in omnem tri-
bum & populum, & linguã,
& gentem, 8 & adorauerunt eã
omnes qui inhabitãt terram,
quorum non ſunt ſcripta no-
mina in libro vitæ Agni, qui
occiſus eſt ab origine mundi.
9 Siquis habet aurem, audiat.
C 10 Qui in captiuitatem duxe-
rit, in captiuitatem [a] vadit: qui
in gladio occiderit, oportet eũ
gladio occidi. Hîc eſt patiẽtia
& fides ſanctorum. 11 Et vidi
aliam beſtiam aſcendẽtem de
terra: & habebat cornua duo,
ſimilia Agni, & loquebatur ſi-
cut draco. 12 Et poteſtatẽ prio-
ris beſtię omnẽ faciebat in cõ-
ſpectu eius: & fecit terrã & ha-
bitãtes in ea, adorare beſtiam
primam, cuius curata eſt plaga
mortis. 13 Et fecit ſigna magna,
vt etiã ignẽ faceret de cælo de-
ſcendere in terrã in conſpectu
homi-

[a] vadet ms. Pr.
Geneſ 9,6. Matt. 26,52.

5 Facere.] *Nocere ſiue nocendi* quadraginta duos mẽſes. *Humana eſſentia certis temporibus, curſibus, & gradibus, qualia in menſibus notantur, ſeſe malitiæ dedit ac tradit, hoc eſt, certis ac numeratis falſis luminibus, quibus illa tamen torquetur & vexatur.*

6 Et aperuit os ſuum.] *Malitioſa hæc beſtia adeò ingens eſt, vt ad ſecretum cæli cor coram Dei iuſtitia ſeſe extollat.*

7 Bellum facere.] *Poteſtas malitiæ ad impugnandam ſanctitatem à natura humana in figuratiua eſſentia obtentam.* In omnem tribum.] *Terreſtris homo ſeſe vitamq́; ſuam naturalem, interioremq́; animam malitiæ ſubdit, eandemq́; ſibi tanquam Deum præficit.*

8 Omnes qui habitant in terra.] *Terrenæ appetitiones, voluptates ac deliciæ in carne habitantes.* Qui occiſus eſt ab origine mundi.] *Intra humanam naturam. ita quidquid in homine à diuina eſſentia ſeparatum viuit., terrenam induſtriam vti Deum colit, quamobrem morti obnoxium ſtatuitur.*

9 Siquis habet aurem.] *Diuinæ eſſentiæ monitum.*

10 Qui in captiuitatem duxerit.] *Id vnuſquiſque iure ac iuſtitia Dei accipit, quod ex ſe ipſo ſuoq́; tradiderit ac prodiderit.* Hîc eſt patientia & fides ſanctorum.] *Fortiter ſuas virtutes promouentium ac tuentium ex Dei virtute.*

11 Aliam beſtiam.] *Terrenam Hypocriſin carniſq́; ſanctitatem ſibi honori amplitudiniq́; propriæ operam dans.*

12 Et fecit terram & habitantes in ea, adorare beſtiam primam.] *Nam ſimulata hypocriſis terreni ingenij induſtriam ſanctitudinis prætextu & ſpecie ita ornat & comit, vt feram eſſentiam pro Deo adorari faciat.*

13 In conſpectu hominum.] *In conſpectu naturæ humanæ. Terreni ingenij induſtria ſi-*

mulatæ sanctitatis vi ignem è cælo in terrenum non regeneratum hominem demittere potest, atque ita secreto cautoq; dolo hominem damnare aut seruare posse sibi existimat, atque ita curat sese intra humanum cor obseruari atq; hoc pacto per hypocrisin id vrgere curareq; studet, quod à diuina lege separatum est.

15 Et faciat vt quicunq. non adorauerint] *Eam cogitationē hominis cordi persuadens immittit, vt qui terrenæ industriæ sanctitatem pro Deo proprio non adorauerit, morti destinatus ex hypocrisis iudicio habeatur.*

16 Habere charactêrem.] *Simplex animus, qui in simplici Dei natura libenter viueret, id vt iustum sanctumq; probat, quod ab hypocrisi terrenaq; industria proponitur & commendatur.*

17 Ne quis.] *Ex his qui in decepta & prolapsa humana essentia agunt.* Possit emere aut vendere.] *Ita simplici anima vel simpliciter Deum precari aut alio cultu colere & obseruare interdicitur, præter id quod à terrestri industria seu hypocrisis proprietate cōstitutum fuerit. Atque hac summa est rerum & actionum terrenæ humanitatis, tam ex insolentia ac dissolutione, quàm in terrena essentia hypocrisi.*

18 Numerus enim hominis est.] *Ita fit vt integra humana essentia cum membris suis, quod ad nequitiam attinet, pari cum bestia numero constet.*

In cap. XIIII.

1 Et vidi.] *Ego Ioannes Dei Gratia.* Agnus stabat supra mōtem Sion.] *Christi humilitas in cælestis essentia doctrina constituta manens.* Et cum eo.] *Cælestis essentia multitudo in vnica essentia.*

hominum. [14] Et seducit habi-
tantes in terra propter signa
quæ data sunt illi facere in cō-
spectu bestię, dicens habitan-
tibus in terra, vt faciant ima-
ginem bestiæ, quæ habet pla-
gam gladij, & vixit. [15] Et datū D
est illi vt daret spiritū imagi-
ni bestiæ: & vt loquatur ima-
go bestiæ: & "faciat' vt qui- "facit MS. e. Q. u.
cunque non adorauerint ima-
ginem bestię, occidantur. [16] Et
faciet omnes pusillos, & ma-
gnos, & diuites, & pauperes,
& liberos, & seruos habere
charactêrem in dextera manu
sua, aut in frontibus suis. [17] &
nequis possit emere aut ven-
dere, nisi qui habet charactê-
rem, aut nomē bestiæ, aut nu-
merum nominis eius. [18] Hic
sapientia est. Qui habet intel-
lectum, computet numerum
bestiæ. Numerus enim homi-
nis est: & numerus eius sex-
centi sexaginta sex.

Cap. XIIII.

ET [1] vidi, & ecce Agnus A
stabat supra montem
Sion, & cum eo centum qua-
draginta quatuor millia ha-
bentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptū in frontibus
suis.

2 Sicut

suis. [2]Et audiui vocem de cæ-
lo, tanquam vocem aquarum
multarum, & tãquam vocem
tonitrui magni: & vocem quã
audiui, sicut citharœdorũ ci
tharizantium in citharis suis.
[3]Et cantabant quasi cãticum
nouum ante sedẽ & ante qua-
tuor animalia, & seniores, &
nemo poterat dicere cãticum,
nisi illa centum quadraginta-
quatuor millia, qui empti sunt
de terra. [4]Hi sunt qui cũ mu-
lieribus nõ sunt coinquinati.
Virgines enim sunt. Hi sequũ-
tur Agnum quocunque ierit.
Hi empti sunt ex hominibus
primitiæ Deo & Agno: [5]& in
ore eorum non est inuentum
mẽdacium. sine macula enim
-4 MS. G. Q. n. sunt ante thronum Dei. [6]Et
B vidi alterum Angelum volan-
"cælum 1 MS. R. tem per medium "cæli habentem Euangelium æternum, vt
euangelizaret sedẽtibus super
terram, & super omnẽ gẽtem,
& tribum, & linguam, & po-
4 Esd. 16, 68. pulum: [7]dicens magna voce, Timete Dominum, & date illi
Eccl. 12, 13. Psal. 145. 6. honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eũ qui fecit
Act. 14, 15. "& mare MS. cælũ & terrã, "mare & omnia quæ in eis sunt & fontes aqua-
R. Pr. G. Isaia 21, 9. rũ. [8]Et alius Angelus secutus est dicẽs, Cẽcidit cẽcidit Babylõ
Iere. 51, 8. Infr. 18, 2. illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes
gentes.

2 Sicut citharœdorum.] *Vox lætitiæ & gratulationis aduersum Dei vniformitatem. Diuinam humilitatẽ Gratia Dei videt, & audit gratulationem tot essentialium spirituũ ministrantium vnà cum obediente humanitate, quam gratulationem Agno, hoc est, humilitati Dei, deferri videt.*

3 Et nemo poterat discere.] *μαθεῖν. facilis fuit mutatio scribis Graecè nescientibus pro discere, dicere. significat autem neminem posse huiusmodi gratulationis virtutem obtinere, præter eum qui à terrestri morte mortuus est, & in cælesti essentia viuit.*

4 Qui cum mulieribus.] *Qui terrenis appetitionibus sese non tradidere, nec terrestris vitæ desiderio, ingenio, ac industria subdidere.* Sequuntur Agnum.] *Sensus cogitatusq́ue omnes ab homine diuino ex Dei sui essentia producti, purißimi sunt, Deiq́ue humilitati obediũt.* Empti sunt ex hominibus.] *Ex terrestri essentia.* 5 Ante thronum Dei.] *Gloriosam & sublimem Dei quietem.*

6 Alterum Angelum.] *Inspirationem instinctumq́ue Dei.* Per medium cæli.] *Annuntiaturum integra humana essentia, hoc est, cælesti & naturali.* Euangelium.] *Dei lætitiam & gratulationem intra animum.*

7 Et adorate eum qui fecit.] *Humanitati adorandam ait diuinam Faciei Dei essentiam, & agnituram confessuramq́ue vitam sibi acceptam, malumq́ue depulsum eiusdem essentiæ virtute & efficientia.* 8 Potauit omnes gentes.] *Terrestres sensus & cogitationes, quæ cũ fera & varia terrestri industria corrupta fuerant. ita verò cecidit, vt nullis suis artibus, scientiis & praxi resurgere poßit.*

gentes.[9] Et tertius Angelus se-
cutus est illos, dicēs voce ma-
gna, Siquis adorauerit bestiā
& imaginem eius, & acceperit
charactêrem in fronte sua, aut
in manu sua: [10] & hic bibet de
vino iræ Dei, quod mistū est
mero in calice iræ ipsius, &
cruciabitur igne & sulphure
in conspectu Angelorum san-
ctorum, & ante conspectum Agni.[11] & fumus tormentorum C
eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem
die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, &
siquis acceperit charactêrem nominis eius. [12] Hic patientia
sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu.
[13] Et audiui vocem de cælo, dicētem mihi, Scribe, Beati mor-
tui qui in Domino moriūtur.
Amodo iam dicit Spiritus, vt
requiescant à laboribus suis.
opera enim illorum sequūtur
illos. [14] Et vidi, & ecce nubem
candidam: & super nubem se-
dentē similem Filio hominis,
habentem in capite suo coro-
nam auream, & in manu sua
falcem acutam.[15] Et alius An-
gelus exiuit de templo, clamās
voce magna ad sedētem super D
nubem: Mitte falcem tuam & Ioel.3.13. Matt.13,39.
mete, quia venit hora vt me-
tatur, quoniam aruit messis terræ. [16] Et misit qui sedebat
super nubem, falcem suam in terram: & demessa est terra.
[17] Et

9 Si quis] *post agnitam Dei essentiam, atq; intra proprium animum acceptam, iterum ad terrestrem industriam reuersus fuerit, vt ad proprietatem animum inducat.*

10 Vinum iræ Dei.] *Iustam legem iusto iudicio mixtam.* Igne & sulphure.] *Inuidæ malitia.* In conspectu Angelorum.] *Augebitur, inquit, pœna & tormentum homini propter acceptam prius notitiam Dei.*

11 Et fumus tormentorum.] *Ita efficitur vt terrestris anima in sua terrestri sanctitate non secus torqueantur, atque in propriis peccatis ferißimis.*

13 Qui in Domino moriuntur.] *A peccatis & malis suis propter iustitiæ Dei amorem & studium; nam huiusmodi in Iesu Christo beata est mors.*

14 Falcem acutam.] *Dei iustitia vlcisci parat improbam terrestris essentia vitam in humanitate lapsa.*

15 Exiuit de tēplo.] *Renouato corde, quod habitatio Dei est.* Quia venit hora.] *Improbam essentiam iam ad summum precipitemq; gradum deductam. Diuina iustitia legalem vim in humanam essentiam mittis, qua malitia humana compescitur & punitur.*

16 Et demessa est terra.] *Improba essentia punitionem propria malitia ad mortem vsque perferre cogitur.*

17 Exiuit

17 Et alius Angelus exiuit de
templo quod eſt in cælo, ha-
bens & ipſe falcem acutã. 18 Et
alius Angelus exiuit de altari
qui habebat poteſtatem ſupra
igné: & clamauit voce magna
ad eum qui habebat falcem
acutam, dicens, Mitte falcem
tuam acutã, & vindemia bo-
tros vineæ terræ: quoniã ma-
turæ ſunt vuæ eius. 19 Et miſit
Angelus falcem ſuam acutam
in terram, & vindemiauit vi-
neam terræ, & miſit in lacũ iræ
Dei magnum: 20 & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit
ſanguis de lacu vſq. ad frenos equorũ per ſtadia mille ſexcẽta.

17 Exiuit de templo.] *Dei habitaculo quod in hominis corde eſt.* Habebat & ipſe falcem acutam.] *Dei iuſtitiam.*

18 Exiuit de altari.] *Super quo Deo ſacrificium factũ fuit.* Supra ignem.] *Inuidiam.* Vindemia botros.] *Iuſtitia diuina terreſtres omnes appetitiones carnis cum deſideriis & concupiſcentiis abſcindit, atque in propria inuidiæ ignem damnans coniiciet.*

19 Et miſit Angelus falcem ſuam.] *Demum improbus terreſtris eſſentiæ fructus diuinæ iuſtitiæ virtute abciſus damnationem ſubit.*

20 Calcatus eſt lacus extra ciuitatem.] *Damnationis tormentum & pœna extra Dei eſſentiam ſubitur & fertur.* Et exiuit ſanguis.] *Significat damnationis mortem ad extremam & fortiſsimam vſque terreſtris vitæ potentiam pertinere, nullaq; vi terrena illius vim & authoritatem frangi vitariue poſſe.*

CAP. XV.

A ET 1 vidi aliud ſignum in
cælo magnum & mira-
bile: Angelos ſeptem, habẽtes
plagas ſeptẽ nouiſſimas. Quo-
niam in illis conſummata eſt
ira Dei. 2 Et vidi tanquã mare
vitreum miſtum igne, & eos
qui vicerunt beſtiam & ima-
ginem eius & numerum no-
minis eius ſtantes ſuper mare
vitreũ, habentes citharas Dei.
3 & cantantes canticum Moyſi
B ſerui Dei, & canticum Agni,
*Domine o. ‟ſanctorum. dicentes, Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus
2 MS.o.q. ‟Q.n. omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ *rex ‟ſeculorum 2.

IN CAP. XV.

1 Quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.] *Vſque ad damnationem improbæ eſſentiæ. Nam cùm iuſtitia Dei improbã eſſentiam vſque ad mortem punierit, tunc punitio conſummatur.* 2 Habentes citharas Dei.] *Oſtenſionem claritatis cæleſtis eſſentiæ* mare vitreum igne miſtum *ſignificat, quam lætitia, laudibus & gratulationibus ſancti Dei proſequuntur.*

3 Canticum Moſis, & Canticum Agni.] *Legis & Prophetarum gratulationem.* Rex ſeculorum.] ἐθνῶν. *Gentium, propter victoriam ex improba eſſentia. Indicat ſanctorum gratulationem erga Deum verum propter virtutes magnas in humana natura editas aduerſus improbam eſſentiam.*

5 Tem-

4 Quis

[4]Quis non timebit te Domine,& magnificabit nomẽ tuum? *Iere.10, 7.*
quia solus pius es,quoniam omnes gentes venient, & adora-
bunt in conspectu tuo,quoniam iudicia tua manifesta sunt.
[5]Et post hęc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi C
testimonij in cælo: [6]& exierũt
septem Angeli, habentes se-
ptem plagas,de templo:vestiti
"lapide mundo & candido,& *"lino 2 MS. R. G. quibus accedit Pr. legens: Vestiti lintea munda.*
præcincti circa pectora zonis
aureis. [7] Et vnum de quatuor
animalibus dedit septem An-
gelis septem phialas aureas,
plenas iracundiæ Dei viuẽtis
in secula seculorum. [8] Et im- D
pletum est templum fumo à
maiestate Dei, & de virtute
eius:& nemo poterat introire
in templum,donec consum-
marẽtur septem plagæ septem
Angelorum.

CAP. XVI.

ET [1]audiui vocẽ magnam A
de templo, dicentem se-
ptem Angelis: Ite,& effundite
septem phialas iræ Dei in ter-
ram. [2]Et abiit primus*,& effu- **angelus MS q.*
dit phialam suam in terrã, &
factũ est vulnus sæuũ & pessi-
mum in homines qui habe-
bant charactêrem bestiæ: & in eos qui adorauerũt imaginem
eius. [3]Et secundus~ Angelus effudit phialam suam in mare,& *~5 MS. Pr.*
factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens,
mortua

5 Templum tabernaculi.] *Essentialis habitatio Dei.*
6 Vestiti lapide mundo.] *λίνον καθαρὸν, pro quo quis fortaßè λίθον legerat; varia Latina lectio habet* lino. *significat virtutem Dei puram claramq́; ostẽdi, cinctamq́; propria iustitia contra improbam terrestrem essentiam.*
7 Et vnum de quatuor animalibus.] *Humanitas ipsa diuinitati vltionem vltrò prabet, non quòd ipsa sibi ipsi vltionẽ adsciscat, sed quod cupiat ab animali diuisa essentia separari ac destitui, vt rursum diuinitati similis conformisq́; reddatur, quæ viuit* in secula seculorum.
8 Et impletum est templum.] *Humana natura renouatum cor gloria & virtute Dei impletur.* Et nemo poterat.] *Improbam essentiam in sua terrestri proprietate punitam extirpatamq́; esse oportet priusquam diuinitas templum suum, hoc est, humanum subeat cor.*

IN CAP. XVI.

1 Septem phialas Dei in terram.] *In improbam terrestrem essentiam.*
2 In terram.] *In terrestrẽ essentiã.* In homines.] *Terrestres carnis sensus. Iustus Deus malum omne suo ipsius malo punit. hoc autem verum Domini in terrenam improbitatem iudicium est.* 3 Effudit phialam suam in mare.] *Diuina punitio in feram brutamq́; essentiã sese exerit, quo fit vt id omne quod viuit terrestri vita, morte moriatur per Dei iustitiã.*
4 Super

mortua est in mari.[4] Et tertius
effudit phialã suam super flu-
mina & super fontes aquarũ:
& factus est sanguis. [5] Et audi-
aquarum o. ui Angelum aquarum dicen-
tem: Iustus es Domine, qui es,
qui us q. & qui eras, sanctus, quia hæc
iudicasti: [6] quia sanguinẽ san-
ctorum & Prophetarũ effude-
runt, & sanguinem eis dedisti
bibere: digni enim sunt. [7] Et
audiui alterum dicentẽ: Etiam
Dñe Deus omnipotens vera
B & iusta iudicia tua. [8] Et quar-
us q. tus Angelus effudit phialam
suam in solem, & datũ est illi
ęstu affligere homines & igni:
[9] & æstuauerunt homines ęstu
magno, & blasphemauerunt
nomen Dei habentis potesta-
tem super has plagas, neque
egerunt pœnitentiam vt darẽt
us q. illi gloriam. [10] Et quintus An-
gelus effudit phialam suã su-
per sedem bestiæ: & factũ est
regnum eius tenebrosum, &
commanducauerunt linguas
suas præ dolore: [11] & blasphe-
mauerunt Deũ cæli præ dolo-
ribus & vulneribus suis, & nõ egerũt pœnitentiã ex operibus
us q. suis. [12] Et sextus Angelus effudit phialã suã in flumẽ illud ma-
C gnũ Euphráten: & siccauit aquã eius, vt prępararetur via regi-

4 Super flumina.] *Refrigeria omnia quæ ex feri maris aquis, hoc est, ex fontibus amaris humana natura corrupta haurit, ipsi in mortem tandem conuertuntur diuinæ iustitiæ virtute.*

5 Angelum aquarum.] *Dei virtutem & efficacitatẽ in terrestris essentiæ cursum & impetũ.* Iustus es Dñe.] *Gratulatio diuinitati facta propter mortẽ improbæ essentiæ illatam.*

7 Alterum] *Angelum ex altari, id est, sanctæ essentiæ, cultu & ministerio.* ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου.

8 In solem.] *Terrena industria inuidum luminare, in quo terrestris humanitas versatur, viamq́; instituit propriam, idq́; luminare in diaboli inuidia cõsistit, eademq́; inuidia ignis est quo terrestris humanitas torquetur & vritur.*

9 Et æstuauerũt homines ęstu magno] *Inuidiæ propriæ.* Neq̃; egerunt pœnitentiam.] *Nam terrestris industria inuidia ad humilem pœnitentiam non peruenit, quinimò ipsa intra suam immoritur inuidiam.*

10 Super sedem bestiæ. *Iusta Dei vis & punitio super integram improbã essentiam iudicando defertur, cui essentia terrestris humanitas subiicitur. est autem hæc fallax terrestris industria cum suis inuidis simulationibus & hypocrisi, atque etiam rustica paganica essentia: nam vtroque capite terrestris illa essentia constat, vtriq́; autem diuina iustitia mortis damnationem iudicando arrogat.* Commanducauerũt linguas suas prę dolore.] *Oportet enim malitiã ipsam à seipsa consumi.*

12 Euphratem.] *Fructificationis aquam.* Vt præpararetur via regibus ab ortu solis.] *Potestas sublimitasq́; omnis quàm humanitas à Deo obtinet, humilitatis ac modestiæ vsu ad perfectam cælestem essentiã redit (ad quam fluxus, cursus, effluentiaq́; Dei omnes conducũt & dirigunt) atq́; ita fluuiorũ cursum & alueũ complent, hoc est, legi ac prophetis satisfaciunt.*

13 Spiritus tres immundos.] *Fallax terrestris industria cum ipsius inuida prophetia, quæ varias produnt malitiæ artes, improbaq; ipsarum essentiæ turpitudines vlterius impellũt ranarum in aquis instar.*

14 Ad reges totius terræ.] *Terrestris essentiæ potentiam & violentiam integram.* Congregare illos in prœlium ad diẽ magnum omnipotentis Dei.] *Cùm terrena industria subtilitas, signa, facultates, artes, ac sciẽtias suas in simplicis humanitatis conspectu expositas absoluit, ipsa suam propriam terrestris essentiæ malitiam coniungere cõgregareq; cogitur ad iudicium Dei subeundum.*

15 Sicut fur.] *Ex inopinato & improuiso.* Vestimenta sua.] *Dei iustitiam.* Turpitudinem suam.] *Peccatorum dedecus.*

16 Armagedon.] *Euangelica doctrina mõs, quò Deus lugẽtium suorum animas in sua sancta essentia exhilarandas congregat.*

17 Factum est.] *Dei virtus in essentia sua lumine audiendam se præbet intra humanam naturam, & testatur factum, id est, id verum esse quòd ab ipsa factum est.*

18 Et facta sunt fulgura.] *Integra terrestris essentia intra terrestrem hominem vehementem damnationis æternæ commotionẽ, & perturbationẽ sentit ex diuina iustitia ratione.*

19 Ciuitas magna.] *Terrestris essentiæ firmitudo ex vna in varias partes diuisa, dissidium passa est.* Et ciuitates Gentium.] *Paganismus & feritas rustica.* Babylon magna.] *Confusio ac mixtio industriæ terrestris & essentiæ illius.* Venit in memoriam.] *Improbæ, confusa ac fera essentia propria damnatio à Dei iustitia affertur, ita vt istius improbitatem sibi indignam, ingratam atque inuisam ostendat Deus.*

20 Et omnis insula, & montes, &c.] *Loca omnia deserta atq; fera & inculta intra cõfusam essentiam in humana terrestri natura mutata falsarumq; doctrinarum sublimitates abolita sunt.*

bus ab ortu solis. 13 Et vidi de
ore draconis, & de ore bestiæ,
& de ore pseudopropheté *spi- *exire MS. Pr.
ritus tres immundos in modũ
ranarum. 14 Sunt enim spiritus
dæmoniorum facientes signa,
& procedunt ad reges totius
terræ congregare illos in prœ-
lium ad diem magnũ omni-
potentis Dei. 15 Ecce venio si- *Supr 3.3. Matt. 24,43.*
cut fur: Beatus qui vigilat, & 44. *Luca 12,39.*
custodit vestimẽta sua, ne nu- 40. *1 Cor. 5,3.*
dus ambulet, & videant turpi-
tudinem eius. 16 Et congrega-
bit illos in locum qui vocatur
Hebraicè Armagedon. 17 Et
septimus ˇAngelus' effudit - MS 4.
phialam suã in aërem, & exiuit
vox magna de templo à thro-
no dicens: Factum est. 18 Et fa- D
cta sunt fulgura, & voces, &
tonitrua, & terræmotus factus
est magnus, qualis nunquam
fuit ex quo homines fuerunt
super terrã, talis terræmotus,
sic magnus. 19 Et facta est ciui-
tas magna in tres partes: & ci-
uitates Gentium ceciderunt.
Et Babylon magna venit in
memoriã ante Deum, dare illi
calicem vini indignationis iræ
eius. 20 Et omnis insula fugit,

& montes non sunt inuenti. [21]Et grando magna sicut ta-
lentum descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt
Deum homines propter pla-
gam grandinis: quoniam ma-
gna facta est vehementer.

CAP. XVII.

A ET [1]venit vnus de septem
Angelis qui habebãt se-
ptem phialas, & locutus est
mecum dicens, Veni, ostẽdam
tibi damnationem meretricis
magnæ, quę sedet super aquas
multas, [2]cũ qua fornicati sunt
reges terræ, & inebriati sunt
qui inhabitãt terram de vino
prostitutionis eius. [3]Et abstu-
lit me in spiritu in desertum.
Et vidi mulierem sedentẽ su-
per bestiam coccineã, plenam
nominibus blasphemiæ, ha-
bentem capita septem, & cor-
nua decẽ. [4]Et mulier erat cir-
B cundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pre-
tioso, & margaritis, habens poculum aureũ in manu sua ple-
num "abominatione' & immunditia fornicationis "eius'. [5]Et
in fronte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna,
mater fornicationum & abominationum terræ. [6]Et vidi mu-
lierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine mar-
tyrum Iesu. Et miratus sum cùm vidissem illam admiratione
magna. [7]Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam
tibi sacramentum mulieris, &
bestiæ quæ portat eam, quæ
habet capita septem & cornua

"abominationum ει MS. Pr. G. "Pr. *legit*: plenũ abominationum & immunditię fornicationis totius terræ. *Cui consentit Aretha Graecus.*

21 Et grando magna.] *Hominis malitia super hominem ipsum à iustitia Dei, infertur perinde magna & grauis atq; ab ipso met edita fuerat, quamobrem vehemens magnaq; punitio magnæ paratur malitiæ.*

IN CAP. XVII.

1 Locutus est mecum.] *Ioãne, id est, gratia Dei.* Meretricis magnæ.] *Terrestris industriæ cum ambitione & cõcupiscentiis aliis, cuius super impuritatis aquis habitatio est.*

2 Reges terræ, & qui inhabitant terrã.] *Sublimes superbiq; atque elati terrestris essentiæ appetitus & affectus.*

3 In desertum.] *In terrenum cor.* Vidi mulierem] *hypocriticã, excogitatã sanctitatẽ.*

4 Poculum in manu.] *Appetitum in carnis proprietatem & commodum.*

5 Mysterium.] *Id est, malitia simplicibus incognita & celata.*

6 De sanguine sanctorum.] *Innocentis simplicis essentiæ Dei, cuius necem sensus humanæ naturæ non reformatæ, omnes in terrestris humanitatis corde adiuuerunt.* Martyrum.] *Testium Iesu.* Et miratus sum.] *Terrestris essentiæ malitiã intra humanam naturã Dei gratia admiratur.*

7 Capita septem & cornua decem.] *In terrena ipsius dominatione & in hypocrisi.*

 decem

8 Fuit & non eſt.] *Quidquid mali improbæq; eſſentiæ à terreſtri induſtria vnà cum memoria initum eſt (namque memoria beſtia eſt qua draco vehitur) abolebitur in damnatione intra humanam naturam.*

9 Qui habet ſapientiam.] *Hunc ſenſum percipito.* Septem montes.] *Terreſtris induſtriæ doctrinæ, per quas ipſa ſuam ſibi molitur celſitudinem.* Et reges ſeptem.] *Potentiæ ac violentiæ ipſius, id eſt, priuata ac peculiaris vindictæ appetitio ſanctitatis prætextu.*

10 Quinq. ceciderũt.] *Malitiæ poteſtas recedit ac redit interdũ, ſed breui aboletur penitꝰ.*

11 Et beſtia quæ erat & non eſt.] *Significat malitiam in ſimplici ac ſanæ mentis humanitate paulatim gradatimq; imminui ſicuti paulatim creuerat & aucta fuerat.*

12 Decem reges ſunt.] *Improba potentia ac dominatio erga ſanæ mentis humanitatem Deo deditam ſuam poteſtatem exercere incipit quidem, ſed id non diu durat, iuſtitia Dei ipſam proprio ipſius malo premente.*

13 Et poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.] *Significat improbã eſſentiã ſuis viribus fidere.*

14 Et Agnus vincet illos.] *Dei benignitas & clementia omnem inſolentem & celerem ſuperat malitiam.* Vocati, & electi, & fideles.] *Indicat quinam cum illo ſint.*

15 Populi ſunt, & Gentes.] *Fallaci induſtria vnà cum inuidia propria clauum tenente ſenſus cogitationesq; omnes, & ſermones etiã in exercitibus annumerantur illius, eaq; amaritudines fallaces aquæ ſunt.*

16 Et decẽ cornua.] *Iis omnibus falſorum mandatorum armis ac poteſtatibus, quibus Dei vniformitatẽ terreſtris induſtria improbaq; eſſentia occidere ſtuduit; iiſdẽ inquã, ipſis illa occidetur: Nam qui gladio occidit, gladio peribit.*

decem. [8] Beſtia quam vidiſti
fuit, & non eſt, & aſcẽſura eſt
de abyſſo, & in interitum ibit:
& mirabuntur inhabitantes
terram (quorum nõ ſunt ſcri-
pta nomina in libro vitę à cõ- C
ſtitutione mũdi) videntes be-
ſtiam quæ erat, & non eſt. [9] Et
hic eſt ſenſus, qui habet ſapiẽ-
tiam. Septem capita: ſeptem
montes ſunt, ſuper quos mu-
lier ſedet, & reges ſeptem ſunt.
[10] Quinque ceciderunt, vnus
eſt, & alius nondum venit: & *7 MS. G.
cùm venerit, oportet illũ bre-
ue tempus manere. [11] Et beſtia
quæ erat & non eſt: & ipſa
octaua eſt, & de ſeptem eſt, &
in interitum vadit. [12] Et decem
cornua quæ vidiſti: decem re-
ges ſunt, qui regnum nõdum
acceperunt, ſed poteſtatẽ tan-
quã reges vna hora "accipient' "accipiunt § MS Pr. G.
"poſt beſtiam'. [13] Hi vnũ con- "cum beſtia Pr. quomodo G. rectiſſimè vertuntur.
ſilium habent & virtutem: &
poteſtatem ſuam beſtiæ tra-
dent. [14] Hi cum Agno pugna-
bunt, & Agnus vincet illos,
quoniam Dñs dominorum eſt, & Rex regum, & qui cũ illo 1 Tim. 6, 15. Infr. 19, 16.
ſunt, vocati, & electi, & fideles. [15] Et dixit mihi: Aquæ quas vi- D
diſti vbi meretrix ſedet: populi ſunt & Gentes, & linguæ. [16] Et
decem cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odient fornicariam, &
deſola-

desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manduca-
bunt, & ipsam igni concremabunt. 17 Deus enim dedit in
corda eorum, vt faciant quod
placitũ est illi: vt dent regnum
suum bestiæ, donec consum-
mentur verba Dei. 18 Et mu-
lier quam vidisti: est ciuitas
magna, quę habet regnum su-
per reges terræ.

17 Vt dent regnum suum bestiæ.] *Malitiæ ministerium potestatem suã eidem malitiæ rursus tradit, vt à iustitia vnica damnetur, Deo ministerium suum in honorem suum asserente.*

18 Quæ habet regnum.] *Terrestris industriæ calliditas in omnes non reformatos homines, hominumq́; sensus, dominationem exercet.*

CAP. XVIII.

A ET 1 post hæc vidi alium
Angelum descẽdentem
de cælo, habẽtem potestatem
magnam: & terra illuminata
est à gloria eius. 2 Et exclama-
uit in "fortitudine" dicens, Cé-
cidit cécidit Babylon magna:
& facta est habitatio dæmo-
niorũ, & custodia omnis spi-
ritus immũdi, & custodia om-
nis volucris immundę & odi-
bilis: 3 quia de vino iræ forni-
cationis eius biberunt omnes
gentes: & reges terræ cum illa
fornicati sunt: & mercatores
terræ de virtute deliciarũ eius
diuites facti sunt. 4 Et audiui aliam vocem de cælo, dicentem,
B Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum
eius, & de plagis eius non accipiatis. 5 Quoniam peruenerunt
peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est "Deus" iniqui-
tatum eius. 6 Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & dupli-
cate duplicia secundum opera eius: In poculo quo miscuit,

*forti voce 18 MS. G. Q. D.
Isaiæ 21.9. *Iere* 51.8. *Sup.* 14, 8.

*Dominus MS q.

IN CAP. XVIII.

1 Et terra illuminata est.] *Tenebrosum cor, in quo terrestris essentia malitia occisa est, diuinæ essentiæ potestate illuminatur.*

2 Cécidit cécidit.] *Confusa, perturbata, peculiarisq́; sensus atque opiniosa terrestris industria in sua ipsius fallacia & calliditate corruit, ita vt præter dolores & pœnas sibi ipsi nihil proferre possit: ita fit vt in dæmonum habitationem vertatur, vnde præter odia, inuidiam, & ægrimoniam nihil expectari possit.*

3 Omnes Gentes.] *Appetitus omnes, desideria ac deliciæ voluptatesq́; carnis.* Et reges & mercatores terræ.] *Quidquid terrestris industria Dei sui nomine suscipit, adeò diues, adeò deliciosum in propria hypocrisi carnisq́; sapientia apparet, vt eodem simplicitas Dei non accedat, namque hæc ad eam rem simplicissima est. Intelligat qui legerit.*

4 Et audiui.] *Ego Ioannes, Gratia Dei, audiui Domini spiritũ loquentẽ intra humanitatẽ simplicibus animis suis id quod terrestris industria malitiosam dolosamq́; iniquitatẽ tãgit.*

miſcete illi duplum. 7 Quantum glorificauit ſe, & in deliciis
fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo
dicit, Sedeo regina: & vidua non ſum, & luctum non videbo. Iſaie 47,8.
8 Ideo in vna die venient plagę
eius, mors, & luctus, & fames, C
& igne comburetur: quia for-
tis eſt* Deus qui "iudicabit' il- *Dominus R.G.
lam. 9 Et flebunt, & plangent *iudicauit 4 MS.R.G.
ſe ſuper illam reges terræ, qui
cum illa fornicati ſunt, & in
deliciis vixerũt, cùm viderint
fumum incendij eius: 10 longè
ſtantes propter timorem tor-
mentorum eius, dicentes: Væ, D
væ, ciuitas illa magna Babylõ,
ciuitas illa fortis: quoniã vna
hora venit iudicium tuũ. 11 Et
negotiatores terræ flebunt, &
lugebũt ſuper illam: quoniam
merces eorũ nemo emet am-
plius, 12 merces auri & argenti
& lapidis pretioſi, & "margari- *margariti MS. G.
tæ', & byſſi, & purpuræ, & ſe-
rici, & "cocci', & omne lignum *coccini s MS.R.C.
thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pre-
tioſo, & æramẽto, & ferro, & marmore, 13 & "cinnamómum', *cinnamomi Pr.Q.n.
*& odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & *& amomum o.
ſimilæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & E
rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. 14 Et
poma deſiderij animę tuę diſ-
ceſſerunt à te, & omnia pin-
guia & præclara perierũt à te,
& am-

7 Et vidua non ero.] *Verba & iactatio priuatæ cogitationis terrenæ industriæ. Hæc illius ſecuritas eſt.*

8 In vna die.] *Eſſentiali Domini die.*

Et igne comburetur.] *Terreſtris ingenij propè ſenſualis opinioſa induſtria ſua ipſius inuidia damnabitur, quia fortis eſt Deus qui iudicabit illam.*

10 Vna hora venit iudicium tuum.] *Terreſtris induſtriæ atque ingenij longè glorioſa hypocriſis iuſtitiæ Dei virtute corruet, in ſuiſq; ſtudioſis opprobrium fiet, quamobrem ſenſus omnes cogitatuſq; terreſtres omnes erubeſcere ac turbari neceſſe eſt, propter ruinam damnationis illius quæ mirè honorabilis colendaq; putabatur.*

11 Et negotiatores terræ.] *Terreſtris induſtriæ. Interior animus non vltra terreſtris induſtriæ hypocriſi fidet, neque ſe vltra inſtituendum docendumq; credet.*

12 Merces auri, &c.] *Quidquid in cælo & in terra à Deo ad animarum ac vitæ humanæ opportunum vſum creatum fuerit, id omne induſtria terreſtris ad proprietatis priuatæ apparatum ſibi vſurpauit, quamobrem adorari, honorari atque coli ſeſe magnificentiſſimè vult, cùm ignoret altiorem ruinam ſibi hoc pacto ſeſe moliri.*

14 Et poma deſiderij.] *Quidquid ſibi terrenus homo extra Deum optat ac deligit, periit demum ipſi.*

15 Lugen-

*hominũ o. & amplius illa iam non inuenient. [15] Mercatores *horum qui
diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tor-
mentorum eius, flentes ac lugentes, [16] & dicentes: Væ, væ, ci-
uitas illa magna, quæ amicta
erat bysso, & purpura, & coc-
co, & deaurata erat auro, & la-
pide pretioso, & margaritis:
[17] quoniam vna hora destitutę
sunt tantæ diuitiæ: & omnis
gubernator, & omnis qui in
lacũ nauigat, & nautæ, & qui
in mari operantur, longè ste-
F terunt, [18] & clamauerunt vi-
dentes locum incẽdij eius, di-
centes, Quæ similis ciuitati
huic magnæ? [19] Et miserunt
puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugen-
tes, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna, in qua diuites facti
sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius: quo-
*Exultate super eam cæli 7 Ms. Pr. niam vna hora desolata est. [20] *Exulta super eã cælum & san-
cti Apostoli & Prophetę: quo-
niam iudicauit Deus iudiciũ
vestrum de illa. [21] Et sustulit
vnus Angelus fortis lapidem
quasi molarem magnũ, & mi-
G sit in mare dicens, Hoc impe-
tu mittetur Babylon ciuitas
illa magna: & vltrà iã non in-
uenietur. [22] Et vox citharœdo-
rum, & musicorum, & tibia
canentium & tuba, non audietur in te amplius, & omnis ar-
tifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ
non

15 Lugentes ac dicentes.] *Improbam vitam sequuti planctus ac luctus ex damnatione æterna, cùm diuitiæ huiusmodi omnes vna hora pereant.*

17 Et omnis gubernator.] *Terrestres appetitiones, voluptates ac ludi sensus, & cogitatus omnes qui in fera terrestri essentia versantur & laborant, quod inquietum inconstansque mare est.*

18 Locum incendij eius.] *Damnationis.* Quæ similis ciuitas huic magnæ.] *Adeò magnam præstantemque vim sapientiam sanctitatemque suam terrestris industria existimat.*

19 Quoniam vna hora desolata est.] *Omnis industriæ terrenæ sublimitas magnitudo ac felicitas existimata mortis suæ tempore corruit.*

20 Exulta super eam cælum.] *Cælestis essentiæ gaudium & gratulatio de terrestris essentiæ abolitione ac ruina fallacisque industriæ exitu.*

21 Hoc impetu mittetur.] *Dei iustitia potentiam virtutemque suam aduersus feram improbamque essentiam ostendẽte, cuius iustæ damnationis finis infernus est.*

22 Non audietur in te amplius.] *Quæ audiri solebant in terrestri industria ex lætitia gratulationeque terrena.* Et omnis artifex.] *Non erit amplius industriæ vsus exercitatione.* Vox molæ.] *Terrestris industriæ strepitus.*

non audietur in te amplius. 23 & lux lucernæ non lucebit
in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in
te: quia mercatores tui erant
principes terræ, quia in vene-
ficiis tuis errauerunt omnes
gentes. 24 Et in ea sanguis Pro-
phetarum & sanctorum in-
uentus est; & omnium qui in-
terfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

POst 1 hæc audiui quasi A
vocem "turbarũ' multa- "tubarum o.
rum in cælo dicentium: Alle-
lu-Ia. "Laus, & gloria, & vir- "salus & virtus, & gloria Dei nostri B. C. Q. R.
tus Deo nostro est': 2 quia ve-
ra, & iusta iudicia sunt eius
qui iudicauit de meretrice
magna, quæ corrupit terrã in
prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorũ suorum
de manibus eius. 3 Et iterum "dixerunt': Allelu-Ia. Et fumus "dixit A. B.
eius ascendit in secula seculorum. 4 Et ceciderunt seniores vi-
ginti quatuor, & quatuor ani-
malia, & adorauerunt Deum
sedentem super thronum, di-
centes: Amen, Allelu-Ia. 5 Et
vox de throno exiuit, dicens,
Laudẽ dicite Deo nostro om-
nes serui eius: & qui timetis
eum pusilli & magni. 6 Et au-
diui quasi vocem "turbæ' magnæ, & sicut vocem aquarum "turbæ o.
multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicen-
tium, Allelu-Ia: quoniã regnauit Dominus Deus noster om-
nipotens.

23 Vox sponsi.] *Terrestris industriæ conuentio & pactio. id significat, nullam operationem, actionem, productionem, aut letitiam industriæ istius in regenerata natura sentiẽdam.* Quia mercatores tui] *Apostrophe simplicitatis Christi ad industriæ terrenæ hypocrisin & voluptatem.* In veneficiis tuis.] *Terrestris industriæ cautela, fallacia, & calliditate.*

24 Et in ea sanguis.] *Quippe terrestres appetitus & cupiditates & voluptates sanctorum necem secum per terrestrem memoriam industriamq́; afferunt. quamobrem hæ sibi demum subeundam moliuntur damnationem.*

IN CAP. XIX.

2 De meretrice magna.] *Terrestri fallaci industria.* Vindicauit sanguinem seruorum suorũ de manibus eius.] *Cùm diuina in hominum animis natura mortem improba essentia tulerit, eadem improba essentia mortem à se profectam iustitiæ Dei virtute & efficientia subire cogitur.*

4 Seniores viginti quatuor, & quatuor animalia.] *Integra humanitatis cognitio cum pleno cultus ac ministerij à Deo accepti officio.*

5 Laudem dicite.] *Beneficia & gratia Dei, laudibus & gratulationibus ex essentia sancta illius obedientia profectis excipiũtur debita. Namque improborum gratulationes ob improbitatem ingrata sunt.*

nipotens. [7] Gaudeamus & ex-
B ultemus, & demus gloriam ei:
quia venerunt nuptiæ Agni,
& vxor eius præparauit se. [8] Et
datum est illi vt cooperiat se
byssino splendenti & candido.
Byssinum enim: iustificatio-
nes sunt sanctorum. [9] Et dixit
Matt. 22, 2. Luca 14. mihi: Scribe, Beati qui ad cœ-
nam nuptiarum Agni vocati
sunt. Et dixit mihi: Hæc verba
Infr. 18, 9. Dei, vera sunt. [10] Et cecidi an-
te pedes eius, vt adorarẽ eum.
Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum
tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testi-
monium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. [11] Et vidi cælum
apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum vo-
in 2 MS. e. cabatur Fidelis & Verax, & "cum' iustitia iudicat & pugnat.
[12] Oculi autẽ eius sicut flam-
ma ignis, & in capite eius dia-
demata multa: habẽs nomen
scriptum, quod nemo nouit
Isaia 63, 1. nisi ipse. [13] Et vestitus erat ve-
vocabatur MS. ste aspersa sanguine: & "voca-
tur' nomen eius Verbum Dei.
C [14] Et exercitus qui sunt in cęlo,
sequebantur eum in equis al-
bis, vestiti byssino albo & mũ-
do. [15] Et de ore eius procedit
ex vtraque parte MS. R. Pr. G. Q. n. gladius *acutus: vt in ipso per-
Psal. 2, 9. cutiat Gentes. Et ipse reget eas
Supr. 17, 14. in virga ferrea: & ipse calcat
torcular

7 Nuptiæ Agni.] *Communio & coniunctio vniformis vita inter Deitatem & humanitatem.*

9 Hæc verba Dei vera sunt.] *Deus verba sua & coniunctionem atque vnionem humanitatis suæ in vera ac iusta sua essentia confirmat, ita vt in cælo atque in terra veracißimus promißisq́; suis constantißimus agnoscatur.*

10 Conseruus tuus sum, & fratrũ tuorum habentium testimoniũ Iesu. Deum adora.] *Spiritus omnes adiutorij & ministerij, qui testimonium authoritatemq́; ab vniformi Deitate accepere, omnes pariter omnia ad vnicam Deitatem referunt, quamobrem nulla in cælesti essentia diuisio aut discessio oriri potest:* Testimoniũ enim Iesu, est spiritus prophetiæ, *& Prophetarum essentia.*

12 Oculi autẽ eius sicut flamma ignis.] *Cælestis essentiæ claritas.* Diademata multa.] *Potestas gloriaq́; maxima.* Quod nemo nouit nisi ipse.] *Quid in vera Dei essentia sit, nemo nisi Deitas ipsa nouit, & is qui ab ipsa transformatus est à claritate in claritatem.*

13 Veste aspersa sanguine.] *Naturæ diuinæ vis quæ in homine fuerat, intra humanitatem occisa fuisse indicatur, verùm eadem vt æterna, viuens cælestisq́; essentia rursus ostenditur, quæ* Verbum Dei *est.*

14 Exercitus qui sunt in cælo.] *Essentia Dei cum omnibus sanctis.* In equis albis.] *Clara ac lucens Dei virtus & efficientia.*

15 Gladius acutus.] *Iustitia Dei, à qua fera ac paganica essentia punitur.* Et ipse calcabat torcular.] *Ex Dei gratia Christus Dei, (diuinæ legis iustitia) dum per gratiam pro huma-*

torcular vini furoris iræ Dei
omnipotentis. [16] Et habet in
vestimento & in femore suo
scriptum: Rex regum, & Dñs *1 Tim. 6. 15.*
dominátium. [17] Et vidi vnum
Angelum stantem in sole, &
clamauit voce magna dicens
omnibus auibus quę volabát
per mediũ cæli, Venite & con-
gregamini ad cœnã magnam
Dei: [18] vt manducetis carnes
regum, & carnes tribunorum, D
& carnes fortium, & carnes
equorum, & sedentiũ in ipsis,
& carnes omnium liberorum
& seruorum, & pusillorum &
magnorum. [19] Et vidi bestiam
& reges terræ, & exercitus eo-
rum cõgregatos ad faciẽdum
prœlium cum illo qui sedebat
in equo & cum exercitu eius.

humanitate moritur, solus diuinam legis iustitiam perfecte omnem implet.
16 In femore.] *Essentia sua virtute & robore.*
17 Venite & congregamini.] *Quidquid in cælo & super terram est, in quo improbitatem suam superba malitia exercuerat, voto suo potietur, dum illa perit & aboletur; hoc est carnes eorum comedere, Domino ita probãte propter amorem erga Deitatem.*
19 Ad faciendum prœlium.] *Terrestris essentia damnationis propria effugiendæ studio aduersus virtutem iustitiamq́; Dei prœlium parat. Quare fremuerunt Gentes.*
20 Et apprehensa est bestia & cum ea pseudopropheta.] *Inuida ingeniosaq́; terrestris essentia cũm suis mendacibus prophetiis, per iustitiam diuinam in stagnũ ignis demũ cõijciuntur, id est, in dãnationẽ à Deo paratã.*
Ignis ardentis & sulphure.] *Ardentia & terra desideria, appetitionesq́; improba, qua ingenium industriamq́; terrestrem honorauere, vnà cum bestia hanc sortiuntur partem.*
21 Et cæteri occisi sunt.] *Appetitus, auiditates, cupiditatesq́; alia carnis quæ superfuerant, occiduntur etiam.* Et omnes aues] *cæli intellig. Salutatis vita desideria & expetitiones.*

[20] Et apprehensa est bestia & cum ea Pseudopropheta: qui fe-
cit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt cha-
racterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginẽ eius. Viui missi
sunt hi duo in stagnum ignis *ardentis & sulphure: [21] Et cæte-
ri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de
ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

*ardẽti 1 MS. *Alia nonnulla legunt:* ardẽtis sulphure. *Pt. habet:* ardentis igne & sulphure. *Græca legunt:* ardens in sulphure.

Cap. XX.

ET [1] vidi Angelum descẽ- A
dentem de cælo, haben-
tem clauem abyssi, & catenã magnã in manu sua. [2] Et appre-
hendit draconẽ serpentẽ antiquũ, qui est diabolus & satanas,
& liga-

In cap. XX.
2 Et satanas.] *Aduersarius, essentiaq́; Dei hostis.*

& ligauit eũ per annos mille.
[3] & misit eum in abyssum, &
clausit, & signauit super illũ,
vt non seducat amplius gen-
tes donec cõsummentur mille
anni. & post hæc oportet illũ
solui modico tempore. [4] Et vi-
di sedes: & sederunt super eas,
& iudicium datum est illis, &
B animas decollatorum propter
testimonium Iesu, & propter
verbum Dei. & qui non ado-
rauerunt bestiam, neque ima-
ginẽ eius, nec acceperunt cha-
ractẽrem eius in frõtibus aut (Ac. 13. Pe. 6.)
in manibus suis, & vixerunt,
& regnauerunt cum Christo
mille annis. [5] Cæteri mortuo-
rum non vixerunt, donec cõ-
summentur mille anni. Hæc
est resurrectio prima. [6] Beatus
& sanctus qui habet partem
in resurrectione prima. in his
secunda mors non habet po-
testatem: sed erunt sacerdotes
Dei & Christi: & regnabunt
cum illo mille annis. [7] Et cùm (Ezec. 39. 2. 49.)
consummati fuerint mille an-
ni,

3 Et signauit super illum.] *Legis diuinæ ac iustæ sigillo.* Vt nõ seducat amplius gentes.] *Naturalem essentiam.* Donec consummentur anni mille.] *Improba terrestris industria à diuina iustitia iudicatur, atque in damnationem mittitur æterni temporis parte quadam non exigua; post hæc verò permittitur exiguo tempore terrestrem humanitatem torquere, vt demum hæc peccatorum tædio atque odio affecta. Grauiter enim humanitas hæc à fallaci industria torquetur; post hoc tandem fallax industria rursus in damnationẽ alligatur.*

4 Sederunt super eas.] *Dei virtutes iustitiæ iudicium susceperunt exercendum aduersus iniustitiam omnem iustitia Dei oppositam.* Animas decollatorum.] *Sanctorum vitam & naturam virtutemq́; diuinam humanitati communicatam, cuius caput, id est, diuina gubernatio, præcisum fuit ab improba essentia: Christus enim caput Ecclesiæ est.* Qui non adorauerunt bestiam.] *Hi sunt noua natiuitas, noua creatura Dei, quæ nec quærit nec admittit caput aut characterem apud terrestrem essentiam, illiusq́; dolosam industriam.* Vixerunt cum Christo.] *Salutem in salute ipsa conseruarunt, qui est Christus ipse, idq́; in mortis suæ oppressione. Nam Agnus hic ab origine mundi in humanitate occisus est, idq́; mille annorum numero significatur. Vbi verò Christus in humanitate regnat, ipsa cum illo vitam conseruat, idq́; vnus dies dicitur, Apostolo docente.*

5 Cæteri mortuorum.] *Humanitas mori coacta propter peccata propria.* Donec consummẽtur mille anni.] *Cùm Christus in homine, & homo in Christo peccata vicerunt, tunc* mille anni *cõsummati sunt; qui cùm doloribus explcantur, mille fiunt anni.*

6 Qui habet partem in resurrectione.] *Qui à peccatorum morte reuiuiscit, & mentem animamq́; erigit, vt in beatam in Christo vitam veniat.* Secunda mors.] *Dãnationis.* Regnabunt cum illo mille annis.] *Donec ipsi cum Christo, & Christus cum ipsis improbam terrestrem essentiam cum dolis ac fallaciis suis vicerint.* 7 Cùm consummati fuerint.] *Vbi Christus secũ suas sanctas animas, hoc est, naturæ suæ diuinæ communionẽ absoluerit.*

Satanas.] *Tentatio. Hic satan à diuina legis iustitia separatus, Gentes, hoc est, feram essentiam seducere tendet.* Super quatuor angulos.] *Super totam terrestrem essentiam.* Gog & Magog] *Nationum & Gentium terrestris Deus, qui delectationes voluptatesq́; sunt terrestris ac dissolutæ vitæ.* Congregabit eos in prœlium.] *Terrestris fera essentia se ipsam consummatura est.* Sicut arena maris.] *Orientis vento percussi.*

8 Et ascenderunt.] *Terrestres sensus ascenderunt in malitia sua.* Ciuitatem dilectam.] *Diuinam essentiam in hominis corde.*

9 Ignis de cælo.] *Iusta Dei essentia paganicam & feram essentiã suo ipsius malo dãnat.*
10 In stagnum ignis.] *In suam damnationem.* Die ac nocte.] *In iustitia sua, & in peccato suo.*
11 Sedentem.] *Iustitiam Dei.* Fugit terra & cælum.] *Quia ipse iustitiæ iudicium habebat in essentia, in qua diuinitas cum decepta ac prolapsa humanitate concurrit: at cùm huic adhuc mortalitas maneat, non inuenitur locus permanens in diuina natura vniformi vita, nam mortalitati & diuinæ æternitati in homine prolapso non conuenit.*

12 Magnos & pusillos.] *Mortuos varios & differentes.* Libri.] *Legis administratio & prophetiarum arcana.* Alius liber.] *Diuinæ essentiæ.* Secundùm opera ipsorũ.] *Diuina essentia mortuum qui propter eã mortuus est, ad salutem iudicat. Mortem verò terrestrem morientis ob id quod desideria gaudiaq́; sua obtinere nequit, ad damnationem iudicat.*
13 Et dedit mare mortuos.] *Tempestas mortisq́; anxietates suos reddunt mortuos, qui vitam non habent.*

ni, soluetur Satanas de carcere
suo, & exibit, & seducet Gen- C
tes quę sunt super quatuor an-
gulos terræ, Gog, & Magog, &
congregabit eos in prœlium,
quorũ numerus est sicut are-
na maris. 8 Et ascenderunt su-
per latitudinem terræ, & cir-
cuierunt castra Sanctorum, &
ciuitatem dilectam. 9 Et descẽ-
dit ignis à Deo de cælo, & de-
uorauit eos: 10 & diabolus qui
seducebat eos, missus est in
stagnum ignis & sulphuris,
vbi & bestia & pseudopro-
pheta cruciabũtur die ac no-
cte in secula seculorum. 11 Et
vidi thronum magnum can- D
didum, & sedentem super eũ,
à cuius conspectu fugit terra
& cælum, & locus non est in-
uentus[b] eis[a]. 12 Et vidi mortuos [a] eorum Pr. [b] ab eis o.
magnos & pusillos stantes in
cõspectu throni, & libri aper-
ti sunt: & alius liber apertus
est, qui est vitæ: & iudicati
sunt mortui ex his quę scripta
erant in libris secundùm ope-
ra ipsorum. 13 & dedit mare
mortuos qui in eo erant, &
mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant,
& iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. 14 Et
infernus

infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors
secunda. 15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus,
missus est in stagnum ignis.

15 In libro vitæ] *Christiana & essentialis.*

CAP. XXI.

A E T 1 vidi cælum nouum,
Isaie 65,17. & 66,21. & terram nouam. Pri-
2 Petri 3,13 mum enim cælum, & prima
terra abiit, & mare iam non
est. 2 Et ego Ioannes vidi san-
ctam ciuitatem Ierusalem no-
uam descendentem de cælo, à
Deo paratam, sicut sponsam
ornatam viro suo. 3 Et audiui

IN CAP. XXI.

1 Cælum nouum, & terram nouam.] *In cælesti & in naturali essentiis, nouam vitam videt Gratia Dei.* Primum enim cęlum, & prima terra.] *Prima cognitio Dei & peccati in corruptibilitate.* Et mare] *Fluctuãs & tempestuosum; nam adest iam cognitio noua vitæ in cælesti essentia.*

3 De throno.] *E sancta cælesti essentia in gloria sua.* Ecce tabernaculum.] *Prælio finito expugnatoq; malo, diuinitas & humanitas in cælesti essentia conueniunt & cohabitant per regenerationem & renouationem.*

vocẽ magnã de throno dicentẽ: Ecce tabernaculum Dei cum
hominibus, & habitabit cũ eis. Et ipsi populus eius erunt: &
Isaie 25,8. Supr. 7,17. ipse Deus cũ eis erit eorũ Deus. 4 & absterget Deus omnem
B lachrymã ab oculis eorũ: & mors vltrà non erit. neq. luctus,
neque clamor, neque dolor
*quia 1 ms. n.Pr.c. erit vltrà, *quæ prima abierũt.
5 Et dixit qui sedebat in thro-
Isaie 43,19. 2 Cor. 5,17. Sup. 1,8. Infr. 22,12. no, Ecce noua facio omnia. Et
dixit mihi: Scribe, quia hæc
verba fidelissima sunt & vera.
6 Et dixit mihi: Factum est, ego
sum α & ω: initiũ & finis. Ego
sitienti dabo de fonte aquę vi-

4 Prima abierunt.] *Prima mortis incommoda ac tormenta.* 5 In throno.] *Essentiali Deitate.* Dixit mihi.] *Gratia.* Scribe.] *Essentialiter cape.* 6 Ego sitienti.]

7 Qui vicerit.] *Essentialis natiuitas ex diuinitate procedens intra humanitatem, cælum & terram in pace possidebit.*

8 Pars illorum.] *Mortales fructus improba terrestris essentia producti & nati à falsa terrestri industria, affectus atque desideria excitante & in opus impellente, quorũ finis dãnatio.*

9 Locutus est mecum] *ait Gratia.*

tæ, gratis. 7 Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus: & ille
erit mihi filius. 8 Timidis autẽ & incredulis, & execratis, & ho-
micidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & om-
C nibus mẽdacibus, pars illorũ erit in stagno ardẽti igne & sul-
phure, quod est mors secũda. 9 Et venit vnus de septẽ Angelis
habẽtib' phialas plenas septẽ plagis nouissimis, & locutus est

Sponſam.] *Humanitatem renouatam, ac diuinæ clementiæ ſuauitati coniunctam.*
10 In montem magnum.] *Diuina Gratia ſua ipſius virtute in cæleſti eſſentia ad ſupremam cæleſtis eſſentiæ doctrinam tollitur.* Ciuitatem ſanctam.] *Cæleſtis eſſentiæ vim & ſtabilitatem.* Deſcendentem de cælo.] *Ad humanitatem à Deo manifeſtata iam Dei gloria in cæleſti eſſentia.*

mecũ, dicẽs, Veni, & oſtẽdam
tibi ſponſam, vxorem Agni.
10 Et ſuſtulit me in ſpiritu in
montem magnum & altum:
& oſtendit mihi ciuitatẽ ſan-
ctam Ieruſalem deſcendẽtem
de cælo à Deo, 11 habentẽ cla- D
ritatem Dei. & lumen eius ſimile lapidi pretioſo tanquam la-
pidi "iaſpidis, ſicut cryſtallum'. 12 Et habebat murũ magnum *iaſpidi cryſtallizanti c.
& altum, habentem portas duodecim, & in portis "Angelos' Q. n. *angulos o.

12 Nomina inſcripta.] *Integer cæleſtis exercitus in vna Dei eſſentia comprehenditur.*
14 Fundamenta duodecim.] *Dei glorioſus ordo in eſſentiali Chriſti vita humano more ac ſtylo deſcribitur.*
15 Arundineam.] *Veritatis cæleſtis radius vnus.* Et portas eius.] *Effluxionis curſus illapſusq; Dei in ſpirationem & adſpirationem.* Murum.] *Iuſtitiam firmam.*
16 Per ſtadia duodecim millia.] *Perfectiſsimus numerus quadratus & rotundus pariter, immenſurabilem Dei eſſentiam ſignificãs.* Æqualia ſunt.] *In cæleſti eſſentia.*
17 Menſura hominis quæ eſt Angeli.] *Iuxta humanam comprehenſionem quam Angelus creditam ſibi exhibuit.*

duodecim, & nomina inſcri-
pta, quæ ſunt nomina duode-
cim tribuum filiorum Iſraël.
13 Ab oriente portæ tres: & ab
Aquilone, portæ tres: & ab
Auſtro, portæ tres: & ab occa-
ſu, portæ tres. 14 Et murus ci-
uitatis habens fundamenta
duodecim: & in ipſis duode-
cim nomina, duodecim Apo-
ſtolorũ Agni. 15 Et qui loque-
batur mecum, habebat men-
ſuram "arundineam' auream, *arundinem 6 ms. Pr c.
vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murum. 16 Et ciuitas Q. n.
in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta & la- E
titudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine* per ſtadia duo- *aurea ms q.
decim millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqua-
lia ſunt. 17 Et menſus eſt murum eius centum quadra-
ginta quatuor cubitorum, menſura hominis quæ eſt Angeli.

18 Iaſpide.] *Claritate ac lumine ſolis.* Aurum mundum.] *Exactiſsimè purum.*

18 Et erat ſtructura muri eius
ex lapide iaſpide: ipſa verò ci-
uitas aurum mundum, ſimi-
le vitro

le vitro mundo. [19] Et funda-
F menta muri ciuitatis, omni la-
pide pretioso ornata. Funda-
mentum primum, iaspis: secũ-
dum, saphirus: tertium, calce-
donius: quartum, smaragdus:
[20] quintum, sardonix: sextum,
sardius: septimum, chrysoli-
thus: octauum, beryllus: no-
num, topazius: decimũ, chry-
soprasus: vndecimũ, hyacin-
thus: duodecimum, amæthy-
stus. [21] Et duodecim portæ:
duodecim margaritę sunt, per
singulas: & singulæ portę, erãt
ex singulis margaritis: & pla-
tea ciuitatis aurum mundum,
tanquam vitrum perlucidum.
[22] Et templum non vidi in ea.
G Dominus enim Deus omni-
potens templum illius est & Agnus. [23] Et ciuitas non eget sole (Isaia 60,19.)
neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei *illuminauit eã, (*illuminabit eam q.)
& lucerna eius est Agnus. [24] Et ambulabũt Gentes in lumine
eius: & reges terræ afferent gloriã suã & honorẽ in illam. [25] Et
portæ eius nõ claudentur per (Isaia 60, 11.)
diem. nox enim non erit illic.
[26] Et afferent gloriã & honorẽ
gentium in illam. [27] Non in-
trabit in eam aliquod coin-
quinatũ, aut abominationem
faciens & mẽdacium, nisi qui
scripti sunt in libro vitę Agni.

19 Primum, iaspis.] *Petri petra, supra quã Christus Ecclesiam suam ædificat.* Secundum, saphirus.] *Virilis virtutis lapis; nam vt in Apparatu docuimus, saphirus adamas est.* Tertium, calcedonius.] *Pondus & immobilitas.* Quartum, smaragdus.] *Sapientiæ lapis, in quo intelligentia omnis conseruatur.*

20 Quintum, sardonix.] *Obedientiæ: lapis hic in omnem operis formam sese incidi excidiq; patitur* Sextum, sardius.] *Fructificatio. Nam miscetur hic lapis aliis quos & ornat.* Septimum, chrysolithus.] *Iucunditatis lapis.* Octauum, beryllus.] *Ornamenti lapis olim in pocula adhibitus.* Nonum, topazius.] *Castitatis lapis; qui nullam secum impuritatem admittit.* Decimum, chrysoprasus.] *Vnionis coniunctionisq; lapis.* Vndecimum, hyacinthus.] *Pacis lapis.* Duodecimũ, amæthystus.] *Lapis vitæ in gratiarum actione sobria & seria, eademq; perpetua.*

21 Margaritæ.] *Pulchritudo, visus, & conspectus.* Ex singulis margaritis.] *Essentiæ vnione.* Tãquam vitrum perlucidum.] *Pura & immaculata intaminabilisq; claritas.*

22 Dominus enim.] *Animæ omnes in Dei essentia vniformiter viuunt.*

24 Et reges.] *Terrestres sublimitates terrena industria Deo cedunt gloriam, &c.*

26 Et afferent gloriam.] *Carnis honor gloriaq; omnis demum sub essentiali Dei potentia curuabitur.*

27 In libro vitæ Agni.] *Essentiæ reformatione cum diuina natura, quod totius felicitatis fundamentum est.*

IN CAP. XXII.

1 Fluuium.] *Essentialis cursus vitæ in omnes animas diuinas.*

2 Afferens fructus duodecim.] *Salutaris beataq; vitæ remunerationem.* Ad sanitatem Gentium.] *Naturalis essentia à salutari vita quietem, salutem, vitamq; accipit.*

3 Et omne maledictum.] *Nihil contrarij iudicij inter cælestem naturalemq; essentiam superfuturum ait.* Et sedes Dei & Agni.] *Gratia benignitasq; Dei essentialiter ac verè quiescit in mansuetudine & modestia cum humanitate.* Serui eius.] *Humanitas diuina essentiæ seruiet, à qua claritatem accipiet.*

CAP. XXII.

ET[1] ostēdit mihi fluuium A
aquæ *viuę, splendidum *vitæ M S. R. Pt. o.
tanquam crystallū, proceden-
tem de sede Dei & Agni. [2] In
medio plateæ eius, & ex vtra-
que parte fluminis lignū vitæ,
afferēs fructus duodecim, per
menses singulos reddens fru-
ctum suum, & folia ligni ad sa-
nitatem Gentium. [3] Et omne
maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa
erunt, & serui eius seruient illi. [4] Et videbunt faciem eius: &
nomen eius in frontibus eorum. [5] Et nox vltra nō erit: & non *Isaiæ 60, 10.*
egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dn̄s
Deus *illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum. [6] Et *illuminabit M S. R. Pt. 6.
dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt & vera. Et Dn̄s Deus *Textus conformis est 6 q.*
spirituū Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis B
suis quæ oportet fieri citò. [7] Et
ecce venio velociter. Beatus
qui custodit verba prophetiæ
libri huius. [8] Et ego Ioānes qui
audiui, & vidi hęc. Et postquā *Supr. 10, 10.*
audissem & vidissem, cecidi vt
adorarē ante pedes Angeli, qui
mihi hæc ostendebat. [9] & dixit
mihi, Vide ne feceris, cōseruus
enim tuus sum, & fratrū tuorū
Prophetarū, & eorū qui seruāt
verba *libri huius. Deū adora. *prophetiæ M S q. Pt.
[10] Et dicit mihi, Ne signaueris C
verba prophetiæ libri huius.
tempus

6 Fidelissima sunt.] *Essentialia non vana, non sono tenus audienda, sed reapse probanda.* Quæ oportet fieri citò.] *Prophetiarum arcana in essentia lumine ipso breui declaranda.*

7 Ecce venio.] *Essentia perfecta Dei promissio.* Libri huius.] *Dei arcanum.*

8 Et ego Ioannes.] *Ego Gratia Dei sum id quod sum.* Cecidi vt adorarē.] *Dei Gratia sese dedit & tradit sub vniformi potentia illius.*

9 Libri huius.] *Dei arcanum.* Deū adora.] *Nam diuina potētia, Gratiæ Dei germana conseruaq; sua preces & gratulationē sibi priuatè non arrogat, vt proprium sibi tantum honorem tribuat, imò Deum adorari iubet, id est, perfectam cælestem essentiam, qua diuisim aut per partes varias adorari nō vult, sed in vnitate vt vnus Deus est, idemq; trinus, vnitate substātia vnicus.* 10 Ne signaueris.] *Tempus adesse cùm prophetiæ aperientur & cōplebuntur in Dei essentia.*

tēpus enim prope eſt. [11] Qui
nocet, noceat adhuc: & qui in
ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc:
*iuſtitiam faciat 9 ms. *Q. n.
& qui iuſtus eſt, *iuſtificetur*
adhuc: & ſanctus ſanctificetur
adhuc. [12] Ecce venio citò, &
merces mea mecū eſt, reddere
vnicuiq. ſecūdum opera ſua.
Iſaia 41, 4. 44. 6. Supr. 1, 8. 21, 6.
[13] Ego ſum α & ω, primus &
nouiſſimus, principiū & finis.
*Q. n. *in ſanguine Agni o.
[14] *Beati qui lauāt ſtolas ſuas*:
vt ſit poteſtas eorum in ligno
vitæ, & per portas intrēt in ci-
uitatē. [15] Foris canes & venefi-
ci, & impudici, & homicidæ,
& idólis ſeruientes, & omnis
qui amat & facit mendacium.
[16] Ego Ieſus miſi Angelū meū,
teſtificari vobis hæc in Eccle-
ſiis. Ego ſum radix & genus
D Dauid, ſtella ſplendida & ma-
tutina. [17] Et Spiritus & ſponſa
dicūt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui ſitit, veniat: & qui
Iſaia 55, 1.
vult, accipiat aquam vitæ gratis. [18] Conteſtor enim omni au-
dienti verba prophetiæ libri huius, Si quis appoſuerit ad hæc:
apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. [19] Et ſi
quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet
Deus partem eius de libro vitę, & de ciuitate ſancta, & de his
quæ ſcripta ſunt in libro iſto. [20] dicit qui teſtimonium perhi-
bet iſtorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Ieſu.
[21] Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis.

A M E N.

11 Qui nocet.] *Qui nocumenta diſſenſioneſq; infert. Significat humanitatem nō quieſcere, aut modum ſibi figere agendi & peragendi, vbi ſeſe ſemel ipſa tradiderit, vel in improbam eſſentiam, vel in diuinam.*

12 Ecce venio] *Ego eſſentialis diuinitas.*

14 Et per portas intrent.] *Et coniungantur ac reformentur in eſſentia ſancta Dei.*

15 Venefici, & impudici] *Appetitus, ſenſus, cogitationes, cupiditateſq; ab eſſentia Dei intra humanitatem alienæ, omnes latrones, homicidæ, & idololatræ ſunt.*

16 Ego Ieſus.] *Dei in humanitate natiuitas.* Miſi] *Tibi humanitati integræ atq; vniuerſæ.* In Eccleſiis.] *Omni communitati quæ intra humanitatem eſt, vt ſuperiùs explicabatur.* Ego ſum.] *Verba fructificationis diuinæ in humanitate.* Radix & genus Dauid.] *Charitas & amicitia Dei.* Stella.] *Cæleſtis eſſentiæ luminare.* 17 Et ſpiritus & ſponſa.] *Qui appellat & qui audit, ſimul concordant.* 18 Conteſtor.] *Diuina fructificatio, hoc eſt, Chriſtus Dei hæc ait.* Si quis appoſuerit.] *Terreſtri induſtria ingenioq; vetitum vel adiungere, vel detrahere, aut ſubtilitatis audaciā admouere diuinarum prophetiarū ſimplicitati.*

19 Huius libri.] *Eſſentiæ Dei.*

20 Qui teſtimoniū perhibet iſtorum.] *Qui eſt Dei veritas.* Amen.] *Verè.*

SINGVLARI arcanisque pleno argumento aperiendo, singularia, & à communi Latini sermonis vsu remota, ac priuatæ significationis verba adhiberi oportuit, quod omnibus sacrorũ antistitibus olim licuisse legimus, & nobis ex diuino beneficio fas esse confidimus. Hæc prudens Christianus candidusque lector obseruata boni consulet, cùm intelligat hæc ita vsurpari, quàm longis orationis ambagibus eandem rem sæpius repeti, præstitisse. Ex quo genere quæ frequentiora videntur subiuncta explicabimus.

ESSENTIA DEI, siue DIVINA, id quod Deus ex se humanæ naturæ communicare tradereque instituerat, de quo scriptum est: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. est autem res ipsa perfecta quædam diuinarum virtutum corona, variis nominibus connexa & cõcinnata ad veram ac felicissimam hominis amplificationem & exornationem.

NATVRA HVMANA, siue NATVRALIS ESSENTIA, id quod Deus homini à se primùm formato iuxta oportunam & propriam humanæ naturæ rationem & constitutionem dederat. qualis Adam ante lapsum proprium iacturamque illam publicam fuit.

IMPROBA ESSENTIA, siue DECEPTA, vel PROLAPSA HVMANITAS, id quod homo post peccatum fuit, cuius causa Adam vetus, & homines illi similes, Adami filij dicuntur.

Hæc improba essentia in duas partes diducitur, FERITATEM, quæ paganicam, ethnicam, & barbaram morum corruptelam complectitur, qualis Gigantum vita fuit, & INDVSTRIAM siue sagacitatem hominum, quam fallacem falsamque appellamus interdum, vtpote sese primùm fallentem, deinde alios fallere & eludere in fraudemque illicere studentem. Vtramque verò simul in vno homine offendi non rarò accidit.

Illa verò minus miranda, vtpote magis ex arcani sermonis apud Prophetas obseruatione familiaria, quòd Cælum, Terra, Mare, Flumina, & huiusmodi alia, quæ mundi ac naturæ sunt partes, probandis plerunque, nonnunquam etiam improbandis rationibus ac rebus adscribuntur: ita vt suũ bonis atq. piis cælum sũumq. mare, & contrà impiis malisque animis suum cælum, terra sua, suumque tribuatur mare. Quam rem nos aliàs fusius in Apparatu sacro tractabamus.

F I N I S.



APPROBATIO.

Doctissimas has Epistolarum D. Pauli ac aliorum Apostolorum ac Apocalypseos Elucidationes, per eximium S. Theologiæ Doctorem B. Ariam Montanum conscriptas, diligenter legi, ac prælo dignas iudicaui, vt studiosis communicentur. Actum 8. Iunij 1587.

Waltherus vander Steeghen, S. Theolog. Licentiatus, Canonicus Ecclesiæ Antuerpiensis, librorum Censor.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum est, ne quis præter Christophorum Plantinum intra annos quatuor, *Benedicti Ariæ Montani Elucidationes in omnia SS. Apostolorum scripta,* & *eiusdem in Apocalypsin Significationes*, typis vllo modo excudat, aut alibi excusas in hisce ditionibus distrahere audeat: vti latiùs patet ex litteris, Datis Bruxellæ, vltima Iunij, Anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo.

Subsig.

I. de Witte.















